This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS, ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORIS.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CVI.

JOSEPPUS CHRISTIANUS. S. ANDREAS CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS. ARETHAS S. ANDREÆ DISCIPULUS ET SUCCESSOR. JOANNES GEOMETRA. COSMAS VESTITOR. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

BR
(C)
.7138
t.106

SÆCULUM X. ANNI 900-915.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ.

ΑΝΔΡΕΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,

ΚΑΙ

ΑΡΕΘΑ,

ΤΟΥ ΜΑΘΗΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΔΟΧΟΥ ΑΥΤΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. ANDREÆ,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI

ET

ARETHÆ,

DISCIPULI EJUS ET SUCCESSORIS,

OPERA OMNIA.

ACCEDUNT

JOSEPPI, NICEPHORI PHILOSOPHI CHRISTIANI, JOANNIS GEOMETRÆ, COSMÆ VESTITORIS, LEONIS PATRICII, ATHANASII CORINTHIORUM EPISCOPI.

SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.

TOMUM ABSOLVUNT

OPUSCULA SCRIPTURISTICA, LITURGICA, MORALIA INCERTÆ ÆTATIS.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

208
M 589
Vol

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CVI CONTINENTUR.

JOSEPPUS CHRISTIANUS.

Libellus memorialis in Vetus et Novum Testamentum. col. 15

NICEPHORUS PHILOSOPHUS CHRISTIANUS.

Vita S. Antonii Cauleæ, patriarchæ Constantinopolitani, ex Actis Sanctorum Bollandianis. 178

S. ANDREAS CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS *.

Commentarius in Apocalypsin. 207

ARETHAS S. ANDREÆ DISCIPULUS ET SUCCESSOR.

Commentarius in Apocalypsin. 486
Oratio de SS. Samona, Guria et Abibo. 787

JOANNES GEOMETRA.

Sermo in SS. Deiparæ Annuntiationem. 811
Oratio de malo. 847
Hymni quinque in S. Deiparam. 854
Paradisus. 867
Elogium S. Panteleemonis martyris. 890
Carmina varia argumenti sacri vel historici, ex Anecdotis Parisiensibus A. Crameri, addita interpretatione nostra. 901

COSMAS VESTITOR.

Sermo in SS. Joachim et Annam. 1006
Appendix ad Cosmam. — Canon acrostichus in festivitatem Conceptionis SS. Deiparæ. 1014

LEO PATRICIUS.

Epitome ex ejus interpretatione in Genesin e variis Patribus. 1019

ATHANASIUS CORINTHIORUM ARCHIEPISCOPUS.

Fragmentum ex quatuor libris Jacobi Jacobiti. 1025

OPUSCULA GRÆCA INCERTÆ ÆTATIS.

Opuscula scripturistica. 1025
— liturgica. 1291
— moralia. 1335

* Quanquam Andreas Cæsariensis circa annum 840 floruisse creditur, Commentarium tamen, quem in librum Apocalypseos scripsit, huc transferendum esse existimavimus, ut facilius conferri possit cum Commentario quem Arethas, ipse Cæsariensis archiepiscopus et Andreæ discipulus, in eumdem librum composuit. Ambo auctores in nonnullis, ac præsertim in divisione capitum, inter se conveniunt; sed fere ubique a se invicem discedunt. Andreas sobrius, Arethas prolixius scribit; uterque tamen solide sensum Apocalypseos explanat. Quod si unus alteri anteferendus sit, putaverim Andream discipulo suo præstare, non tantum eo quod antiquos magistros, S. Irenæum, S. Hippolytum et S. Methodium fidelius exscripsisse videtur, sed etiam quia S. Scripturæ sensum litteralem pressius sequitur. Poterunt igitur viri docti frui laboribus utriusque scriptoris. J.-B. M.

Parisiis. — Ex typis MIGNE.

ANNO DOMINI DCCCC.

JOSEPPUS

NOTITIA

(*Bibliotheca Gallandianà*, tom. XIV, Proleg. p. III.)

I. Nec quis fuerit, nec quo loco vel tempore vixerit Joseppus, sive Josephus, libri hypomnestici auctor, convenit inter scriptores : ut nihil dicam de Cavæi sententia, existimantis ex titulo capitis primi fortasse ad marginem ascripti, quo Josephus Hebræus illius argumenti tractator indicabatur, factum fuisse homini Josephi nomen, cui postea ad discrimen Judæi adhæserit Christiani appellatio. Fabricius (*a*) *non ante sæculi* XI *exitum* vixisse suspicatur, ex cap. 136, in quo Hippolytus Thebanus affertur. Cavæus (*b*) refert ad annum Christi 420. Gallandius noster in suis adversariis consignavit ad annum Christi 1000. Ex Fabricii præfatione constat Oudinum confudisse perperam Josephum nostrum cum Gorjonide : Lambecium item falli, qui ad Josephum Flavium pertinere putat. Cavæus, loco jam excitato, aliquando eumdem cum Josepho Tiberiensi, ab Epiphanio memorato (*c*), illum se fecisse confitetur. Tanta eruditorum dissidia nobis quoque de veritate, si fieri potest, inquirendi facultatem præbent. Ex ipso igitur Josepho rem extundere nitamur, ut aliquid saltem plausibilius dicere queamus.

II. Auctor itaque noster capite statim primo sub num. 15, scribit, de Phaleg loquens : Πληροῦνται ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη ,γ' ὥστε εἶναι τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου τῆς παρούσης ἐν ἓξ ἀδὶ χιλιάδων καταστάσεως. *Complentur in eo ab Adam anni* 3000, *ita ut fuerit dimidium temporis præsentis computi in senario millenariorum.* Scribebat igitur Josephus intra sextum adhuc millenarium, atque ut cum maxime sero, ultimo ipsius sexti millenarii anno. Cum porro Græci ex æra sua historica, cujus auctor Africanus, natalem Christi consignent ad annum mundi 5500, eamque epocham octennio vulgaris pone sequatur ; unde a civili eorumdem Græcorum æra idem natalis Christi dies ad annum consignatur mundi 5508, consequitur Josephum scripsisse ad summum anno Christi 492, aut si mavis sequi Panodori æram Græcorum ecclesiasticam, quæ natum asserit Christum anno mundi 5494, scripserit Josephus noster anno æræ vulgaris 507, sicut suo loco ad calcem adnotavimus. At enim non cogimur, ex modo loquendi Josephi annum præcise determinare, multoque minus necesse habemus illum existimare postremum fuisse sexti millenarii. Satis est si necessario cogamur propter τὸ παρούσης asserere, illum non ultra sextum millenarium ponendum esse. Potest ergo ad quintum, quartum tertiumve sæculum pertinere : non tamen ulterius ætas illius figenda est. Sensit hujus vim argumenti Cavæus, cujus alias hic animadversiones subjiciemus.

III. Ultimam quam memorat hæresim Josephus, est Anthropomorphitica. Ea porro cœpit circa annum Christi 399. Pertineat igitur Josephus noster hoc quidem argumento ad initia sæculi quinti. Obviat huic argumento Fabricius (*d*), inquiens potuisse Josephum non ultra hæreticos quarti sæculi excurrere, quod Epiphanium ob oculos habuerit. Sed quam jejuna et frigida hæc ratio sit, nemo non sentit in homine sæculi XI jam senescentis, cujus institutum sit libellum, sive promptuarium ad memoriam rerum hujusmodi conscribere. An XI. C. Fabricius Epiphanium sibi ob oculos proposuisset hac ætate, si laborem illiusmodi fuisset aggressus? Num etiam caput conclusisset, ut Josephus facit, inquiens : *Hæ sunt ergo hæreses quæ contra sanctam Ecclesiam ortæ sunt?* Accedit, quod Josephus duas tantum et sexaginta hæreses commemorat, Epiphanius vero octoginta. Epiphanius *Ancoratum* suum, ut notat ipse Fabricius, scripsit A. C. 373, ideoque XXIII et quod excurrit, annos ante ortos Anthropomorphitas ex Cavæi sententia. Non *potuit* ergo ob oculos habere Epiphanium : nec ultra quam ad initium sæculi quinti pertinere.

(*a*) *B. G.* tom. X pag. 109. et in Cod. Pseud.
(*b*) *H. L.* pag. 257.
(*c*) Hær. XXX, num. 4, seqq.
(*d*) *B. G.* tom. VII, pag. 421.

1373

IV. Addit Cavæus, illum nuspiam Nestorianæ hæresis mentionem facere, non in catalogo, non alibi. Quæ cum orta sit A. C. 418, vel ut serius 419, cogimur inde ætatem illius iterum non ultra initia sæculi v detrudere. Equidem fatendum in fine cap. 139 inter hæreticos commemorari Hominicolas, quo nomine Nestoriani censeri possunt. Sed hujusmodi appellatio, quia quantum memini nisi apud quosdam medii ævi scriptores occurrit, assumenti cujusdam nos facile in suspicionem adducere potest. Hæc potissimum ex Cavæo.

V. Possumus et alias nonnullas animadversiones subjicere. Capite 25 recenset auctor libros canonicos V. T. eosque enumerat XXII, non recensitis nominatim Paralipomenis, forte quia sub Regibus comprehendantur. Ea porro numerandi ratio vetustior est, quam sæculum X vel XI, imo communis in prioribus Ecclesiæ sæculis, et vetustior adhuc penes Hebræos. Nam ex Josepho (*a*) eo numero olim ab Israelitis censebantur, pro numero videlicet Litterarum Hebraicarum : quod etiam ex Origene autumat Eusebius (*b*) : *Sunt autem* XXII *libri juxta Hebræos.* Postea vero apud recutitos obtinuit, ut ex repetita ter littera Jod, viginti quatuor numerarentur, quo etiam nomine κατ' ἐξοχὴν hodieque totum corpus biblicum suum appellant : sicut etiam apud Christianos quosdam interpretes capiuntur, ex interpretatione XXIV seniorum de quibus fit mentio in Apocalypsi. Accedit nomenclatura eorumdem librorum apud Josephum nostrum, quæ Origenem potissimum exprimit, ut liquet ex n. 10, ubi tertius quartusque Regum appellantur *Vammelech David :* quod itidem in loco citato Eusebii occurrit.

VI. Dum Josephus interpretes Scripturæ affert (*c*), Lucianum non commemorat, cujus versio Nicomediæ apud Judæos sub Constantino M. reperta est, ante annum Christi 337, quo Constantinus fatis concessit. Ea porro interpretatio, teste Hieronymo (*d*), *apud omnes Orientales Ecclesias ab Antiochia CPolim usque* obtinebat. Vix ergo credi potest ignorasse Josephum celebrem adeo vulgatamque interpretationem, sin minus statim ab inventu ejus, certe postquam tot Ecclesias pervaserat, si adeo ille sero floruisset ut Fabricius sibi velle videtur. Adde illum codd. Scripturæ usum fuisse nimium corruptis, quod utique non fecisset post Lucianeam editionem. Ex his haud ab re scriptori nostro sæculum quartum assignaveris.

VII. Confirmatur hæc ætatis ejus epocha ex eo quod capite 150 ultimam persecutionem Ecclesiæ illatam commemorat sub Juliano Apostata contigisse, videlicet circa A. C. 362.

VIII. Nonnihil etiam scriptoris nostri antiquitas commendatur, ex eo quod cap. 150 Christum natum dicat A. M. 5500, quæ videlicet est Græcorum æra historica Africani, qui floruit circa A. C. 220, eademque maxime inter Christianos Græcos antiqua : quam exeunte demum sæculo quarto sub Theodosio admodum frequentanda excepit æra civilis propter indictiones.

IX. Adde denique eum, capite 144, tot afferre μαντειῶν varia genera ac nomina, ut sese scriptorem prodat manifestissime ea ætate viventem, qua adhuc ethnicismus longe lateque grassabatur, et superstitio passim obtinebat. Hoc de scriptore quarti quam undecimi sæculi probabilius affirmari potest.

X. Unum obesse videtur, quod cap. 136. Hippolytum Thebanum alleget : ex quo appareat Josephum inclinante sæculo XI floruisse. Et hæc sane ratio est, quæ Fabricium a Cavæi sententia divellit. At præterquam quod Fabricius ipse subodoratus est (*e*), caput illud fortasse assumendum esse aliena manu subjunctum, dum ait : *Si caput* 136 *ab ipso auctore est;* alia etiam fatetur quæ ex æquo illiusmodi sententiam et hypothesin evertant. Illi enim perinde atque nobis via ineunda esset, ut ratio reddatur quomodo potuerit Theodorus Cantuariensis, qui obiit anno 690, in Angliam primus attulisse apographum hominis qui sæculo XI inclinante florebat. Quidquid ille responderit, nos hypothesi nostræ accommodaremus.

XI. Sed revera caput illud esse merum additamentum aliena manu assutum exinde liquet, quod superiori jam cap. 135. Joannem et Zachariam more suo commemoraverit : brevissimis nempe verbis et per interrogationem ; hic vero mutata epigraphes scena et ratione dicendi, historicum apospasmatium prolixis sui auctoris verbis affertur. Hoc discrimen assumentum illud esse abunde prodit : simulque ostendit tempus descripti illius codicis, et cujus ætatis codices suppeditarint fragmentum illud Josepho subjunctum, sæculi nempe X ut Rœrnerus in præf. a Fabricio allegatus perhibet.

XII. Ex iis quæ attulimus animadversionibus cum nostris, tum virorum eruditorum, liquido apparet, nos in eam sententiam prono animo inclinari, quæ Josephum hunc Christianum mediante sæculo quarto floruisse opinatur. At quisnam is fuerit, longe adhuc difficilior et impeditior quæstio est. Cavæus loco superius excitato scribit: *Sæpe olim suspicatus sum hunc non alium fuisse, quam Josephum illum Tiberiadensem, qui ex Judæorum apostolo, seu assessore patriarchali, factus est Christianus, et a Constantino M. ad comitis dignitatem evectus. De cujus conversione et egregiis erga Ecclesiam meritis mira plane, atque satis prolixe narrat Epiphanius* (*f*). A sua tamen sententia recessit V. C. hac inductus ratiocinatione. Obiit Constantinus M. anno 337, ante quem certe ad comitis dignitatem Joseph ille Tiberiensis evehi debuit. Cum porro ille penultimo loco Macedonianam hæresim commemoret, Macedoniusque obierit an. 360, ac hæresis

(*a*) Lib. I, *contr. Appion.*
(*b*) *H. E.* lib. VI, c. 24.
(*c*) Cap. 122.
(*d*) In apol. adv. Rufin.
(*e*) *B. G.* tom. X, pag. 109.
(*f*) Ad Ebion. hær. XXX, num. 4 seqq.

illius damnata demum fuerit an. 381, in synodo œcumenica secunda : vix credi potest superstitem tunc adhuc fuisse Josephum nostrum, qui anno jam 355, quo Epiphanius ædes illius adiit ad invisendum Eusebium Vercellensem apud illum hospitantem, decrepita jam erat ætate, annos natus circiter 70. Fuisset enim quando damnatus est Macedonius annorum circiter 96. Adde recenseri ab illo ultimo loco Anthropomorphitas hæreticos, quorum placita inter monachos Nitriæ fervebant maxime anno 399. Hæc ratiocinia hominem eruditum deterruerunt a priori sententia, suaseruntque reputare Josephum nostrum alium a Tiberiensi Epiphanio ipsi commemoratum.

XIII. Sed, ut quod rem esse puto, fateri velim hæc argumenta apud me tanti non sunt, ut Josephum Christianum a Tiberiensi secernere cogar. Fateor an. demum 381 damnatam hæresim Macedonii; an proinde ante annum illum tanquam hæretici produci non potuerunt sequaces illius? Concedo inter monachos Nitriæ grassatam, anno maxime 399, Anthropomorphiticam hæresim; annon proinde ante illum annum inter hæreticos censeri potuerunt, cum præsertim haberentur pro sarculo Manichæorum, et ab orthodoxis evitarentur statim ab Audei obitu, qui mortuus est an. 370? Quid, quod Macedonianæ et Anthropomorphiticæ hæresis commemoratio additamentum esse potest, quod ex margine in textum immigrarit, quod item de hæresi Ἀνθρωπολατρῶν judicium fieri queat, si quidem sub eo nomine Nestoriani veniunt?

XIV. Neque etiam hominem ad sex et nonaginta ætatis annos posse pervenire incredibile admodum est : præsertim cum Epiphanius idem ille ipse amicus et hospes Josephi Tiberiensis, quando cessit CPoli sub Arcadio, natus esset annos 115 ac menses tres, ut notat idem Cavæus in illo (*a*). Cum porro non alius innotescat per ea tempora cui melius congruat hypomnesticon, quam Josephus ille Tiberiensis, nos in hac parte Is. Vossium sequimur, qui nostrum Josephum a Tiberiensi ille non discernit.

XV. Hunc sub Josephi comitis nomine vulgo agnosci, et inter sanctos relatum esse a Græcis Latinisque constat, cujus commemorationi assignata dies 22 Julii (*b*). Ex ipsomet Josepho didicit ejus vitam S. Epiphanius, et in suo *Panario* refert, ex quo cæteri hauserunt, Fleury, Baillet, etc. Summa eo redit. Natus est Josephus A. C. 286, Tiberiade civitate Palæstinæ, ex illustri inter Judæos familia, apostolique apud eorum patriarcham Hillelem munus obibat. Cum in gravissimum morbum incidisset Hillel, accersivit vicinum Tiberiadis episcopum, a quo sanitatis obtentu baptismum recepit. Id clam observavit Josephus, qui etiam vidit Hillel haud parvam auri vim dedisse episcopo, ut pro se oblationem faceret. Biduo triduove post, vita functo Hillele, parentem illum suum in patriarchali dignitate Judas filius adolescentulus excepit. Interea Joseph et tutelam pueri et administrationem patriarchalium munerum obibat. Ex eo factum est, ut spe inveniendæ magnæ pecuniæ gazophylacium Tiberiense aperiret, nec tamen nisi libros repererit : inter quos Joannis Evangelium et Acta apostolorum Hebraice descripta. Cum Judas in omne facinus profligatus, evidenti Dei potentia turpi spe cecidisset, Josephi animum res illa usque adeo perculit, ut quietus nunquam consisteret. Dei etiam monitu sæpius vocatus ut in Christum crederet; tandem asperso energumeno aqua signo crucis a se benedicta ad periculum fidei capiendum, ab eoque dæmone expulso, vulgatoque per urbem miraculo; quod tamen Judæi putarunt illum perpetrasse ex pronuntiatione et vi nominis tetragrammati; Spiritus sancti impulsu pronius ad fidem animum inclinavit; nec tamen nisi aliquot post annos baptizari sese passus est.

XVI. Interea cum in Ciliciam venisset ex munere sui Judaici apostolatus, ab episcopo civitatis cujusdam Evangelia legenda accepit. Vexatus a suis ad Constantinum M. se recepit, a quo comitis dignitatem obtinuit, ac veniam præterea ædificandorum templorum. Anno 355 Eusebium Vercellensem exsilio profugum in ædes suas recepit, ad quem invisendum sequenti anno 356 ventitavit S. Epiphanius. Erat tunc Joseph. relatu S. Doctoris, annos natus 70; quare et natalem ejus ad annum consignavimus 286. Beato tandem fine quievisse ex eo erudimur, quod inter sanctos ab Ecclesia referri videatur.

XVII. Editus est primum Josephi *Libellus memorialis* a Fabricio in *Cod. Pseudep. Veteris Testamenti* (*c*) : unde et nos accepimus. Versionem tamen nostram adornavimus ob rationem alibi sæpe commemoratam : atque sic textum illius ordinavimus, ut lectorum commodo maxime inserviremus. Is quicunque demum fuerit, aut quacunque tandem ætate vixerit, erudita multa nobis suppeditat alibi fortasse non invenienda. Utinam ad nos integer pervenisset! aut aliquis vir doctus et laboris patiens simili conatu jacturam nobis resarciret.

(*a*) Pag. 117.
(*b*) Baillet.
(*c*) Pag. 337.

1373

ΙΩΣΗΠΠΟΥ
ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

—

JOSEPPI
MEMORIALIS LIBELLUS.

—

CAP. I. — *Quot fuerint ab Adam adusque Salvatoris adventum generationes.*

1 Adam, 2 Seth, 3 Enos, 4 Kainam, 5 Malaleel, 6 Jared, 7 Enoch. Iste translatus est quamvis adhuc vivus et vegetus, 8 Mathusala, 9 Lamech. 10 Noe. Iste a diluvio servatur in arca cum domo tota. Tres porro habuit liberos, Sem, Cham Japhet. At genealogia quæ in Hebræum derivatur genus, a Sem constituitur, 11 Sem, 12 Arphaxad, 13 Sala, 14 Eber, 15 Phalec, sub quo divisa est terra. Explentur vero in eum ab Adam anni MMM. Adeo ut fuerit dimidium temporis præsentis computi in senario millenariorum, 16 Ragau, 17 Seruch, 18 Nachor, 19 Tharrha.

20 Abraham, qui a Chaldæa in Chananæam divino transfertur mandato.

21 Isaac.

22 Jacob. Iste genuit duodecim capita tribuum, ex quibus coalescunt duodecim tribus Israel. Sed ab Juda, qui quartus erat ejus filius, deducitur genus regium, 23 Judas, 24 Phares, 25 Esrom, 26 Aram, 27 Aminadab. Sub hoc contigit egressio populi de Ægypto, duce Moyse [1], 28 Naasson, 29 Salmon. Hic duxit uxorem Raab, quæ exploratores occultaverat [2], 30 Booz. Iste duxit Ruth Moabitidem, qui decimus erat ab Abraham : impleturque in Ruth quod prædictum fuerat a Moyse : *Moabitica non ingredietur in Ecclesiam usque ad generationem decimam* [3], 31 Obed, 32 Jessæ.

33 David, qui ungitur populi rex, propter suaves mores electus a Deo, ut regeret populum.

34 Solomon, qui templum Hierosolymitanum ædificavit, 35 Roboam, sub quo regnum Davidis divisum est : ac Jerobamum Israel regem sibi constituit, ubi a Juda descivit, 36 Abia, 37 Asa, 38 Josaphat, 39 Joram, 40 Ochozias, 41 Joas,

[1] Exod. VI, 23. [2] Matth. I, 5. [3] Deuter. XXIII, 3.

ΚΕΦΑΛ. Α'. — *Ὅσαι γεγόνασιν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας γενεαί* (1).

α' Ἀδάμ, β' Σήθ, γ' Ἐνώς, δ' Καϊνᾶν, ε' Μαλαλεήλ, ς' Ἰάρεδ, ζ' Ἐνώχ. Οὗτος μετετέθη καίπερ ἔτι ζῶν καὶ φυλαττόμενος, η' Μαθουσάλα, θ' Λάμεχ.

ι' Νῶε. Οὗτος ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ διασώζεται ἐν λάρνακι μετ' οἴκου παντός. Τρεῖς δ' αὐτῷ γεγόνασι παῖδες, Σήμ, Χάμ, Ἰάφεθ. Ἡ δὲ γενεαλογία εἰς τὸ Ἑβραίων ἐρχομένη γένος, ἀπὸ τοῦ Σὴμ συνίσταται, ια' Σήμ, ιβ' Ἀρφαξάδ, ιγ' Σάλα, ιδ' Ἔβερ, ιε' Φαλέκ. Ἐπὶ τούτου ἐμερίσθη ἡ γῆ. Πληροῦνται γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη ,γ· ὥστε εἶναι τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου τῆς παρούσης ἐν ἑξάδι χιλιάδων καταστάσεως (2), ις' Ῥαγαῦ, ιζ' Σερούχ, ιη' Ναχὼρ, ιθ' Θάῤῥα.

κ' Ἀβραάμ, ὃς ἀπὸ τῆς Χαλδαίας εἰς τὴν Χαναναίαν θείῳ μετοικίζεται προστάγματι.

κα' Ἰσαάκ.

κβ' Ἰακώβ. Οὗτος ἐγέννησε τοὺς δώδεκα φυλάρχους, ἐξ ὧν τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ συνίσταται. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰούδα, ὃς ἦν τέταρτος αὐτῷ γόνος, τὸ βασιλικὸν παράγεται γένος, κγ' Ἰούδας, κδ' Φαρὲς, κε' Ἐσρὼμ, κς' Ἀρὰμ, κζ' Ἀμιναδάβ. Ἐπὶ τούτου ἡ ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδος τοῦ λαοῦ, Μωϋσέως ἡγουμένου, γεγένηται, κη' Ναασσών, κθ' Σαλμών. Οὗτος ἠγάγετο τὴν Ῥαάβ, τὴν τοὺς κατασκόπους κατακρύψασαν, λ' Βοόζ. Οὗτος τὴν Μωαβῖτιν Ῥοὺθ ἠγάγετο, ὅστις δέκατος ἀπὸ Ἀβραάμ. Καὶ πληροῦται ἐπὶ Ῥοὺθ τὸ προῤῥηθὲν ὑπὸ Μωϋσέως· *Μωαβῖτις οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὴν ἐκκλησίαν Κυρίου μέχρι γενεᾶς δεκάτης*, λα' Ὠβήδ, λβ' Ἰεσσαί.

λγ' Δαβίδ, ὃς χρίεται τοῦ λαοῦ βασιλεὺς, δι' ἐπιείκειαν εὑρεθεὶς (3) ἀπὸ Θεοῦ ἄρχειν τοῦ λαοῦ.

λδ' Σολομών, ὃς τὸν ναὸν, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐδείματο, λε' Ῥοβοάμ, ἐφ' ὃν ἡ βασιλεία τοῦ Δαβὶδ διῃρέθη· καὶ τὸν Ἱεροβοὰμ ὁ Ἰσραὴλ ἔστησεν ἑαυτῷ βασιλέα, μερισθεὶς ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, λς' Ἀβιά, λζ' Ἀσά, λη' Ἰωσαφάθ, λθ' Ἰωράμ, μ' Ὀχοζίας,

(1) Confer I *Paral.* I. *Lucæ* III, 23-38. *Matth.* I, 1-16.

(2) Similiter Procopius ad *Gen.* XI. 18. aliique. Hinc videri possit Joseppus noster intra sextum millenarium scripsisse, h. e. non ultra annum 492. vel 507.

(3) Forte αἱρεθείς.

μα' Ἰωάς, μβ' Ἀμασίας, μγ' Ὀζίας, μδ' Ἰωάθαμ, με' Ἀχάζ, μς' Ἐζεκίας, ἐφ' οὗ ὁ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτος ἦχθη· μζ' Μανασσῆς, μη' Ἀμών, μθ' Ἰωσίας, ν' Ἰεχονίας, ὁ καὶ Ἰωακείμ, ὃς αἰχμάλωτος ἦχθη εἰς Βαβυλῶνα· να' Σαλαθιήλ, νβ' Ζοροβάβελ, ἐφ' οἷς ἡ τοῦ Ἰούδα αἰχμαλωσία ἀνῆχθη ὑπὸ βασιλέως Περσῶν· νγ' Ῥησά, νδ' Ἰωαννά, νε' Ἰωλά, νς' Ἰωρήχ, νζ' Σεμεΐ, νη' Ματθάν, νθ' Ναγγαί, ξ' Σελήμ, ξα' Ναούμ, ξβ' Ἀμώς, ξγ' Ματταθίας, ξδ' Ἰωσήφ, ξε' Ἰαννά, ξς' Μελχί, ξζ' Λευί, ξη' Ματθάν, ξθ' Ἡλί.

Ὁ Ἰωσήφ, ὁ τῆς παρθένου Μαρίας τῆς Θεοτόκου μνηστήρ, τῆς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν προϋπάρχοντα Θεὸν Λόγον, Θεὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ τετοκυίας.

A 42 Amasias, 43 Ozias, 44 Joatham, 45 Achaz, 46 Ezechias, sub quo populus captivus ductus est, 47 Manasses, 48 Amon, 49 Josias, 50 Jechonias, alio nomine Joakim; qui captivus ductus est Babylonem, 51 Salathiel, 52 Zorobabel. Sub his Judæ captivitas remissa est a Cyro rege Persarum, 53 Resa, 54 Joanna, 55 Jola, 56 Jorech, 57 Semee, 58 Matthan, 59 Naggæ, 60 Selem, 61 Naum, 62 Amos, 63 Mattathias, 64 Joseph, 65 Janna, 66 Melchi, 67 Levi, 68 Matthan, 69 Heli.

70 Joseph virginis Mariæ Deiparæ sponsus, quæ Dominum nostrum Jesum Christum, præexistentem Deum Verbum, Deum coæternum Patri genuit.

ΚΕΦΑΛ. Β'. — *Ὅσοι γεγόνασιν ἀρχιερεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀαρῶνος ἀρξάμενοι* (4).

CAP. II. — *Quot fuerint pontifices ab Aarone facto initio.*

Τοῦ Ἰακὼβ τρίτος γέγονε παῖς Λευΐ, τοῦ δὲ Λευΐ Καάθ, τοῦ δὲ Καάθ Ἀμβράμ, ἐξ οὗπερ γίνονται Ἀαρὼν καὶ Μωϋσῆς. Καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς ἡγεμόνευσε τῆς τοῦ λαοῦ ἐξ Αἰγύπτου πορείας, Ἀαρὼν δὲ πρῶτος ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ Μωϋσέως χρίεται.

Jacobi tertius filius fuit Levi. Levi Caathum genuit, hic Ambramum, ex quo orti sunt Aaron et Moyses. Ac Moyses quidem dux populi fuit in profectione ex Ægypto; Aaron autem primus in pontificem ab ipso Moyse unctus est.

α' Ἀαρών, β' Ἐλεαζάρ, γ' Φινεές, δ' Ἐβιέζερ, ε' Βοχχί, ς' Ὀζή, ζ' Ἡλί.

1 Aaron, 2 Eleazar, 3 Phinees, 4 Ebiezer, 5 Bocchi, 6 Oze, 7 Heli.

η' Ἀχιτώβ. Ἐφ' οὗ ὁ Σαμουὴλ προφήτης ἦν, καὶ ἱερεὺς ἅμα κριτὴς τοῦ λαοῦ (5).

8 Achitob : sub quo Samuel erat propheta, ac sacerdos simul et judex populi.

θ' Ἀχιμέλεχ, ὃς ἀναιρεῖται μετὰ τριακοσίων πεντήκοντα ἱερέων ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, διὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ δεξίωσιν.

9 Achimelech : qui interfectus est cum trecentis quinquaginta sacerdotibus a Saul, eo quod Davidem suscepisset.

ι' Ἀβιαθάρ, ὃς μόνος διασωθεὶς ἀπὸ τῶν ἀναιρεθέντων ἱερέων, κατέφυγεν ἐπὶ τὸν Δαβίδ.

C 10 Abiathar : qui solus servatus ex peremptis sacerdotibus, confugit ad Davidem.

ια' Σαδώκ, ἐφ' οὗ ὁ ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος ᾠκοδομήθη.

11 Sadoc, sub quo templum a Solomone constructum est.

ιβ' Ἀχιμάας, ιγ' Ἀζαρίας, ιδ' Ἰωράμ.

12 Achimaas, 13 Azarias, 14 Joram.

ιε' Ἰωδαέ. Οὗτος ἔζησεν ἔτη ἑκατὸν τριάκοντα, ὃς καὶ τὴν Γοδολίαν ἐξαλεῖψαι τὸ τοῦ Δαβὶδ γένος, βουλομένην ἀνεῖλε.

15 Jodae. Iste vixit annos centum triginta : qui et Godoliam, quæ Davidicum genus e medio tollere nitebatur, interfecit.

ις' Ἀζιωρὲμ, ιζ' Φειδαῖος, ιη' Σωβαῖος, ιθ' Ἰῆλος, κ' Ἰώθαμος.

16 Azioram, 17 Phidæus, 18 Sobæus, 19 Ielus, 20 Jothamus.

κα' Οὐρίας. Οὗτος ἐπὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου ἱεράτευσεν.

21 Urias. Iste sacerdotio functus est sub Achaz et Ezechia.

κβ' Ἰκρὴ, κγ' Ἰωασσῆ, κδ' Σελούμ.

22 Iore, 23 Joasse, 24 Selum.

κε' Χελκίας, ὃς ἐπὶ τοῦ Ἰωσίου τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἱεράτευσεν· κς' Σαραΐας.

25 Chelkias, qui pontificem agebat sub pio rege Josia, 26 Saræas.

κζ' Ἰωσέδεκ, ἐφ' οὗ ὁ λαὸς αἰχμάλωτος ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἦχθη.

D 27 Josedek : sub quo populus captivus a Nabuchodonosor ductus est.

κη' Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσέδεκ, ἐφ' οὗ Ἰούδας ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὑπὲρ Κύρου ἀνῆχθη, καὶ μετὰ τοῦ Ζοροβάβελ τοῦ λαοῦ προέστη.

28 Jesus filius Josedek, sub quo Judas a captivitate per Cyrum remissus est : et cum Zorobabel populo præfuit.

κθ' Ἰωακείμ. Ἐπὶ τούτου νόμους Ἔσδρας ἀνέγνω· λ' Ἐλιασήφ.

29 Joakim. Sub eo Esdras Leges recensuit [a], 30 Eliaseph.

λα' Ἰωάχας, ἐφ' οὗ τὰ κατὰ Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαῖον· λβ' Ἰωάννης.

31 Joachas : sub quo contigit historia Esther et Mardochæi, 32 Joannes.

λγ' Ἰαδδαῖος, ἐφ' οὗ ὁ ἐν Γαρίζῃ (6) ναὸς ᾠκοδομήθη.

33 Jaddæus. Ejus tempore ædificatum est templum in Garizim.

[a] II Esdr. VIII, 3.

(4) Confer Josephum, Eusebium *D. E.* l. 8. Nicephorum CPtanum in *Chron.* Ac inter recentiores Seldenum l. *De succes. in pontif.* Volsinum in *Not. ad Pugion. fidei*, et Calmetum in *Lexic. et Comm.*

(5) Confer I. Reg. II, 18, et infra cap. 8.

(6) Confer Joseph. *A. J.* XI, 8.

34 Onias, 35 Simon.

36 Eleazarus, sub quo septuagintaviralis Bibliorum versio facta est, volente Ptolemæo secundo, 37 Manasses.

38 Ananias. Sub hoc contigerunt funestæ res illæ ab Antiocho Illustre, quæ in Maccabaicis commemorantur.

39 Simon, 40 Onias, 41 Jesus, 42 Onias.

43 Alcimus, quem Antiochus constituit, quamvis non esset de genere pontificali; sublato Onia. Ejus tempore Onias Oniæ filius in Ægyptum fugiens, templum simile Hierosolymitano ædificavit in nomo Heliopolitico.

44 Judas Maccabæus ex gente Asamonæa, 45 Jonathes frater, 46 Simon frater, 47 Joannes, qui et Hyrcanus.

48 Aristobulus, qui primus diadema capiti imposuit, 49 Jannæus, sive Alexander.

50 Hyrcanus, sub quo Pompeius Romanorum imperator templum ingressus sacras supellectiles abstulit.

51 Antigonus, qui Parthos adduxerat contra Hyrcanum, ab Herode sacerdotio pellitur.

52 Ananelus ab Herode creatus, quamvis non pontificalis generis.

53 Aristobulus, quem Herodes suffecit Ananelo pontificatum ejurare coacto. Ac rursum per dolum interfecto Aristobulo, Ananelum restituit.

54 Iterum Ananelus, 55 Jesus filius Phaube, 56 Simeon Herodis affinis, 57 Matthias.

58 Joseppus, pro die Jejunii, vice Matthiæ, 59 Jozarus, 60 Eleazarus, sub quo Herodes decessit, 61 Jesus filius Sce, 62 Ananus. Hic est Caiphæ socer [5], 63 Ismaelus filius Biabe, 64 Eleazarus Anani, 65 Simon Cathemi.

66 Caiphas, qui et Joseppus : sub quo salutarem passionem Dominus noster sustinuit.

67 Jonathes Anani, 68 Theophilus frater, 69 Simon Boethi, 70 Iterum Jonathes filius Anani, 71 Matthias frater, 72 Heli junior, 73 Joseppus Kame, 74 Ananias filius Nebedæi, 75 Jonathes, 76 Ismaelus Phabii, 77 Joseppus filius Kames.

78 Ananus Anani, qui Jacobum interfecit justum, fratrem Domini. Huic et Paulus dixit : *Verberaturus est te Deus, paries dealbate* [6], 79 Jesus filius Gamaliel.

80 Matthias Theophili : sub quo bellum cum Romanis initium accepit, anno octavo Claudii.

81 Phinæus, sub quo civitas et templum ac natio a Tito capta est, et universa cum templo interierunt.

[5] Luc. III, 2; Joan. XVIII, 13. [6] Act. XXIII, 3.

A λδ' Ὠνίας, λε' Σίμων.

λς' Ἐλεάζαρος, ἐφ' οὗ αἱ Βίβλοι τῶν Ἑβδομήκοντα, Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου βουληθέντος, ἡρμηνεύθησαν· λζ' Μανασσῆς.

λη' Ἀνανίας. Ἐπὶ τούτου τὰ δεινὰ ὑπὸ τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων συμβέβηκε.

λθ' Σίμων, μ' Ὠνίας (7), μα' Ἰησοῦς, μβ' Ὠνίας (8).

μγ' Ἄλκιμος, ὃν Ἀντίοχος κατέστησεν, οὐκ ὄντα τοῦ ἱερατικοῦ γένους, ἀνελὼν τὸν Ὠνίαν, ἐπὶ τούτου Ὠνίας ὁ τοῦ Ὠνίου υἱὸς φυγὼν εἰς Αἴγυπτον, ναὸν ὅμοιον τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν ἐν τῷ Ἡλιουπολίτῃ νόμῳ (9).

μδ' Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος ἐκ τῶν Ἀσαμωναίου, με' Ἰωνάθης ἀδελφὸς, μς' Σίμων ἀδελφὸς, μζ' Ἰωάννης, ὁ καὶ Ὑρκανός.

μη' Ἀριστόβουλος, ὃς καὶ διάδημα πρῶτος περιτίθεται (10)· μθ' Ἰανναῖος, ὁ καὶ Ἀλέξανδρος.

ν' Ὑρκανὸς, ἐφ' οὗ Πομπήϊος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τὸ ἱερὸν ἐπιβὰς τὰ κειμήλια ἀφείλετο (11).

να' Ἀντίγονος, ὃς Πάρθους ἐπηγάγετο κατὰ Ὑρκανοῦ, ὑπὸ Ἡρώδου ἐκβάλλεται τῆς ἱερωσύνης.

νβ' Ἀνανῆλος, ὁ ὑπὸ Ἡρώδου κατασταθεὶς οὐκ ὢν τοῦ ἀρχιερατικοῦ γένους.

νγ' Ἀριστόβουλος, ὃν Ἡρώδης καθίστησι τὸν Ἀνανῆλον ἐξομοσάμενος· καὶ πάλιν δολοφονήσας τὸν Ἀριστόβουλον, καθίστησι τὸν Ἀνανῆλον.

νδ' Πάλιν Ἀνανῆλος, νε' Ἰησοῦς ὁ τοῦ Φαυβῆ, νς' Σίμων ὁ Ἡρώδου κηδεστὴς, νζ' Ματθίας.

νη' Ἰώσηππος, κατὰ τὴν τῆς νηστείας ἡμέραν, ἀντὶ Ματθίου (12), νθ' Ἰώζαρος, ξ' Ἐλεάζαρος, ἐφ' οὗ Ἡρώδης ἀπέθανε· ξα' Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σεὲ, ξβ' Ἄνανος. Οὗτός ἐστιν ὁ Καϊάφα πενθερός. ξγ' Ἰσμαῆλος ὁ τοῦ Βιαβῆ, ξδ' Ἐλεάζαρος Ἀνάνου, ξε' Σίμων Καθήμου.

ξς' Καϊάφας, ὁ καὶ Ἰώσηππος, ἐφ' οὗ τὸ σωτήριον πάθος, ὁ Κύριος ἡμῶν ὑπέμεινε.

ξζ' Ἰωνάθης Ἀνάνου, ξη' Θεόφιλος ἀδελφὸς, ξθ' Σίμων Βοήθου, ο' πάλιν Ἰωνάθης ὁ Ἀνάνου, οα' Ματθίας ἀδελφὸς, οβ' Ἠλὶ ὁ νέος, ογ' Ἰώσηππος Κάμη, οδ' Ἀνανίας ὁ τοῦ Νεβεδαίου, οε' Ἰωνάθης, ος' Ἰσμαῆλος Φαβίου, οζ' Ἰώσηππος ὁ Κάμης.

οη' Ἄνανος Ἀνάνου, ὁ Ἰάκωβον ἀποκτείνας τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Τούτῳ καὶ ὁ Παῦλος εἶπε· *Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε.* οθ' Ἰησοῦς ὁ Γαμαλιήλ.

π' Ματθίας Θεοφίλου, ἐφ' οὗ ὁ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος ἀρχὴν εἴληφε, ἔτους ὀγδόου Κλαυδίου.

πα' Φινεῖος, ἐφ' οὗ ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καὶ τὸ ἔθνος ὑπὸ Τίτου ἑάλω, καὶ πάντα κατὰ τὸν ναὸν κατελύθη.

(7) Simonis frater Joseph. ibid. XII, 4.
(8) Qui et Menelaus, Jesu frater. Confer Joseph. Ibid. XV, 3, II. Machab. IV, 26.
(9) Joseph. ib. XIII, 6.
(10) Joseph. XIII, 19, XX, 8.
(11) Consentit Dio lib. XXXVI. Adversatur Joseph.
(12) Joseph. XVII, 8. Scilicet quando aliqua impuritate vel alio impedimento laborabat pontifex, nec poterat in magno die Expiationis cæremonias agere, sufficiebatur ei saganus, aut vicarius.

ΚΕΦΑΛ. Γ'. — *Τίνες οἱ ἐκ τοῦ Κάϊν γενόμενοι, καὶ εἰς ἑβδόμην γενεὰν ἀνέκαθεν.*

α'. Κάϊν, β' Ἐνὼχ, γ' Γαϊαδάδ, δ' Μαϊῆλ, ε' Μαθουσάλα, ς' Λάμεχ. ζ' Ἰωβὴλ καὶ Ἰουβὰλ καὶ Θοβέλ. Ἐπὶ δὲ τούτων ἡ πανόλεθρος τοῦ Κάϊν γέγονε διαφθορά.

CAP. III. — *Quinam ex Cain nati sunt ab origine ad septimam usque generationem.*

1 Cain, 2 Enoch, 3 Gaiadad, 4 Maiel, 5 Mathusala, 6 Lamech, 7 Jobel et Jubal et Thobel. Sub his vero omnimodum contigit Cainitarum exterminium.

ΚΕΦΑΛ. Δ'. — *Τίνες οἱ ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ διασωθέντες.*

CAP. IV. — *Quinam servati sunt a diluvio in arca.*

Νῶε, καὶ υἱοὶ τρεῖς, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, καὶ αἱ τούτων τέσσαρες γυναῖκες.

Noe, et filii tres, Sem, Cham, Japheth, horumque uxores quatuor [7].

ΚΕΦΑΛ. Ε'. — *Τίνες εἰσὶν οἱ τοῦ Ἰακὼβ παῖδες, οἱ τοῦ λαοῦ πατριάρχαι.*

CAP. V. — *Qui sunt Jacobi filii, patriarchæ populi.*

Ἐκ μὲν Λείας· Ῥουβὶμ, Συμεὼν, Λευΐ, Ἰούδας, Ἰσάχαρ, Ζαβουλών. Ἐκ δὲ Ῥαχήλ. Βενιαμίν (13). Ἐκ δὲ Βαλλῆς, Δὰν, Νεφθαλείμ. Ἐκ δὲ Ζελφῆς, Γὰδ, Ἀσσήρ. Οὗτοι ἐν (14) οε' ψυχαῖς κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον.

Ex Lia : Rubim, Symeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon. Ex Rachel : Joseph, et Benjamin. Ex Balla : Dan, Nephthalim. Ex Zelpha : Gad, Asser. Isti in LXXV animabus descenderunt in Ægyptum [8].

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'. — *Τίνες εἰσὶν οἱ οε' οἱ μετὰ τοῦ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον κατελύσαντες* (15).

CAP. VI. — *Quinam sunt isti* LXXV *qui cum Jacob in Ægyptum profecti sunt.*

α' Ῥουβὶμ ὁ πρωτότοκος, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Ἐνὼς, Φαλλοὺς, Ἀσρὼμ, Χάρμης.

1 Rubim primogenitus, et filii ejus; Enos, Phallus, Asrom, Charmes.

β' Συμεὼν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Ἰεμουὴλ, Ἰαμηνὼθ, Ἰαχεὶμ, Σαὰρ, Σαούλ.

2 Symeon, et filii ejus; Jemuel, Jamenoth, Jacim, Saar, Saul.

γ' Λευΐ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Γεδεὼν, Καὰθ, Μεραρί.

3 Levi, et filii ejus : Gedeon, Caath, Merari.

δ' Ἰούδας, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ. Σηλὼμ καὶ Φαρές. Υἱοὶ δὲ Φαρές· Ἐσρὼμ, Ἰεμουήλ.

4 Judas, et filii ejus : Selom et Phares. Filii porro Phares; Esrom, Jemuel.

ε' Ἰσάχαρ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Θωλὰ, Φουὰ, Ἰασοὺμ, Ἀμράμ.

5 Issachar, et filii ejus : Thola, Phua, Jasum Amram.

ς' Ζαβουλὼν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Σέδερ, Ἀλλὼμ, Ἀηλ. Οὗτοι ἐκ Λείας, λ' (16).

6 Zabulon, et filii ejus : Seder, Allom, Æel. Isti ex Lia, XXX.

ζ' Γὰδ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Σαφὼν, Ἀγγὴς, Σαυνὴς, Βοασαμὼν, Δίδης, Ἀρὼ, Ἀδδὴς, Ἀροήλ.

7 Gad, et filii ejus : Saphon, Agges, Saunes, Boasamon, Dides, Aro, Addes, Aroel.

η' Ἀσὴρ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Ἰεμναεσσοῦ, Ἰεσοὺλ, Μαρία, Σάρρα ἀδελφή. Υἱοὶ δὲ Μαρίας· Χορὲβ καὶ Μαλχιήλ. Οὗτοι ἐκ Ζέλφης, ιζ'.

8 Aser, et filii ejus : Jemnæssu, Jeul, Maria, Sarrha soror. Filii porro Mariæ; Choreb et Malchiel. Isti ex Zelpha, XVII.

θ' Ἰωσὴφ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τεχθέντες ἐν Αἰγύπτῳ· Μανασσῆς καὶ Ἐφραΐμ, Σουτὰλ, Ταλιμμέδεκ.

9 Joseph, et filii ejus in Ægypto progeniti : Manasses et Ephraim, Sutal, Talimmedec.

ι' Βενιαμὶν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Βαλλὰ, Φοὺς, Ἐβήλ. Υἱοὶ Βαλλά· Γηρὰ, Νεομὰν, Ἰαχὴς, Ῥὼς, Μαμφήν. Υἱοὶ Γηρά· Ἀράδ. Οὗτοι ἐκ τῆς Ῥαχὴλ, ιη'.

10 Benjamin, et filii ejus : Balla, Phus, Ebel. Filii Balla; Gera, Neoman, Jaches, Ros, Mamphen, Filii Gera; Arad. Isti ex Rachel, XVIII.

ια' Δὰν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Ἀσώμ.

11 Dan, et filii ejus : Asom.

ιβ' Νεφθαλείμ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ· Ἀσιὴλ, Γωῦνη, Ἀσσὰς, Συλλήμ. Οὗτοι ἐκ Βαλλῆς, ζ'. Ὁμοῦ οβ'. Καὶ ὁ πατὴρ Ἰακὼβ, καὶ Δείνα ἡ θυγάτηρ, καὶ Λεία· ὁμοῦ ψυχαὶ οε'.

12 Nephthalim, et filii ejus : Asiel, Goyne, Assas, Syllem. Isti ex Balla, VII. Universim omnes LXXII. Et pater Jacob, et Dina filia atque Lia, simul animæ LXXV.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'. — *Τίνες οἱ τοῦ Σαμουὴλ πρόγονοι ἱερατικοί* (17).

CAP. VII. — *Quinam fuerunt Samuelis progenitores sacerdotales.*

α' Κορὲ, ὁ ἐπισυστὰς ἐπὶ Μωῦσῆ, β' τούτου υἱὸς, Ἐλκανὰ, γ' Ἐναὲδ, δ' Ἐλιὰδ, ε' Ἱεραὰμ, ς' Ἐλ-

1 Core, qui seditionem concitavit sub Moyse, 2 hujus filius, Elcana, 3 Enaed, 4 Eliad, 5 Jeraam,

[7] II Petr. II, 5. [8] Act. VII, 14.

(13) Deest Ἰωσὴφ καὶ, *Joseph* et, vitio typogr., ut versio Fabriciana ostendit,

(14) Fabric. vertit *septuaginta duæ*, male. Vide sequens caput.

(15) Confer Genes. XLVI.

(16) Forte Zara, quintus filius Judæ, ex Gen. XLVI, 12 a librariis hic omissus est.

(17) Confer I. Paral. VI.

6 Elcana, 7 Samuel : ex quo nati sunt duo filii, Joel et Isamina : qui cum munera acciperent, haud digni paterna successione sunt habiti.

A

6 κανὰ, ζ' Σαμουὴλ, ἐξ οὗ γεγόνασιν υἱοὶ δύο Ἰωὴλ καὶ Ἰσαμινά. Καὶ δωροληπτοῦντες, οὐκ ἄξιοι τῆς πατρικῆς διαδοχῆς εἶναι ἐκρίθησαν.

CAP. VIII. — *Quinam sunt Heli progenitores sacerdotales.*

1 Caath, 2 Abitom, 3 Abimelech, 4 Abiathar, 5 Uriu, 6 et Nathan, 7 Heli, ex quo nati sunt filii duo, Ophne et Phinees, qui in sacrificia lascivientes interficiuntur in bello Philistino.

ΚΕΦΑΛ. Η'. — *Τίνες οἱ τοῦ Ἠλὶ πρόγονοι ἱερατικοί.*

α' Καὰθ, β' Ἀβιτὼμ, γ' Ἀβιμέλεχ, δ' Ἀβιάθαρ, ε' Οὐριοῦ, ς' καὶ Ναθὰν, ζ' Ἠλὶ, ἐξ οὗ γεγόνασιν υἱοὶ δύο, Ὀφνὴ καὶ Φινεὲς, οἳ τὰς θυσίας ἐντρυφῶντες, ἀναιροῦνται ἐν πολέμῳ τῶν ἀλλοφύλων.

CAP. IX. — *Quinam fuerunt progenitores Ezechielis prophetæ sacerdotales.*

1 Jodae, 2 Phadnæas, 3 Amorrhias, 4 Zachor, 5 Samue, 6 Ephedla, 7 Melchiu, 8 Alom, 9 Gomorrhias, 10 Baruch, 11 Sophonias, 12 Massæas, 13 Chelcias, 14 Buze, 15 Jezechiel. Qui in captivitate Juda vaticinatus est Babylone.

B

ΚΕΦΑΛ. Θ'. — *Τίνες οἱ τοῦ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου πρόγονοι ἱερατικοί.*

α' Ἰωδαὲ, β' Φαδναίας, γ' Ἀμορρίας, δ' Ζαχὼρ, ε' Σαμουὲ, ς' Ἐφεδλὰ, ζ' Μελχιοῦ, η' Ἀλὼμ, θ' Γομορρίας, ι' Βαροὺχ, ια' Σοφονίας, ιβ' Μασσαίας, ιγ' Χελκίας, ιδ' Βουζὴ, ιε' Ἰεζεκιὴλ, ὁ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰούδα προφητεύσας ἐν Βαβυλῶνι.

CAP. X. — *Quinam fuerunt Jeremiæ prophetæ progenitores sacerdotales.*

1 Aaron, 2 Phinees, 3 Ozias, 4 Razazas, 5 Moriad, 6 Amorias, 7 Ametob, 8 Seduc, 9 Achimas, 10 Hujus filius Elias propheta et Salom, 11 Salomi filius, Joram, 12 Amos et Jodae, 13 Sedecias filius Jodae, 14 Joel, 15 Urias, 16 Nere, 17 Salom, 18 Chelcias, 19 Jeremias, qui captivitatem in Judæa prophetavit.

ΚΕΦΑΛ. Ι'. — *Τίνες οἱ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου πρόγονοι ἱερατικοί.*

α' Ἀαρὼν, β' Φινεὲς, γ' Ὀζίας, δ' Ῥαζαζᾶς, ε' Μωριὰδ, ς' Ἀμωρίας, ζ' Ἀμητὼδ, η' Σεδοὺκ, θ' Ἀχιμὰς, ι' τούτου υἱὸς Ἠλίας ὁ προφήτης καὶ Σαλὼμ, ια' Σαλώμου υἱὸς, Ἰωρὰμ, ιβ' Ἀμὼς καὶ Ἰωδαὲ, ιγ' Σεδεκίας υἱὸς Ἰωδαὲ, ιδ' Ἰωὴλ, ιε' Οὐρίας, ις' Νηρὴ, ιζ' Σαλὼμ, ιη' Χελκίας, ιθ' Ἱερεμίας, ὁ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ προφητεύσας.[1]

CAP. XI. — *Quinam fuerunt populi judices post divisionem terræ a Jesu Nave factam.*

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'. — *Τίνες οἱ τοῦ λαοῦ κριταὶ μετὰ τὴν ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γεγενημένην τῆς γῆς διανέμησιν, γενόμενοι.*

1 *Chusarathen rex Mesopotamiæ Syriæ.*
2 Gothoniel judex.
3 Jesus Nave [9]. *Æglon rex Moabitarum* [10].
4 Aod judex.
5 *Jabes rex Chanaan* [11].
6 Deborra prophetissa cum Barac.
7 *Madianitica gens* [12].
8 Jedeon judex.
9 Abimelech judex.
10 Thola judex.
11 Ir judex.
12 *Ammonitica gens* [13].
13 Jephthæ judex.
14 Essebon judex.
15 Alon judex.
16 Abdon judex.
17 *Philisthæi* [14].
18 Sampson judex.
(19 Semenar judex.
20 Interregnum [15].
21 Et Samir judex.)

α' Χουσαραθὼν ποταμῶν Συρίας βασιλεύς.
β' Γοθονιὴλ κριτής.
γ' Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ (19). Αἰγλὼν βασιλεὺς Μωαβιτῶν.
δ' Ἀὼδ κριτής.
ε' Ἰαβὶς βασιλεὺς Χαναάν.
ς' Δεβόρρα προφῆτις σὺν Βαράκ.
ζ' Μαδιναῖοι ἔθνος.
η' Γεδεὼν κριτής.
θ' Ἀβιμέλεχ κριτὴς
ι' Θωλὰ κριτής.
ια Εἶρ κριτής.
ιβ' Ἀμμονῖται ἔθνος.
ιγ' Ἰεφθαὲ κριτής.
ιδ' Ἐσσεβὼν κριτής.
ιε' Ἀλλὼν κριτής.
ις' Ἀβδὼν κριτής.
ιζ' Ἀλλόφυλοι.
ιη' Σαμψὼν κριτής.
[(20) ιθ' Σεμενὰρ κριτής.
κ' Ἀναρχία.
κα' Καὶ Σαὶρ κριτής.]

D

[9] Jud. III, 8. [10] ibid. ,12. [11] Jud. IV, 2. [12] Jud. VI, 1. [13] Jud. X, 7. [14] Jud. XIII, 1. [15] Jud. XVII, 6, XVIII, 1, XXI, 24.

(18) Confer Zeltnerum *in Judices*
(19) Videtur insititius.
(20) Quæ uncinis includuntur cum absint, typographico certe errore, ex versione Fabriciana huc revocavimus. Cæterum de his silent Scriptura, Josephus et Clemens, *Strom.* I, p. 324.

κβ'. Εἰρήνη (21), καὶ Σαμανίας κριτής. Μετὰ δὲ A τούτους, ἱερεῖς ἔκριναν τὸν λαὸν, Ἠλὶ καὶ Σαμουὴλ, μεθ' οὓς βασιλεῖς.

22. Pax, et Samanias judex. Post hos judicarunt populum sacerdotes Heli et Samuel, ac deinde fuere reges.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.— *Τίνες ἐβασίλευσαν τοῦ λαοῦ* (22).

CAP. XII. — *Quinam fuerunt reges populi.*

α' Σαοὺλ, β' Δαβὶδ, γ' Σολομὼν, δ' Ῥοβοὰμ, ἐφ' οὗ ἐμερίσθη ἡ βασιλεία· ε' Ἀβιὰ, ς' Ἀσὰ, ζ' Ἰωσαφὰτ, η' Ἰωρὰμ, θ' Ὀχοζίας, ι' Γοδολία γυνὴ, μήτηρ τοῦ Ὀχοζίου, ια' Ἰωὰς, ιβ' Ἀμασίας, ιγ' Ὀζίας, ιδ' Ἰωθὰμ, ιε' Ἀχὰζ, ις' Ἐζεκίας, ιζ' Μανασσῆς, ιη' Ἀμὼς, ιθ' Ἰωσίας (23), κ' Ἰωακεὶμ, κα' Ἰεχονίας, κβ' Σεδεκίας, ἐφ' οὗ καὶ ἡ δευτέρα αἰχμαλωσία τοῦ Ἰούδα ἐγεγόνει, καὶ ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη.

1 Saul [16], 2 David [17], 3 Salomon [18], 4 Roboam sub quo scissum est regnum [19], 5 Abia [20], 6 Asa [21], 7 Josaphat [22], 8 Joram [23], 9 Ochozias [24], 10 Godolia mulier, Ochoziæ mater [25], 11 Joas [26], 12 Amasias [27], 13 Ozias [28], 14 Joatham [29], 15 Achaz [30], 16 Ezekias [31], 17 Manasses [32], 18 Amos [33], 19 Josias [34], (*Joachaz* [35], 20 Joakim [36], 21 Jechonias [37], 22 Sedecias. Sub quo contigit secunda Judæ captivitas, et templum conflagravit [38].

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'. — *Τίνες βασιλεῖς γεγόνασι τοῦ Ἰσραὴλ μετὰ τὴν ἀπὸ Ἰούδα διαίρεσιν.* B

CAP. XIII. — *Quinam fuerunt reges Israel postquam ab Juda divulsus est.*

α' Ἱεροβοὰμ, β' Ναδὰβ, γ' Βαασὰ, δ' Ἐλὰ, ε' Ζαμβρὴ, ς' Ἀμβρὴ, ζ' Ἀχαὰβ, η' Ὀχοζίας, θ' Ἰωρὰμ, ι' Ἰηοῦ, ια' Ἰωάχας, ιβ' Ἰωὰς, ιγ' Ἱεροβοὰμ, ιδ' Ζαχαρίας, ιε' Σελλὶμ, ις' Μανασσῆς, ιζ' Φακεσίας, ιη' Φακεὲ, ιθ' Ὡσηὲ, οὗ ἐννάτῳ ἔτει ἡ καθαίρεσις τῆς βασιλείας γέγονε.

1. Jeroboam [39], 2 Nadab [40], 3 Baasa [41], 4 Ela [42], 5 Zambre [43], 6 Ambre [44], 7 Achaab [45], 8 Ochozias [46], 9 Joram [47], 10 Jeu [48], 11 Joachas [49], 12 Joas [50], 13 Jeroboam [51], 14 Zacharias [52], 15 Sellum [53], 16 Manasses [54], 17 Phecesias [55], 18 Phacee [56], 19 Osee, cujus anno nono contigit eversio regni [57].

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'. — *Τίνες προφῆται γεγόνασιν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ, οἳ καὶ τὰς προφητείας ἐγγράφους πεποίηνται.*

CAP. XIV. — *Quinam fuerunt prophetæ in verbo divino qui et prophetias scripto consignarunt.*

α' Μωϋσῆς, β' Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, γ' Δαβὶδ, δ' Σολομὼν, ε' Ἡσαΐας, ς' Ἱερεμίας, ζ' Ἰεζεκιὴλ, η' Δανιὴλ, θ' Ὡσηὲ, ι' Ἰωὴλ, ια' Ἀμὼς, ιβ' Ἀβδιοῦ, ιγ' Ἰωνᾶς, ιδ' Μιχαΐας, ιε' Ναοὺμ. ις' Ἀββακοὺμ, ιζ' Σοφονίας, ιη' Ἀγγαῖος, ιθ' Ζαχαρίας, κ' Μαλαχίας. Οὗτοι μὲν οἱ εἴκοσι ἐγγράφους κατέλιπον αὐτῶν τὰς προφητείας. C

1 Moyses, 2 Jesus Nave, 3 David, 4 Salomon, 5 Isaias, 6 Jeremias, 7 Jezeciel, 8 Daniel, 9 Osee, 10 Joel, 11 Amos, 12 Abdiu, 13 Jonas, 14 Michæas, 15 Naum, 16 Abbacum, 17 Sophonias, 18 Aggæus, 19 Zacharias, 20 Malachias. Hi viginti Litteris commendatas reliquerunt suas prophetias.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'. — *Τίνες δὲ γεγόνασιν ἄλλοι προφῆται, οἱ μὴ ἐν γράμμασιν αὐτῶν καταλείψαντες τὰς προφητείας.*

CAP. XV. — *Quinam fuerunt alii prophetæ, qui nequaquam suas prophetias in scriptis reliquerunt.*

α' Ἀδὰμ, β' Νῶε, γ' Ἀβραὰμ, δ' Ἰσαὰκ, ε' Ἰακὼβ, ς' Ἐλδὰδ, ζ' καὶ Μηδὰδ, η' Σαμουὴλ, θ' Γὰδ, ι' Νάθαν, ια' Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης, ιβ' Σαμαΐας υἱὸς Ἀνανὶ, ιγ' Σαλαμὶν, ιδ' Ἀνανίας, ιε' Ἠλίας, ις' Ἐλισαῖος, ιζ' Μιχαΐας υἱὸς Ἰεμβλὰ, ιη' Ἀβδαδὼν, ιθ' Βουζῆ, κ' Οὐρίας, κα' Σαμαΐας.

κβ' Ἰαδὼν (25), ὁ ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ τὴν πτῶσιν

1 Adam, 2 Noe, 3 Abraham, 4 Isaac, 5 Jacob, 6 Eldad [58], 7 et Medad, 8 Samuel, 9 Gad, 10 Nathan, 11 Achias Silonites [59], 12 Samæas filius Anani [60], 13 Salamin, 14 Ananias, 15 Elias, 16 Elisæus, 17 Michæas filius Jembla [61], 18 Abdadon [62]. 19 Huze, 20 Urias, 21 Samæas.

22 Jadon, qui sub Jeroboam ruinam altaris Be-

Τὸν Ἀδωνιβεζὲκ βασιλέα τῶν Ἀλλοφύλων, ἑβδομήκοντα βασιλεῖς ἀκρωτηριάσαντα, πολεμήσαντες ποδῶν καὶ χειρῶν ἐξέτεμον, καὶ μυρίους αὐτοῦ στρατιώτας διὰ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ἀνεῖλον.

Regem Moabitarum qui in servitutem populum redegerat; Edon [Eglon] ipse vocabatur; Aod judex adveniens, tanquam qui benevolus ipsi propter obsequium futurus esset, muneraque afferens, dolo interfecit. Cum enim ambidexter esset Aod, quasi vellet illi privatim utilia quædam narrare, sinistra manu, nemine præsente, in cubiculo eum confodit.

Τὸν βασιλέα Μωαβιτῶν δουλαγωγοῦντα τὸν λαὸν, Ἐδὼν [Ἐγλὼν] δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, Ἀὼδ ὁ κριτὴς ἐπελθὼν, ὡς εὔνους αὐτῷ περὶ τὴν ὑπακοὴν ἐσόμενος, καὶ δωροδοκήσας, ἀνεῖλε δόλῳ. Ἀμφοτεροδέξιος γὰρ ὢν ὁ Ἀὼδ, ὡς βουλόμενος αὐτῷ ἰδίᾳ τι λέγειν τῶν συμφερόντων, τῇ εὐωνύμῳ χειρὶ, παρόντος οὐθενὸς, εἰς τὸν κοιτῶνα αὐτὸν διεχειρίσατο.

Sisaram quoque, Chananæorum imperatorem, qui populo dominabatur propter ejus impia facinora, mulier quædam Debbora, mittens Baracum hominem de tribu Nephthalim, hunc debellavit, atque milites quidem ejus quatuor millia cecidit; ipsum vero Sisaram solum aufugientem e bello, Jazel quædam animo gestiens mulier in domum suam confugientem veluti in asylum suscipiens, lacte potat sitientem, et humi sopit; dormientem autem ipsum, clavo per tempora adacto, confecit. Baraco eum capere quærenti, Jazel ostendit in terra transfixum.

Τὸν Σισάρα πάλιν βασιλέα τῶν Χαναναίων κρατοῦντα τοῦ λαοῦ διὰ τὸ δυσσεβεῖν, Δεββόρρα τις γυνὴ, στείλασα τὸν Βαρὰκ, τὸν ἐκ φυλῆς Νεφθαλεὶμ, τοῦτον κατεπολέμησε, καὶ τετρακισχιλίους μὲν αὐτοῦ στρατιώτας ἀναιρεῖ, αὐτὸν δὲ τὸν Σισάρα μόνον ἀποδράντα τοῦ πολέμου, Ἰαζήλ τις μαινομένη γυνὴ φεύγοντα πρὸς τὴν ἑαυτῆς οἰκίαν, ὡς εἰς καταφυγὴν προσηκαμένη, ποτίζει γάλακτι διψῶντα, καὶ κατακοιμίζει τρὸς τῷ ἐδάφει. Ἀποκαθευδήσαντα δὲ αὐτὸν, πάσσαλον διὰ τοῦ κρόνους περάσασα, διαχρᾶται· ζητοῦντι δὲ αὐτὸν καταλαβεῖν τῷ Βαρὰκ, δείκνυσιν Ἰαζὴλ ἐν τῇ γῇ καταπεπαρμένον.

Idem instantibus populo Madianitis, propterea quod a Deo ob impietates fuerat derelictus, Gedeon per angelum judex proponitur. Iste porro signum postulat hujusmodi sibi dari, si quidem præesse populo par esset. Lanam in terra deponens, eam postulavit imbui rore, terra quæ circa vellus esset, nihil omnino humoris recipiente. Ubi vero istud evenit, iterum postulavit, ut tellus quæ circa lanam erat humore madesceret, lana vero impluvia maneret. Cum porro vidisset sic contigisse quemadmodum postulaverat, quæ sibi mandata fuerant aggreditur. Convocat igitur, ut sibi opem ferant quotquot ex populo id præstare vellent, in bello adversus hostes suscipiendo. Conveniunt duo et viginti millia. Multos porro cum dixisset ei Deus esse eos qui convenerant, meticulosos dimittendos mandat. His dimissis remanent decem millia. Cumque vellet Deus illi ostendere,

Πάλιν Μαδιναίων ἐπικειμένων τῷ λαῷ, διὰ τὸ ἐπὶ ταῖς δυσσεβείαις ὑπὸ Θεοῦ ἐγκαταλελεῖφθαι, Γεδεὼν δι' ἀγγέλου προβάλλεται κριτής. Καὶ σημεῖον οὗτος αἰτεῖ, εἰ προστῆναι οἷός τε εἴη τοῦ λαοῦ, τοιοῦτον αὐτῷ δοθῆναι. Πόκον ἀποθέμενος ἐν τῇ γῇ, τοῦτον ᾔτει δρόσῳ πληροῦσθαι, τῆς περὶ τὸν πόκον γῆς μηδόλως ὑγραινομένης. Ὡς δὲ οὕτως ἐγίνετο, πάλιν ᾔτει, τὸ μὲν περὶ τὸν πόκον ἔδαφος ὑγραίνεσθαι, τὸν δὲ πόκον ἄθετον μένειν. Ὡς δὲ εἶδε οὕτω γενόμενον ὡς ἠτήκει, ἐνεχείρει τοῖς προστεταγμένοις. Καλεῖ γοῦν συνάρασθαι αὐτῷ τοὺς βουλομένους τοῦ λαοῦ ἐπὶ τὸν ἐχθρῶν πόλεμον. Καὶ συνέρχονται δισχίλιοι καὶ δισμύριοι. Πολλοὺς δὲ αὐτῷ τοὺς συνειληλυθότας ὁ Θεὸς εἰπὼν εἶναι, ἀποπέμπειν ἐκελεύετο τοὺς δειλούς. Μένουσι δὴ, τούτων ἀποπεμφθέντων, μύριοι. Βουλόμενος δὲ ὁ Θεὸς αὐτῷ δεικνύειν, ὡς οὐ πολεμούντων πλήθει περιέσται τῶν πολεμίων ἀπείρων ὄντων, ἀλλὰ θείᾳ χειρὶ, πάλιν αὐτῷ κελεύει

κατιέναι πρὸς τῷ παρακειμένῳ ποταμῷ, κἀκεῖσε δεικνύει τοὺς συνελευσομένους ἐν τῇ μάχῃ. Ὡς δὲ εἰ; ὕδωρ πιεῖν οἱ μύριοι κατέβησαν, ἐπιτηρεῖσθαι κελεύεται τὰ στόματα τοῖς ὕδασι καταβάλλοντας, καταχαμπτομένους ἐν τῷ πίνειν, καὶ τοὺς χερσὶν ἀνιμωμένους τὸ ποτὸν, καὶ λάπτοντας ὡσεὶ κύνες. Οὗτοι δὲ ὤφθησαν ὄντες μόνοι τριακόσιοι. Καὶ πάλιν πέμψας ἑπτακοσίους καὶ ἐννεακισχιλίους, ἀκούει ὡς διὰ τῶν τριακοσίων τοὺς πολεμίους ἀμαχητὶ τροπώσεται. Ὑδρίας οὖν αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι καὶ λαμπάδας ἐν τῇ εὐωνύμῳ χειρὶ κελεύει, καὶ σάλπιγγας ἐν τῇ δεξιᾷ· εἶτα ἀποῤῥίψαντας τὰς ὑδρίας, σαλπίζειν καὶ ἐπιβοᾷν· *Ῥομφαία τῷ Θεῷ καὶ τῷ Γεδεών*. Τούτων δὲ οὕτω τελουμένων, οἱ πολέμιοι δι' ἑαυτῶν ἐκόπτοντο, πλῆθος ὄντες ἄπειρον, καὶ τέσσαρας βασιλεῖς τοὺς πολεμίους χειρωσάμενος πελεκίζει, τὸν Ὠρὴβ, καὶ τὸν Ζὴφ, καὶ τὸν Ζεβεὲ, καὶ Σαλμανᾶ, Μαδιανιτῶν καὶ Ἀμαληκιτῶν τοὺς βασιλέας.

quod nequaquam ob bellatorum multitudinem victor esset futurus, quamvis infiniti essent hostes, sed ob divinum auxilium : iterum ei præcipit, ut ad prope positum flumen descendat, ibique illi ostendit qui cum illo ad pugnam essent ituri. Quum enim decem milleni illi ad bibendam aquam descendissent, observandos edicit homines, qui ora aquis imprimerent procumbentes ad bibendum, eos item qui palmis haustum traherent, lamberentque ut canes. Visi sunt hujusmodi homines dumtaxat trecenti. Iterum ergo data abeundi venia novem illis millibus et septingentis, audit futurum, ut ope trecentorum eorum adversarios non conserta acie in fugam vertat. Jubet ergo ut lagenas sibi afferant lampadasque in sinistra manu, ac tubas in dextera. Deinde ut abjectis lagenis, clangant et obstrepant, *Gladius Deo et Gedeoni*. Quæ cum ita peracta fuissent, hostes per se invicem feriuntur, qui multitudine erant infiniti, quatuorque reges adversarios subegit et securi percussit, Oreb et Zeph, et Zebee et Salmana, qui Madianitarum Amalecitarumve reges erant.

Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἁμαρτόντι τῷ λαῷ καὶ δυσσεβοῦντι, ἐπικρατεῖ; οἱ πολέμιοι γίνονται. Κριτὴς Ἰεφθάε ὁ Γαλααδίτης προβάλλεται, ὃς πολεμῶν τὸ τῶν Ἀμμανιτῶν ἔθνος, ἐπηύξατο πρὸς τῇ νίκῃ, τὸν ἁπαντῶντα αὐτῷ ἀνιόντι ἐκ τῆς ἑαυτοῦ πρῶτον οἰκίας προσαγαγεῖν ὑπὲρ τῆς νίκης εἰς θυσίαν. Ἁπαντᾷ γοῦν αὐτῷ μονογενὴς παρθένος, ἣν εἶχε, θυγάτηρ, καὶ προσήγαγε ταύτην, ἐπιδούσης ἑαυτὴν καὶ τῆς κόρης.

Post hæc rursus peccantis populi et impie agentis domini evadunt hostes. Judex præficitur Jephthae Galaadites, qui cum gente Ammanitica bellum commissurus vovit pro victoria, oblaturum se in sacrificium pro victoria quemcunque primum de domo sua revertenti occurrentem offendisset. Occurrit vero ei unigenita virgo filia, quam habebat : quam etiam obtulit, puella se ipsam quoque ultro offerente.

Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας ἀποῤῥαθυμήσαντι τῷ λαῷ καὶ καταπατουμένῳ πρὸς Φιλισθαίων, καὶ θρηνοῦντι τὴν ἐπάχθειαν, Σαμψὼν Ναζηραῖος τῇ ἀναστροφῇ γίνεται κριτὴς, ὃς ἐν ταῖς θριξὶν εἶχε τὴν δύναμιν. Καὶ πρῶτον μὲν λέοντα κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ περιτετυχηκότα ἔκτεινε, ταῖς χερσὶ περιδραξάμενος. Ἔπειτα εἰσελθὼν εἰς θέαν τοῦ νεκροῦ λέοντος, καὶ εὑρὼν ἐσμὸν μελισσῶν ἐπικαθεζόμενον αὐτοῦ τῷ κρανίῳ, μέλι λαβὼν ἐξ αὐτοῦ βέβρωκεν. Ἀθετούμενος διὰ γυναῖκα, ἣν ἐθνικὴν οὖσαν ἠγάγετο, παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, τιμωρεῖται τοὺς συμφύλους αὐτοῦ ταύτῃ. Τριακοσίους; ἀλώπεκας συλλαβόμενος, καὶ κατὰ δύο προσδήσας αὐτῶν τὰς κέρκους λαμπάσιν. ἐξημμέναις, κατὰ τὰς χώρας ἀπέλυσεν. Οὕτω γοῦν αὐτῶν ἅπαντας τοὺς καρποὺς (καὶ γὰρ ἦν ἀμητοῦ καιρὸς) ἐνέπρησεν. Ἔπειτα πολεμοῦσι τοῖς Ἀλλοφύλοις τὸν λαὸν διὰ τὴν τοιαύτην τοῦ Σαμψὼν ἀδικίαν, λύσις ὁμολογεῖται τοῦ πολέμου γενέσθαι, εἰ τὸν Σαμψὼν δέσμιον αὐτοῖς παραδῷεν. Καὶ δήσαντες ἑκόντα οἱ προσήκοντες καλωδίοις, παρέδοσαν τοῖς Ἀλλοφύλοις;. Ὁ δὲ παραυτίκα τὰ δεσμὰ διαῤῥήξας, καὶ σιαγόνος ὀστέου περιτυχὼν ὄνου, χιλίους αὐτῶν ἐν αὐτῷ παίων ἀπέκτεινεν. Ἐκ δὲ τοῦ κόπου τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν δίψει φλεγόμενος, ἀπώλλυτο. Καὶ πάλιν ἀπολαβὼν τὴν σιαγόνα, ὕδωρ αὐτῷ ῥύσασαν ὅσον ἰάσασθαι τὴν δίψαν ἠδύνατο, εὗρατο. Ἄλλοτε δὲ προσβαλὼν τῇ Γαζαίων πόλει, καὶ καθεσθήσας παρά τινι γυναικὶ, ἐφυλάττετο παρὰ τῶν πολιτῶν πρὸ; ἀναίρεσιν·

Iterum in pietate refrigescente populo, conculcatoque a Philisthæis, cum calamitatem conquereretur, fit judex Samson Naziræus conversatione, qui in capillis suas vires habebat. Ac primo quidem leonem obvium sibi ex itinere interfecit manibus apprehensum : deinde regressus ad conspiciendum mortuum illum leonem, cum apum examen invenisset insidens in ejus calvaria, arrepto melle, ex illo comedit. Repudiatus, ne uxorem haberet mulierem ethnicam, quam ducere volebat, ab ejus patre, contribules illius propterea sic ultus est. Captis trecentis vulpibus, binisque earum caudis colligatis cum accensis lampadibus, in agros dimittit. Hoc igitur modo fruges eorum universas (erat namque messis tempus) combussit. Sublinde bellantibus Philisthæis cum populo propter hanc Samsonis noxam, convenitur dirimendum bellum, si quidem Samsonem illis vinctum traderent. Vincientes ergo sui hominem id ultro ferentem restibus, tradiderunt Philisthæis. At ille statim vincula dirumpens, inventoque osse maxillæ asini, eo millenos eorum cædens interfecit. Ob laborem vero internecionis illorum siti ardens, jamjam deficere videbatur. Iterum igitur arrepta maxilla, sibi aquam scaturientem reperit, quanta siti mederi poterat. Aliquando accedens ad Gazæorum civitatem, hospitatusque penes quamdam mulierem, observabant eum civitatenses, ut e medio tollerent. At ille noctu experrectus, conspicatusque custodes in

portis dormientes, super humeris cum postibus vectibusque ipsis et epoidibus portas sustollens, in opposite civitati clivo deposuit, qui decem stadiis aberat.

Victus quoque postea ethnicæ mulierculæ desiderio, cum fuisset circumventus ut ediceret, in quanam re tantum robur possideret, hostibus deditus est. Postquam enim novit muliercula robur in crinibus ejus positum esse, imbellem eum reddidit crines attondens. Accipientes igitur illum, captivum habuere hostes, illudebantque ei apud deos suos convivantes, cæcatisque oculis eum sic multarunt. At ubi sensit capillos suos succrevisse, ac robur inesse sibi, orat Deum, ut vindictam sui faciat. Cum ergo convivantibus hostibus apud eorum deos, adductus fuisset ut illuderetur; ducem precabatur, ut se ad columnas duceret, quæ templum sustinebant. Ubi ille nec videntem eo adduxit, apprehendens manibus ambas columnas, magna voce clamans ad Deum, in interitum sui populique qui convenerat ad conspiciendum eum ex contumelia, templum evulsit. Hoc igitur modo et templum convulsit, et seipsum cum magna civitatis multitudine e medio sustulit, longe plures interficiens dum moritur, quam quos vivus occiderat.

ὁ δὲ νύκτωρ ἐγερθεὶς, καὶ τοὺς φύλακας ἐν ταῖς πύλαις καθεύδοντας θεασάμενος, ἐπ' ὤμων μετὰ τῶν παραστάδων, μοχλοῖς αὐτοῖς καὶ ἀψῖσι, τὰς πύλας ἀράμενος, εἰς τὸν κατάντικρυ τῆς πόλεως βουνὸν ἀπέθετο, δέκα σταδίους ἀπέχοντα.

Ἡττηθεὶς δ' εἰς ὕστερον ἀλλοεθνοῦς πόθῳ γυναικὸς, καὶ τὴν ἀλκὴν ἐν τίνι κέκτηται βιασαμένης αὐτὸν ἐξειπεῖν, προὐδόθη τοῖς πολεμίοις. Ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τὸ γύναιον τὴν ἀλκὴν ἐν ταῖς θριξὶν αὐτῷ παρεῖναι, ἀναλκῆ διέδειξεν τοῦτον ἀποξυράσασα. Λαβόντες δὲ αὐτὸν, αἰχμάλωτον εἶχον οἱ πολέμιοι, καὶ κατέπαιζον αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς εὐωχούμενοι, καὶ τοῖς ὄμμασιν αὐτὸν πηρώσαντες ἐκόλαζον. Ὡς δὲ ἐπέγνω τὰς τρίχας αὐτοῦ προΐεναι, καὶ τὴν ἀλκὴν ἐγγίνεσθαι, ἐπεύχεται τῷ Θεῷ τὴν ἐκδίκησιν αὐτοῦ ποιεῖσθαι. Καὶ βληθεὶς, εὐωχουμένων τῶν ἐχθρῶν παρὰ τοὺς ἐκείνων θεοὺς, εἰς τὸ καταπαίζεσθαι, ἠξίου τὸν ὁδηγὸν, παρὰ τοὺς κίονας ἄγειν, τοὺς τὸν ναὸν ὑποφέροντας. Ὡς δὲ ἦγεν οὐχ ὁρῶντα, δραξάμενος τῶν δύο κιόνων, καὶ μέγα βοήσας πρὸς τὸν Θεὸν, καθ' ἑαυτοῦ καὶ τοῦ συναυλισθέντος εἰς τὴν ἐφ' ὕβριν θέαν αὐτοῦ λαοῦ, τὸν ναὸν ἐπεσπάσατο. Οὕτω γοῦν τόν τε ναὸν κατέσπασεν, καὶ ἑαυτὸν μετὰ τοῦ τῆς πόλεως πλήθους ἀνεῖλε, πλείους ἀποκτείνας ἐν τῷ θνήσκειν, ἢπερ ζῶν ἀπέκτεινεν.

CAP. LXXII. — *Quæ mira patravit Samuel.*

Cum adhuc puellus esset, divinam audiit vocem educatus in sacro tabernaculo, futurum scilicet ut Heli cum tota domo pontifex a pontificio detruderetur. Fuit sacerdos simul et propheta et judex populi, atque in aristocratia clavum reipublicæ tenens insignis fuit per omnia. Populum edocuit legum observationi operam dare; ut pugnaret cum Philisthæis[10] doctrinæ tempore ingruentibus, animos suffecit, dum admonet ne metuerent aggressionem multitudinis adversariorum. Statim igitur a supplicatione peracto sacrificio, hostes in fugam vertit, ac victoriam de illis populo tradidit, quos divites effecit ex spoliis, quæ abstulerunt, postquam eos interfecere. Populo postulante ut ceu reliquæ gentes a rege gubernaretur, Saulem unxit, eique uncto prædixit quænam indicia ex itinere abeunti occurrerent regno illius fidem facientia.

Habita apud populum concione de optima sui superiori tempore rempublicam administrandi ratione, edocuit et ut legibus adhæreret, et quæ esset regni potestas; neque enim quanta esset noverant. Ostendit ipsis inunctum regem. Quo vero fidem conciliaret verissimis verbis suis Deoque acceptis, Deum rogavit ut pluvias exhiberet. Statimque tonitrubus ac divinitus immissis signis obvenientibus, usque adeo Deus pluit, ut veritus populus pluviæ vim, confiteretur rem sibi [divinitus manifestam esse, oraretque propheta Deum, quo

ΚΕΦΑΛ. ΟΒ'. — *Τίνα ἐστὶ τὰ διὰ Σαμουὴλ διαπεπραγμένα θαύματα.*

Μειράκιον ὢν ἔτι, θείας ἤκουε φωνῆς ἐν τῇ ἱερᾷ σκηνῇ τρεφόμενος, ὡς Ἠλεὶ ὁ ἀρχιερεὺς πανέστιος ἀπὸ τῆς ἀρχιεροσύνης καθαιρεῖται. Ἱερεὺς ὁμοῦ καὶ προφήτης καὶ κριτὴς γενόμενος τοῦ λαοῦ, ἐν ἀριστοκρατίᾳ πρυτανεύσας διέπρεψεν ἐν ἅπασι. Τὸν λαὸν εὐνομεῖν ἐδίδασκε· καὶ τῶν Ἀλλοφύλων πολεμεῖν, κατὰ τὸν τῆς διδασκαλίας καιρὸν ἐπελθόντων παρεθάρρυνε, παραινῶν μὴ δεδιέναι τοῦ πλήθους· τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον. Παραυτίκα δὲ τῆς ἐντεύξεως ἱερουργῶν, τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, καὶ τὴν κατ' αὐτῶν ἀπεδίδου τῷ λαῷ νίκην, πλουσίους ἐξ ὧν κατειλήφασι σκύλων μετὰ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ποιησάμενος. Αἰτήσαντι τῷ λαῷ τοῖς ἔθνεσιν ἴσα βασιλεύεσθαι, κέχρικε τὸν Σαοὺλ, καὶ προεῖπεν αὐτῷ χρισθέντι τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπιόντι πιστωτικὰ τῆς βασιλείας ἀπαντήσοντα σύμβολα.

Δημηγορήσας τῷ λαῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ πρότερον ἀριστοκρατίας, καὶ διδάξας εὐνομεῖν, καὶ τὴν βασιλείας ἐξουσίαν· οὐδὲ γὰρ ἤδεισαν ἡλίκη· ἀναδείκνυσιν αὐτοῖς τὸν κεχρισμένον βασιλέα. Ἵνα δὲ πίστωσιν αὐτοῦ τῶν ἀληθινῶν καὶ τῶν Θεῷ εὐδοκήτων λόγων, ὄμβρους αἰτήσας τὸν Θεὸν παρασχεῖν, καὶ παραυτίκα βροντῶν καὶ θεοσημείων γενομένων, ὗσεν ὁ Θεὸς τοσοῦτον, ὡς δείσαντα τὸν λαὸν τὴν ἐπομβρίαν, ὁμολογῆσαι γνῶσιν ἔχειν δι' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ τοῦ προφήτου, περὶ τῆς τῶν ὄμβρων ἀνοχῆς. Ἁμαρτάνει τῷ Σαοὺλ καὶ

[10] I Reg. VII.

ἀνηκουστοῦντι περὶ τὰ προστασσόμενα, περὶ καθαιρέσεως προσεῖπε τῆς βασιλείας, καὶ ὡς ἑτέρῳ δέδοται, ζῶντος ἔτι αὐτοῦ, παρὰ τοῦ Θεοῦ. Τὸν Δαβὶδ υἱὸν Ἰεσσαὶ τοῦ Βηθλεεμίτου χρίει βασιλέα, κρατοῦντος ἔτι τοῦ Σαοὺλ, καὶ προεῖπεν αὐτῷ ὡς εὐάρεστος ἔσται τῷ Θεῷ. Γηραιὸς γενόμενος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν τελευτᾷ, υἱοὺς καταλείψας οὐκ ἀξίους τῆς ἑαυτοῦ διαδοχῆς.

pluvias averruncaret. Cum peccasset Saul, nec iis quæ sibi jussa fuerant fuisset dicto audiens, de auferendo ei regno prælocutus est, quodque jam alteri traditum fuerit, ipso adhuc superstite, ab ipso Deo. Davidem filium Jessæ Bethlehemitæ in regem ungit, Saule adhuc imperium obtinente, eique prædixit fore utique, ut Deo acceptus sit. Cum senex esset, in sua civitate moritur, filios relinquens haud sane dignos qui illi succederent.

ΚΕΦΑΛ. ΟΓ'. — *Τίνα ἐστὶ τὰ τῷ Δαβὶδ πεπραγμένα, καὶ εἰς αὐτὸν θαύματος ἄξια πραχθέντα.*

Χρισθεὶς εἰς βασιλέα ἔμενε τὰ τοῦ πατρὸς νέμων ποίμνια, τέως τοῖς ἀνθρώποις ὢν ἄγνωστος. Τὸν Γεθθαῖον Γολιὰθ ἄνδρα γίγαντα κατὰ παντὸς τοῦ Ἑβραίων στρατοπέδου κατακενοτομοῦντα κατέβαλεν ἑνὸς λίθου βολῇ. Λέοντας ἀναιρεῖ καὶ ἄρκτους, ἐπιπνίγων χειρὶ τοὺς ἐπιόντας τῷ αὐτοῦ ποιμνίῳ. Τὸν ἐνοχλοῦντα δαίμονα τῷ Σαοὺλ ψάλλων ἔπαυε τῆς ἐνοχλήσεως, καὶ κατεπράῦνε τῷ (70) Σαοὺλ ἄχθος. Τοὺς δεκαπλασίους παρὰ τὸν βασιλέα τὸν Σαοὺλ μαρτυρούμενος ἔχειν παρὰ προφητευουσῶν ἐν χορείαις παρθένων, οὐκ ἐπαίρετο (71) τοῖς ἐπαίνοις, ἀλλ' ἐφθονεῖτο πρὸς τοῦ βασιλέως. Τὰς τοῦ φθονοῦντος, ἀναιρεῖν αὐτὸν πολλάκις ὁρμήσαντος, προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ διέφυγε χεῖρας. Τὰς ὁρισθείσας αὐτῷ ὑπὲρ μνηστείας τῆς Μελχὸλ κατὰ δεινότητα τοῦ πατρὸς, ἑκατὸν ἐκόμισεν ἀκροβυστίας. Τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἄγειν αὐτὸν ἐπ' ἀναιρέσει, προφητεύοντας ἔβλεπεν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. Καὶ πάλιν τοὺς ἄλλους πεμφθέντας, τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις προφητεύοντας. Ἐπεὶ δὲ παρεγίνετο, μὴ πιστεύων τοῖς ἀπαγγέλλουσι περὶ τῶν προφητευόντων, ὁ Σαοὺλ ἀναίρεσιν αὐτοῦ δι' ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι βουλόμενος, καὶ αὐτὸς ἐβλέπετο προφητεύων ἀσχημόνως τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν· ἐξ ἑαυτοῦ γὰρ γενόμενος, καὶ γυμνούμενος ἐν ὑπαίθρῳ, ταῦτα ἀγνοῶν ἀνεφθέγγετο. Φεύγων τὸν Σαοὺλ, εἰς τὴν ἱερατικὴν ἐπελθὼν πόλιν, τὴν τοῦ Γολιὰθ ἐκομίζετο μάχαιραν, τὴν ὑπ' αὐτοῦ πρότερον ἀνατεθεῖσαν, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἤσθιεν ἅμα τοῖς αὐτῷ συνοῦσιν ἄρτους. Ὑφ' ἧς εἵλκυσε κακοσχόλῳ τοῦ πατρὸς γνώμῃ γυναικὸς πρὸς ἀναίρεσιν, ὑπὸ ταύτης διεσώζετο, διὰ θυρίδος αὐτὸν ἐκ τῶν φονικῶν τοῦ πατρὸς χειρῶν εἰς φυγὴν ἐκπεμψάσης. Εἰς βασιλέα τῆς Γεθθίνης ἐλθὼν Ἄγχοῦς, καὶ ἐπιγνωσθεὶς αὐτὸς ὢν ὁ τὸν Γολιὰθ καταβαλὼν, ἐπιληψίαν σοφισάμενος, καὶ διὰ ταύτην οἰκτισθεὶς, ἀπελύετο τῆς ἀναιρέσεως.

Τοῦ Σαοὺλ διὰ τὴν αὐτοῦ δεξίωσιν ἀνελόντος τοὺς τν' ἱερεῖς, πεφευγότα τὸν Ἀβιάθαρ ὑποδέχεται, καὶ αὐτὸς ἐν φυγαῖς διάγων, καὶ ἐν τοῖς δέουσιν ἱερωμένων. Τοὺς ἐπιόντας πολεμίους τῷ λαῷ, ἐκδιωκόμενος τῆς Ἰουδαίας, ἐπὶ ὧν (72) ἐπολέμει, καὶ τοῖς ἐκδιώκουσιν αὐτὸν ἔπεμπεν ἁφαιρούμενος ἀπὸ τῶν πολεμίων ἐθνῶν τὰ σκῦλα. Ἐπελθόντα τὸν Σαοὺλ δεύτερον, οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλὰ καὶ σημεῖα τῆς ἐκδόσεως αὐτοῦ, πῇ μὲν τὰ τῆς χλαμύδος κράσπεδα, πῇ

CAP. LXXIII. — *Quænam sunt Davidis gesta, et prodigia illius gratia perpetrata.*

Unctus in regem perseveravit pascere paternos greges, ignotus interim hominibus. Getthæum Goliath virum gigantem, qui adversus omnem Hebræorum exercitum inaniter efferebatur, profligavit unius lapidis jactu. Leones interficit et ursos, suffocans eos suis manibus, dum proprium aggrediuntur gregem. Dæmonem turbantem Saul psallens a divexando compescuit, Saulisque molestiam mitigavit. Decuplo majores laudes præ rege Saule sibi esse debitas cum testatæ fuissent prophetantes in choreis virgines, non ideo efferebatur encomiis : quin apud regis invidiam offendit. Invidentis, eumque sæpe occidere annitentis manus effugit, divina sibi opitulante providentia. Quæ sibi præstituta fuerant ob nuptias Melchol ex sævitate patris illius, centum præputia attulit. Eos, qui missi fuerant a Saule ut adducerent eum quo interfici posset, prophetantes vidit suum ipsius regnum. Rursumque alios, qui item missi fuerant, eadem cum prioribus prophetantes vidit. Cum autem advenisset, propterea quod iis non credebat, quæ de prophetantibus nuntiata fuerant, ipsemet Saul volens per se illum e medio tollere; ipse quoque cretus est prophetans haud ita decore regnum Dei. Extra se enim raptus, nudusque sub dio, hæc ignorans sermocinabatur. Saulem fugiens, veniens in civitatem sacerdotalem, gestandum accepit gladium Goliath, qui ab ipso prius dedicatus fuerat : sacros itidem comedit panes cum iis qui secum aderant. A muliere quam acceperat ex malitiosa patris sententia, quo scilicet interficeretur, ab hac eadem servatus est, dum illum per fenestram ex sanguinolentis patris manibus in fugam emisit. Ad Anchus veniens regem Gettinæ, agnitusque quod is esset qui Goliath profligaverat, epilepsiam simulans, ob eamque in misericordia habitus, necem evasit.

Cum Saul, qui eum persequebatur, occidisset CCCL sacerdotes, fugientem Abiatharum suscipit, cum et ipse in fuga degeret, indigeretque iis qui rem sibi sacram facerent. Hostes populum aggredientes, dum in Judæa vix quietus consistere posset, superveniens oppugnabat, et ad eos qui illum persequebantur, spolia mittebat, quæ ab inimicis gentibus detraxerat. Invadentem iterum Saulem nequaquam interfecit : quin potius indicia dimis-

(70) Forte τό.
(71) ἐπῆρετο.
(72) Forte ἐπιών.

sionis ejus, modo chlamydis fimbriam, modo hastam et quod abstulerat nocturnum poculum, reddebat; ostendens manere se Deum vindicem, tametsi accepisset ab eo id præstandi facultatem. In montibus et desertis tempore fugæ degens, custodem agebat gregum, iisque etiam qui greges possidebant, defensorem se præbebat. Conviciantem Nabalum, dum ab eo tempore tonsuræ ovium munuscula ob custodiam gregum postularet, nec contumeliam pati æquo animo potuisset, jamjam interfecturus properabat, nisi sapiens quædam Nabalis uxor, cui nomen Abigæa erat, cum muneribus ei occurrens, propheticis leniisset sermonibus. Vindex ejus fuit Deus : Nabal quippe citissime moritur. Cum enim is jam crapulam obdormivisset, agnovissetque qua cum affecisset contumelia, et quæ passurus erat, metu perculsus obiit. Cum Anchus vellet illum habere socium in bello adversus Saulem, non siverunt id sui, quamvis id quoque David vellet. Aliam et hic ab ipso Deo opem tulit. Cum enim vellet ipse pugnare cum Philisthæis quo prælio Saul ac Jonathas casuri essent, dimissus ab Anchus ex pugna adversus populum suum, intellexit civitates Juda ab Amalecitis spoliari. Itaque eos insecutus tollit e medio adversarios, ac remittit iis qui spoliati fuerant suas eorum uxores ac liberos, sicque dux et propugnator pro inimico factus est suis. Hinc legem tulit, hostium spolia impedimentorum custodibus et belligerantibus ex æquo distribuenda, quandoquidem mali quidam homines qui cum illo Amalecitas fuerant insecuti, nolebant prædæ partem facere iis, qui ob debilitatem virium ad communia impedimenta remanserant. Mortuum Saul in pugna adversus Anchus Philisthæum, non tanquam hostis cecidisse audivit, sed ut germanum lamentatus est curatoremque, ac emortualem tam pro illo quam pro filio hymnum conscripsit. Eum porro qui afferebat regis Saul insignia, et de nece illius certiorem faciebat, imo vero in gratiam illius egisse quid contra illum dictitabat, ac quasi bonus nuntius ad eum ventitare videbatur, ceu malum nuntium interfecit.

Ter in regem ungitur. Semel quidem a sacerdote Samuel in Bethlehem patria ejus. Iterum ab Judaico populo, ac tertio ab universo simul populo, Chebrone ubi degebat. Eos qui reliquias Saul ac filii ejus composuerunt; erant porro hi de Jabes sic dicta civitate; accersens, etiam atque etiam admiratus, magnis eos benedictionibus cumulavit. De hostibus interfectis nunquam gavisus est. Eos enim qui interfecerant Saulis filium Memphibosthe, qui apud quosdam in honore erat, patriumque regnum, quippe illi debitum, oportere ab illo teneri volebant; non modo acceptos non habuit, quin potius

A δὲ τὸ δόρυ καὶ τὸ νυκτιπότιον ἀφελόμενος ἀπεδίδου, δεικνὺς ὡς Θεὸν ἀναμένει τὸν ἀμυνόμενον, καί περ λαβὼν παρ' αὐτοῦ τοῦ δύνασθαι τὴν ἐξουσίαν. Ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς ἐρημίαις κατὰ τὸν τῆς φυγῆς καιρὸν διάγων, φύλαξ ἐγίνετο τῶν ποιμνίων, καὶ τοῖς τὰ ποίμνια κεκτημένοις, ἦν καὶ τούτοις ἐπίκουρος. Ἐνυβρίσαντα τὸν Νάβαλ αὐτὸν ἐν καιρῷ τῆς κουρᾶς τῶν προβάτων, εὐλογίας ὑπὲρ τῆς φυλακῆς τῶν ποιμνίων αἰτήσαντα, τὴν ὕβριν οὐχ ὑποίσας, ἔμελλεν ἀναιρεῖν ὁρμήσας, εἰ μὴ σοφή τις ἡ τοῦ Νάβαλ γυνὴ (Ἀβιγαία δὲ ἦν ὄνομα αὐτῇ) ἀντιάσασα τοῖς δώροις αὐτὸν, καὶ προφητικοῖς ἐξευμένισε λόγοις. Ἐκδικεῖται πρὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦ Νάβαλ τὴν ταχίστην ἀποθανόντος. Ἀνανήψας γὰρ οὗτος ἐκ τῆς μέθης, καὶ γνοὺς ἅπερ ἐνύβρισε, καὶ ἃ πάσχειν B ἔμελλε, φόβῳ καταπλαγεὶς ἀπεθάνετο. Τὸν Ἄγχοῦς βουλόμενον ἔχειν αὐτὸν σύμμαχον ἐν τῷ κατὰ Σαοὺλ πολέμῳ, οὐκ εἴων οἱ τούτῳ προσήκοντες, καί περ καὶ τοῦ Δαβὶδ βουλομένου. Ἄλλην καὶ νῦν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν (73). Καὶ γὰρ βουλομένου συμμαχεῖν αὐτὸν (74) τοῖς Ἀλλοφύλοις ἐπὶ τῇ τοῦ Σαοὺλ καὶ τοῦ Ἰωνάθαν ἀναιρέσει, ἀποπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀγχοῦς, ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ λαὸν μάχης, ἔγνω τὰς τοῦ Ἰούδα πόλεις ὑπὸ Ἀμαληκιτῶν ἐσκυλεῦσθαι, καὶ καταδιώξας ἀναιρεῖ μὲν τοὺς πολεμίους, ἀποστέλλει (75) τοῖς ἐσκυλευμένοις τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, καὶ προστάτης οὕτω καὶ κηδεμὼν ἀντὶ πολεμίου τοῖς οἰκείοις ἐγίνετο. Ἐνταῦθα νόμον ἔθετο, τὰ ἐκ πολεμίων σκύλα σκευοφύλαξι καὶ πολεμισταῖς ἐξ ἴσου δασμολογεῖσθαι, ἐπείπερ οἱ φαῦλοι C τῶν μετ' αὐτοῦ καταδιωξάντων τοὺς Ἀμαληκίτας, οὐκ ἐβούλοντο τῆς λείας ἀπονέμειν τοῖς δι' ἀῤῥωστίαν παραμεμενηκόσι τὴν (76) τοῖς κοινοῖς ἐφοδίοις. Ἀποθανόντα τὸν Σαοὺλ ἐν τῇ πρὸς Ἀλλόφυλον Ἄγχοῦς μάχῃ, οὐχ ὡς πολέμιος ἤκουσε πεσόντα, ὡς δὲ γνήσιον ἐθρήνησε, καὶ κηδεμόνα, καὶ τὸν ἐπιτάφιον αὐτῷ τε καὶ τῷ υἱῷ συνέγραψεν ὕμνον. Τὸν δὲ κομίσαντα τὰ βασιλέως τοῦ Σαοὺλ σημεῖα, καὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ μηνύσαντα, καὶ δὴ πρὸς χάριν αὐτοῦ δεδρακέναι τι εἰς αὐτὸν φήσαντα, καὶ ὡς εὐαγγέλιον (77) αὐτῷ παραγεγονέναι δόξαντα, ὡς κακὸν ἄγγελον ἀνεῖλε.

Τρίτον εἰς βασιλείαν χρίεται. Πρότερον μὲν ἀπὸ τοῦ ἱερέως Σαμουὴλ εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν τὴν Βη- D θλεέμ· δεύτερον ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ δήμου, καὶ τρίτον ἀπὸ παντὸς ὁμοῦ τοῦ λεὼν (78), εἰς ἣν διέτριβε πόλιν, τὴν Χεβρῶν. Τοὺς τὰ λείψανα τοῦ Σαοὺλ καὶ τοῦ υἱέως περιστείλαντας· ἀπὸ δὲ πόλεως ἦσαν Ἰαβῆς οὕτω καλουμένης· καλέσας, μεγαλοπρεπῶς ἠγάσθη, καὶ ἠξίωσεν εὐλογίας. Ἐπ' ἐχθροῖς οὐχ ἥσθη πώποτε ἀναιρουμένοις. Καὶ γὰρ τοὺς ἀνελόντας τὸν τοῦ Σαοὺλ υἱὸν Μεμφιβοσθὲ, παρά τισι τιμώμενον, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν, ὡς ὀφειλομένην αὐτῷ, δεῖν ὑπ' αὐτοῦ κατέχεσθαι βουλόμενος (79),

(73) Deest ἔλαβεν, vel quid simile, fortasse errore typogr.
(74) Forte αὐτοῦ, hic quoque errore typogr.
(75) Adde δέ.
(76) Τὴν videtur redundare.

(77) Forte εὐάγγελον.
(78) Potius λεώ. Hæc et sequentes quædam voces Josepho inusitatæ, suadent aliena manu suppletum fuisse hoc caput.
(79) Lege βουλομένοις.

οὐ μόνον οὐκ ἀπεδέξατο, ἀλλὰ καὶ τισάμενος, ἀνεστολοπισμένα παντὶ τῷ λαῷ τὰ σώματα αὐτῶν περὶ τὰς λεωφόρους ἀπεδείξατο. Ἐμίσει καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ δοκοῦντάς τι δρᾷν τῶν οὐκ ὀφειλόντων διδόναι δίκας. Τὸν Ἰωὰβ γοῦν στρατηγὸν αὐτοῦ γεγονότα, ἀποκτείναντα τὸν τοῦ Μεμφιβοσθοῦ στρατηγὸν, Ἀβηννὴρ δὲ ἦν ὄνομα τούτῳ, τοσοῦτον ἀπεστράφη, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἀριθμεῖν, καὶ φυλάττειν αὐτῷ τὴν ὑπὲρ τοῦ κακῶς ἀναιρουμένου οὐκ ἀνεκδίκητον δίκην. Ἕνεκα τῶν ἀκροβυστιῶν, ἠγάγετο γυναῖκα τὴν Μελχὸλ, ἣν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκδοθεῖσαν ἑτέρῳ τινὶ τῷ Φαλτίᾳ, ταύτην ἀνειλήφει ἀπολαβὼν τὴν βασιλείαν, οὔτε τὸν Φαλτίαν ἀδικεῖν, οὔτε μοιχαλίδα τὴν Μελχὸλ γεγονέναι λογισάμενος. Τῆς ψυχῆς οἰκεῖα δείγματα ἔχοντας σώματα τοὺς Ἰεβουσαίους· χωλοὶ γὰρ ἐτύγχανον καὶ τυφλοὶ πάντες, εἴργειν αὐτῷ πειρωμένους τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον, κατασχὼν τὴν πόλιν, τὴν ἀναίρεσιν δὲ (80) μὴ ὢν εἰργάσατο. Τὰ ἐπικείμενα τῷ λαῷ πολεμικὰ ἔθνη, καὶ τοὺς περιοίκους ἐχθροὺς τοῦ λαοῦ, τοὺς Ἀλλοφύλους, Μωαβίτας τε καὶ Σύρους, καὶ μὴν Ἀμμανίτας καὶ Ἀμαληκίτας καθελὼν τῆς οἰκείας κατὰ τοῦ λαοῦ δυναστείας, ὑποφόρους αὐτῷ πεποίηται, καὶ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν τὸν Ἰσραὴλ, ἀνειμένον ἐκ τῶν πάλαι πολεμίων, καὶ φοβερὸν ἅπασι τοῖς ἔθνεσι κατεστήσατο.

Τὴν ἱερὰν κιβωτὸν, τὴν ὕπαιθρον καὶ ἀσκήνητον ἔτι οὖσαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν μετὰ δημοτελοῦς ἀνήγαγεν εὐωχίας, καὶ αὐτὸς τοῖς χορεύουσιν ἐπὶ τῇ ταύτης ἐπανόδῳ συσκιρτῶν, ἐπὶ Θεοῦ δόξῃ τὴν βασιλέως ἀξίαν ἀποτιθέμενος, τὴν δὲ ἰδιώτου περιχάρειαν προαιρούμενος. Βουληθεὶς ναὸν οἰκοδομῆσαι τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ προφήτου Νάθαν ἐκωλύετο, διδασκόμενος, τὸν ἐν πολέμοις κεκμηκότα μὴ δεῖν τέμενος ἱερωσύνης παριστᾷν, τῷ δ' ἐξ αὐτοῦ φύντι παρέχειν τὸν Θεὸν εἰρηναίαν τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ὁ προφήτης ὑπισχνεῖτο. Καταφονούμενον ἐπιγνοὺς τὸ τοῦ Σαοὺλ γένος, διὰ τὴν περὶ αὐτὸν εὐλάβειάν τε καὶ τιμὴν ἐπιζητεῖσθαι κελεύει τοὺς ἐκείνῳ προσήκοντας, ὅπως αὐτοὺς ἀξιώσῃ τιμῆς τε καὶ εὐνοίας. Καὶ δὴ μηνυθέντος αὐτῷ παιδὸς Ἰωνάθαν (Μεμφιβάαλ δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ, ὃς καὶ τοὺς πόδας πληγεὶς πεπήρωτο, περιλελειμμένου τινὸς, φιλοφρονεῖται αὐτὸν, καὶ ὁμοέστιον εἶχε, καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν αὐτῷ δίδωσι τὴν Σαοὺλ, ἐπίτροπον αὐτῷ δοὺς πάντων ὁμοῦ τῶν πραγμάτων, Σιβᾶν ὀνόματι, δοῦλον αὐτῷ πατρῷον γεγενημένον. Οὕτως ἦν καὶ περὶ τοὺς οἰχομένους ὁσιώτατος. Ὁ τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς, φεύγοντα δεξιωσάμενος αὐτὸν, ἐν τοῖς φίλοις ἠριθμεῖτο· ἐπειδὴ τεθνήκει, τὴν ἐκείνου μνήμην τιμῶν, ἀπέστειλεν ἐπὶ τὸν τούτου παῖδα Ἀνανὸν τοὺς παρακαλέσοντας, διάδοχον αὐτὸν τῆς πατρικῆς φιλίας εἶναι βουλόμενος. Ὁ δὲ, ὡς κατασκόπους αὐτοῦ τῆς βασιλείας τοὺς ἐπὶ τὴν παράκλησιν ἐπεσταλμένους νομίσας, ξυρεῖ τοὺς πώγωνας

in eos animadvertens, patibulis suffixa eorum cadavera universo populo in publicis viis conspicienda proposuit. Prosequebatur odio eos quoque, qui in gratiam ejus videbantur fecisse aliquid ex iis, quæ luendæ pœnæ obnoxia minus videbantur. Joab itaque ducem suum, qui Memphibosthi quemdam ducem interfecerat, cui nomen erat Abenner, usque adeo aversatus est, ut et inter hostes censeret, reservaretque illi haud inultam vindictam ejus, quem male interfecerat. In gratiam præputiorum [21], uxorem acceperat Melchol : quam a patre alteri elocatam cuidam Phaltiæ, consecutus regnum recepit; nequaquam ratus aut Phaltiam inique egisse, aut Melchol fuisse mœcham. Jebusæos qui animi sui indices habebant corpora propria (claudi enim erant et cæci omnes) cum vellent eniti, ut eum introitu urbis arcerent, capta civitate interfecit, cum ipse hujusmodi non esset. Imminentes populo belligeras gentes, ac circumpositos populi hostes, Philisthæos, Moabitas, Syros, atque etiam Ammanitas et Amalecitas, spolians suo in populum principatu, tributarios sibi effecit, suumque populum Israel quietum a veteribus inimicis, atque etiam terribilem omnibus gentibus reddidit.

Arcam sacram quæ adhuc sub dio erat et sine tabernaculo, in suam civitatem cum totius populi tripudio deduxit, ipsemet cum choreas agentibus ob ejus deductionem simul subsiliens, pro Dei gloria regis gloriam deponens, quin et privati hominis gaudium amplexatus. Cum vellet templum exædificare Deo, per prophetam Nathan prohibitus est, edoctus, eum qui bellis defatigatus fuerat, non oportere sanctitatis templum erigere : filio vero illius concessurum Deum regnum pacificum simulque templi constructionem, pollicitus est propheta. Interfectum intelligens Saulis genus, qua erat erga illum reverentia et honore affectus, quærendos jubet si qui illum contingerent, quo eos honore prosequi posset et benevolentia. Ac sane cum ipsi indicatum fuisset, superesse quempiam filium Jonathæ, cui nomen Memphibaal, qui et pedibus laborans eluxatus erat; festive illum humaniterque suscipit, et commensalem habuit, ac substantiam universam ei reddit quæ Saulis fuerat, curatorem illi assignans cunctarum simul rerum Siban nomine, qui sub parente ejus servus illius fuerat. Tanta erat etiam in mortuos pietate. Ammanitarum rex, qui fugientem illum comiter susceperat, inter illius amicos censebatur. Postquam mortuus est, illius veneratus memoriam, misit ad ejus filium Ananum qui eum consolarentur, cupiens paternæ illum esse amicitiæ successorem. At ille, ceu exploratores regni sui arbitratus homines qui pro consolatione

[21] II Reg. III, 28.

(80) Videtur δὲ abundare, aut certe locus aliquanto deficere.

missi fuerant, radit eorum barbas, et chlamydas exscindit. Cum cognovisset David stultum adeo facinus; suos quidem ubi degebant subsistere præcepit, donec pili renascerentur, Ananum vero qui præter pessimum scelus pugnare adversus eum paratus erat, profligavit per ducem suum Joab una cum aliis quinque regibus, quos Ananus socios belli secum adduxerat.

Cum in peccatum incidisset, flevit amare, atque ex animo Deum veniam rogavit. Cum enim mulierem fuisset conspicatus pulcherrimam Bethsabee, cum hac domum vocata rem habuit. Quæ ubi animadvertisset se uterum ferre, quod cognoverat notum facit Davidi. Ille omnem lapidem movens quo maritum ejus lateret suum ac uxoris illius concubitum, hunc ab exercitu revocat astu; erat quippe vir fortis et miles benevolus. Postquam advenit ac regem certiorem fecit, enarratis omnibus quæ circa belli aciem gesta fuerant, mandatum accipit abeundi in domum suam. At ille non abivit; erat enim miles fortis: sed mansit velut in acie, ratus adhuc se permanere armatum sub dio. Quod ubi renuntiatum est regi, statuit arte profligare Uriæ (hoc namque viro nomen erat) objectam sibi fortitudinem. Hæc animo versans, scribit ad belli imperatorem, ut malis artibus usus Uriam perderet. Ubi id contigit, redargutor ad eum impii facinoris Nathan propheta mittitur. At ille cum animadvertisset haud potuisse latere Deum quod artificiose attentaverat, deplorat et amare deflet sceleratum facinus suum, atque acriter dolens ingemiscensque misericordiam exorabat. Quam propheta iterum ad illum reversus ait sibi concessam fuisse, propter eam pœnam quam sibi supervenientem excipiet. Propter hoc igitur adeo immane facinus, mala extrema contra omnem domum suam, quemadmodum peccaverat, passus est. Deperiit enim Amnon filius ejus sororem suam consanguineam Thamar, composque factus ejus quam deperibat, postea majori quam antea amore statim odio est prosecutus. Occidit hunc Amnonem Abessalom, qui uterinus erat Thamaris frater, sororem adeo turpiter dehonestatam ulcisci volens. Insurgit porro iste fratricida Abessalom etiam in ipsum parentem, impietque cruore universam paternam domum. At ille nequaquam sustinens filium prælio profligare, et vincere victoriam clade haud minorem, surgit a regia domo sua, fugiens in desertum: et sustinuit non modo molestias, quas perferebat nudipes incedens et æger, verum etiam conviciis lacessitus a Semei quodam, qui Saulis domesticus fuerat, quique pulverem in illum spargebat, lapidibus item eum impetebat, et conviciabatur. Sed non est ultus maledicum hominem, tametsi posset per sequaces suos: quin reputabat hæc suis congruere facinoribus. Absalom vero sceleribus cumulans parricidale facinus suum, audet etiam paternas sub dio

A αὐτῶν, καὶ τὰς χλαμύδας ἀποτέμνει. Γνοὺς δὲ ὁ Δαβὶδ τὴν ἄφρονα τούτου πρᾶξιν, τοὺς μὲν οἰκείους κατὰ χώραν μένειν ἐκέλευσεν, ἄχρι τῆς τῶν τριχῶν ἀναφύσεως, τὸν δὲ Ἀνανὸν πρὸς τῇ πονηρᾷ πράξει ἐκπολεμεῖν αὐτῷ παρεσκευασμένον κατεπόρθησε διὰ τοῦ στρατηγοῦ Ἰωάβ, σὺν ἑτέροις πέντε βασιλεῦσιν, οὓς ὁ Ἀνανὸς συμμάχους συνεπηγάγετο.

Περιπεσὼν ἁμαρτάδι πικρῶς ἐδάκρυσε, καὶ περὶ συγγνώμης ἱκέτευε τὸν Θεὸν εὐθύμως. Γυναῖκα γὰρ θεασάμενος εὐπρεπῆ τὴν Βηθσαβεὲ, ταύτην οἶκαδε καλέσας ἐκτήσατο. Ὡς δὲ ἑαυτὴν ἔγνω γενομένην ἐγκύμονα, δηλοῖ τῷ Δαβὶδ ὅπερ ἐπεγνώκει, καὶ δὴ μηχανώμενος τὸν ἄνδρα τὸν αὐτῆς διαλαθεῖν τὴν αὐτοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς συνουσίαν, κατα-
B πέμπεται τοῦτον ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου· καὶ γὰρ ἦν ἀνδρεῖός τε καὶ εὔνους στρατιώτης. Ὡς δὲ ἀφικόμενος ἐγνώρισε τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶπεν ἕκαστα τὰ κατὰ τὴν παράταξιν τοῦ πολέμου δεδρασμένα, εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἀπιέναι προσετάττετο. Ὁ δὲ οὐκ ἀπῆει· στρατιώτης γὰρ ἦν ἀνδρεῖος· ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ τῆς παρατάξεως, λογισάμενος ἔτι μένειν ὡπλισμένος ὑπαίθριος. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο τῷ βασιλεῖ ἀνηγγέλθη, ἔγνω μηχαναῖς καταβαλεῖν τὴν τοῦ Οὐρίου (καὶ γὰρ οὕτως ἐκικλήσκετο) προβεβλημένην ἀνδρίαν. Οὕτω γοῦν λογισάμενος, γράφει τῷ τοῦ πολέμου στρατηγῷ μετιέναι τὸν Οὐρίαν κἀκεῖ [κακῇ] τέχνῃ χρησάμενον. Καὶ γενομένου τούτου, ἔλεγχος αὐτῷ
C τῆς ἐναγοῦς πλημμελείας Νάθαν ὁ προφήτης ἀποστέλλεται. Ὡς δὲ ἔγνω μὴ δεδυνῆσθαι κρύπτειν τὸν Θεὸν τὸ μεμηχανημένον, καταθρηνεῖ καὶ καταλοφύρεται τὴν δεινὴν αὐτοῦ πρᾶξιν, καὶ πικρὸν σχετλιάσας τὸν οἶκτον ἐξῃτεῖτο, ὃν περ ὁ προφήτης αὐτῷ πάλιν ἐλθὼν ἔφη δεδόσθαι, δι' ἧσπερ ἐπιούσης αὐτῷ ἐκδέξεται δίκης. Ἐπὶ δὲ ταύτῃ τῇ πλημμελείᾳ ἄσχετα δεινὰ κατὰ πάσης αὐτοῦ τῆς οἰκίας, καθὼς ἡμάρτησε [πέπονθεν]· ἠράσθη γὰρ Ἀμνὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ τῆς πρὸς πατρὸς ἀδελφῆς αὐτοῦ Θάμαρ, καὶ τυχὼν ἧς ἤρα, πλεῖον οὗπερ αὐτῆς ἦρα παραυτίκα ἐμίσησεν. Ἀναιρεῖ δὲ τοῦτον τὸν Ἀμνὼν Ἀβεσσαλὼμ, ὁ καὶ πρὸς μητρὸς ἀδελφὸς τῆς Θάμαρ γεγενημένος, τὴν αἰσχρῶς διϋβρισμένην διεκδικεῖν βουλευσάμενος. Ἐπανίσταται δὲ ὁ τοῦ ἀδελφοῦ φονεὺς
D Ἀβεσσαλὼμ καὶ αὐτῷ τῷ πατρὶ καὶ πληροῖ λύθρων τὴν τοῦ πατρὸς ὅλην οἰκίαν. Ὁ δὲ μὴ φέρων υἱὸν πρὸς μάχην ἀκροβολίζειν, καὶ νικᾷν ἧττης οὐκ ἐλάσσονα νίκην, ἀπανίσταται τῆς βασιλικῆς αὐτοῦ οἰκίας, ἀποδιδράσκων ἐπὶ τὴν ἔρημον· καὶ ὑπέφερεν οὐ μόνον ἅπερ ἔφερεν ἑαυτῷ γυμνόπους βαδίζων καὶ ἀλύων ἄχθη, ἀλλὰ καὶ ὑβριζόμενος ἀπὸ Σεμεῆ τινος οἰκέτου τοῦ Σαοὺλ γεγονότος, κόνιν καταπάσσοντος αὐτὸν, καὶ χέρμασι καταχοντίζοντος καὶ λοιδορουμένου. Ἀλλ' οὐκ ἠμύνετο τὸν κακόστομον, καίπερ δυνάμενος διὰ τῶν ἑπομένων· ἐλογίζετο δὲ ταῦτα ταῖς οἰκείαις προσήκειν ἁμαρτάσιν. Ἐπιτείνων δὲ ὁ Ἀβεσσαλὼμ τὴν αὐτοῦ πατρολῷον (81) πρᾶξιν, τολμᾷ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς διαφθείρειν ἐν ὑπαίθρῳ

(81) Forte πατραλῷαν.

γυναῖκας, αἳ κατήλασσον (82), δεικνὺς τοῖς ὑπαχθεῖσιν αὐτοῦ τῇ κακοπραγίᾳ τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπανάστασιν. Καὶ ταῦτα καταπραξάμενος, ἔπειαιν κατὰ τὴν ἔρημον, καθελεῖν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸν πατέρα κατεπειγόμενος.

Καὶ συμβουλῆς κατ' αὐτοῦ γινομένης, κατηντιβόλει τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας ὁ Δαβὶδ φείδεσθαι τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ προσέχειν ὅπως μηδὲν πάθοι δεινόν. Ἐν γοῦν τῇ μάχῃ τρέπεται, καὶ νῶτα διδοὺς ὁ ὑπαχθεὶς ἄθλιος τοῦ Ἀβεσσαλὼμ δῆμος. Αὐτὸς δὲ ὁ πατραλοίας ὑπὸ τῆς δίκης ἐλαυνόμενος, ὑπὸ κλάδων ἀναρτᾶται δρυός· καὶ γὰρ ἔτρεφε κόμας ἐφ' αἷς ἐπῄρετο, καὶ τὴν ἧττταν ἐπιγνοὺς, ἱππότης ἀποδιδράσκειν ἠπείγετο. Οὕτω γοῦν ἀνηρτημένον κατειληφότες οἱ τῷ βασιλεῖ προσήκοντες, κατατοξεύσαντες ἀναιρεύουσι, καὶ καθελόντες, κολοσιαῖον κατὰ τῆς ἀπεριστάλτου ταφῆς αὐτοῦ σωρὸν ἐπήγειραν λίθων. Ὁ δὲ Δαβὶδ μαθὼν τὴν ἔνδικον τίσιν, οὐχ ὡς ἐπὶ πατραλοίᾳ πεσόντι γεγήθει, ὡς δὲ ἐπὶ παιδὶ γνησίῳ διεθρήνει, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ περιπαθῶς ὠλοφύρετο. Ἔνθεν οὕτω διὰ τὸ πλημμεληθὲν αὐτῷ, τῶν συνομαρτηθέντων δεινῶν ἀπαλλαγεὶς, αὖθις ἀπειλήφει τὴν βασιλείαν.

Ἐκπελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, τοὺς μὲν ἁλόντας αὐτῷ πολεμίους γεγονέναι ἐτιμωρήσατο, τοὺς δὲ συνελθόντας αὐτῷ καὶ δεξιωσαμένους αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ, καὶ ἐτίμησε καὶ συνεστίους ἐποιήσατο. Ἐν παρατάξει πολέμου διάγων, καὶ τῶν πολεμίων τὴν περὶ τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν ἅπασαν χώραν προκατειληφότων, ὕδατος ἐπεθύμησεν ἐξ ἰδίου λάκκου τοῦ ἐν Βηθλεέμ· οἱ δὲ στρατηγοὶ τὴν τῶν πολεμίων διακόψαντες φάλαγγα, ὥρμησαν εἰς τὴν Βηθλεὲμ, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῷ διεκόμισαν. Ὁ δὲ ἀποθαυμάσας αὐτοὺς τῆς ἀνδρείας, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν εὐνοίας, οὐκ ἤνεγκε τοῦ ὕδατος πιεῖν, αἷμα αὐτὸ τῶν στρατηγῶν εἶναι λογισάμενος· τῷ δὲ Θεῷ τοῦτο δῶρον ἔσπεισε θάψας. Ἐπενόησε, παρὰ τὸ Θεῷ δοκοῦν, ἐπαριθμῆσαι τὸν λαὸν οὗπερ ἦρχεν. Ὑπομένει δὲ ἀγανάκτησιν ἐπὶ τούτῳ, καὶ δι' αὐτὸν ὑπομένει θεήλατον ὁ λαὸς πληγήν. Καὶ θεασάμενος ἄπειρον πεσὸν τοῦ λαοῦ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πλῆθος, ἑαυτὸν ἠξίου καταληφθῆναι, προσπεσὼν τῷ Θεῷ, τῇ τιμωρίᾳ· Ἐγὼ, λέγων, *ὁ ποιμὴν ἥμαρτον, καὶ ἐγὼ ἐκακοποίησα· καὶ τὸ πρόβατον τί ἐποίησε;* Βουληθεὶς δν ἐπέγνω χῶρον ἐπιτήδειον εἰς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν εἶναι, πρίασθαι παρὰ Ὄρνου τινός, τοῦ τοῦτον τότε κεκτημένου, πρόϊκα τοῦτον αὐτῷ προσάγοντος, οὐκ ἐδέξατο τὸν τόπον, οὐκ εὐαγῆ οὐδὲ εὐπρόσδεκτα λογισάμενος εἶναι τὰ ἐκ δωροδοκίας τῷ Θεῷ καθωσιωμένα· ἀλλὰ χρήματα δοὺς ὅσαπερ ἐκεῖνος ἐβούλετο, τὴν ἐκ δικαιοσύνης οὕτως ἀνέθετο τῷ Θεῷ κτῆσιν.

Πᾶσαν αὐτοῦ συγγραφὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμπιπτόντων δι' ὕμνων συνεγράψατο, καὶ τὸν ἅπαντα βίον τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ὑμνῶν διετέλει. Καὶ ψαλτήριον δὲ μουσικὸν ὄργανον ἠχοῦν εἶχεν ἐν τούτῳ. Χορούς

(82) Forte κατήλλασσον.

A incessere uxores, quæ cum eo ejerunt, manifestam faciens iis, quos sibi scelere adjunxerat, paternam aggressionem. Hæc postquam egit, contendit in desertum, festinans de regno deturbare parentem.

Inito porro adversus illum consilio, rogabat etiam atque etiam milites suos David, ut Abessalomo parcerent, caverentque ne quid triste pateretur. Commisso igitur prælio in fugam truditur, vertitque terga ab Abessalom seductus infelix populus. At ipsemet parricida, exagitatus vindicta, ramis quercus suspensus pependit; nutriebat namque comam, qua etiam jactabunde efferebatur, et agnita clade, eque fugere festinabat. Sic igitur pendentem cum deprehendissent regii satellites, jaculis perfossum B trajiciunt, ac deponentes, ingentem pro tumultuaria sepultura illius lapidum acervum excitaverunt. At David cum intellexisset justissimam ultionem, non velut pro parricida interempto lætatus est; sed potius veluti pro genuino filio conquestus est, illiusque mortem ingenti animi affectione lamentabatur. Hinc isto modo propter crimen suum a consecutis eum molestiis liberatus, iterum regnum obtinuit.

In regiam reversus, eos qui deprehensi sunt sibi fuisse adversati, pœnis multavit: at eos qui secum consenserant, eumque in fuga positum comiter susceperant, et honestavit et commensales effecit. Cum aliquando in acie belli ageret, hostesque circumpositam exercitui illius regionem universam anteoccupavissent, aquam desideravit ex propria C cisterna quæ erat in Bethlehem: at duces ejus adversariorum perrumpentes phalangem, cursu contenderunt in Bethlehem, atque inde aquam ei attulerunt. Ille vero illorum admiratus fortitudidem, atque erga se benevolentiam, non tulit illam bibere aquam; sanguinem eam ducum esse arbitratus, Deo illam veluti munus libavit in terram fundens. Cogitaverat, contra atque Deo videbatur, numerare populum imperii sui: at sustinuit propter hoc indignationem, atque illius causa passus est populus plagam divinitus immissam. Quare videns infinitam populi multitudinem una die cecidisse, scipsum orabat comprehendi vindicta, ob id Deo cernuus procumbens: *Ego*, inquiebat, *pastor* D *peccavi, et ego perperam egi; at grex quid fecit?* Volens locum, quem noverat opportunum esse ad templi constructionem, emere a quodam Orno, qui illum tunc possidebat, cumque is gratis ei illum offerret, locum non acceptavit, nequaquam sancta nec accepta arbitratus esse Deo ea, quæ ex dono dedicata fuissent. Sed pretium exsolvens quantum ille volebat, tunc justam possessionem Deo demum dicavit.

Quidquid scripsit de rebus sibi contingentibus, hymnis composuit; quin et per totam vitam suam nunquam cessavit Deum suum hymnis celebrare. Ad id negotii habebat psalterium, instrumentum

musicum sonorum : choros etiam psallentium constituit; genus nempe Leviticum universum, qui tunc plusquam triginta millia erant, quosque tribus subjecit chorodidascalis, ut psallerent jugiter, et hymnis Deum celebrarent, suos ideo hymnos in ordinem redigens. Fecit ille quidem infinitos numero psalmos, quos etiam serie distribuit Levitarum chorodidascalis. Sed rex Ezechias animadvertens, quod psalmorum multitudo negligentiores reddebat Levitas, hodiernos hos centum et quinquaginta psalmos, per eos qui in populo sapientes erant, de tanta multitudine deligendos curavit.

Successorem sui regni filium creavit Solomonem, quem ex Bethsabee genuerat, unctumque a propheta Nathan, ipsemet illi regnum confirmans, veneratus est. Hortabatur porro eum, ut pietatem erga Deum integram sinceramque conservaret, affirmans optimi regni hoc esse argumentum. Præterea jussit ut templum ei exædificaret, universam illius dispositionem, mensuras, et figuras totius illius constructionis ei tradens, relinquens præterea magnificæ ac sumptuosissimæ ædificationis congruas expensas. Erant enim auri talenta undecies centena millia, argenti vero ac ferri pondus tantum, ut sub numerum venire non posset. Eos qui sibi fuerant conviciati per tempora calamitatis, minime indicatos non præterivit. Recensitos enim et hos Salomoni tradidit, quo in eos oculos intenderet. Postquam autem quadraginta regnavit annos, glorioso fine quievit, tradito Salomoni regno.

CAP. LXXIV. — *Quænam sunt gesta Solomonis.*

Duodecim annos natus regnum capessivit, et fratrem suum, qui ei regnum, vivo adhuc parente, abripere tentaverat, postulaverat insuper ut uxorem acciperet Abissam, quæ cum Davide societatem tori habuerat, sed virgo adhuc permanebat, interfecit. Abiatharem qui pontifex erat, pontificatu exemit, propterea quod conspiraverat cum Adonia, quando ad se regnum trahere nitebatur. Joabum paternum ducem, qui ad altare confugerat, propterea quod fuerat ab Adonia, ipsum quoque interfecit, in memoriam ei revocans, debitam sibi esse hujusmodi mortem, quippe qui contra patris voluntatem duos duces ei pernecessarios interemerat, Abennerum nempe filium Ner, et Abessam filium Jothor. Semei servum Abessalomi, qui calamitatibus obnoxium parentem ejus videns, maledictis et lapidibus impetierat, intra Jerosolymæ civitatis mœnia coercuit; at delatum, quod civitate aliquando egressus fuisset, veluti contemptorem regiæ voluntatis interfecit. Mille boum sacrificium, quod primum ab inito regno ei litatum est, Deo in Gabaon celebravit : ibi enim offerre elegerat, cum Jerusalem necdum esset ædificata. Propter pium

(83) Non ergo Josephus CLI agnoscebat.
(84) Forte redundat ἦν, vel lege, τοσοῦτος ἦν, ὅσος εἰς.

A δὲ ἔστησε ψαλμῳδούς, τὸ Λευϊτικὸν γένος ἅπαν, ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους τότε, ὑπὸ τρεῖς ποιησάμενος χοροδιδασκάλους, εἰς τὸ ψάλλειν διηνεκῶς καὶ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, τοὺς ἑαυτοῦ ὕμνους ἐντάξας. Καὶ πεποίηται μὲν ψαλμοὺς ἀπείρους, οὓς καὶ κατέλεξε τοῖς τῶν Λευϊτῶν χοροδιδασκάλοις. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς Ἐζεκίας τὸ τῶν ψαλμῶν πλῆθος ἐν ὀλιγωρίᾳ ἄγον τοὺς Λευΐτας ἐπιγνοὺς, τοὺς ἑκατὸν τούτους καὶ πεντήκοντα ψαλμοὺς (83), διὰ τῶν ἐν τῷ λαῷ σοφῶν, ἀπὸ τοῦ τοσούτου πλήθους ἐποίησεν ἐπιλεχθῆναι.

Διάδοχον τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸν υἱὸν ἐποιήσατο, τὸν Σολομῶν, ὃν ἐκ τῆς Βηθσαβεὲ ἐκτήσατο, καὶ χρισθέντα διὰ τοῦ προφήτου Νάθαν, αὐτὸς ἐπικυρῶν B αὐτῷ τὴν βασιλείαν προσεκύνησε. Παρῄνει δὲ αὐτῷ τὴν πρὸς Θεὸν εὐσέβειαν εἰλικρινῆ διατηρεῖν, τῆς ἀρίστης ἀρχῆς ταύτην ὑπόθεσιν εἶναι λέγων. Καὶ τὸν ναὸν δὲ ἐκέλευσεν αὐτῷ οἰκοδομεῖν, τὴν ὅλην αὐτοῦ διάθεσιν, μέτρα τε καὶ σχήματα τῆς ὕλης; αὐτοῦ δομήσεως παραδοὺς, καταλείψας αὐτῷ τῆς μεγαλοπρεποῦς καὶ πολυτελοῦς κατασκευῆς ἐπάξια δαπανήματα· χρυσοῦ τε καὶ γὰρ ἦν τάλαντα δεκάκις μύρια καὶ ἑκατοντάκις, ἀργύρου δὲ καὶ σιδήρου σταθμὸς ὅσος ἦν (84) ἀριθμὸν ἐλθεῖν οὐκ ἠδύνατο. Καὶ τοὺς ἐνυβρίσαντας αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς δυσπραγίας καιρὸν, οὐκ εἴασεν ἀγνῶτας. Κατέλεξε γὰρ καὶ τούτους τῷ Σολομῶν, ὅπως αὐτοὺς ὑποβλέπηται. Τεσσαράκοντα δὲ βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς, εὐκλεῶς τε- C λευτᾷ, τῷ Σαλομῶν παραδοὺς τὴν βασιλείαν.

ΚΕΦΑΛ. ΟΔ'. — *Τίνα ἐστὶ τὰ τῷ Σολομῶνι δεδρασμένα.*

Δωδεκαετὴς (85) τῆς βασιλείας ἐφαψάμενος, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὃς αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἔτι ζῶντος τοῦ πατρὸς ἁρπάζειν ἐπειράθη, αἰτήσαντα δὲ καὶ γυναῖκα λαβεῖν τὴν συνευνασθεῖσαν τῷ Δαβὶδ παρθένον διαμείνασαν τὴν Ἀβισσὰν, ἀνεῖλε. Τὸν Ἀβιάθαρ ὃς ἦν ἀρχιερεὺς, τῆς ἱερωσύνης ἐξήγαγε, τὸν συνελθόντα τῷ Ἀδωνίᾳ εἰς τὴν τῆς βασιλείας ἐπιχείρησιν. Τὸν Ἰωὰβ ὃς ἦν τοῦ πατρὸς στρατηγὸς, εἰς τὸ θυσιαστήριον καταφυγόντα διὰ τὸ συμπράττειν τῷ Ἀδωνίᾳ, καὶ αὐτὸν ἀνεῖλεν, ὑπομνήσας αὐτῷ, ὡς ἐπώφειλε τὸν τοιοῦτον θάνατον, ἀποκτείνας παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην δύο στρατηγοὺς D εὐαρέστους αὐτῷ, τὸν Ἀβεννὴρ υἱὸν Νὴρ, καὶ τὸν Ἀβεσσὰ υἱὸν Ἰωθὸρ, γεγενημένους. Τὸν Σεμεῆ, τὸν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ δοῦλον, ὃς δυσπραγοῦντα τὸν πατέρα θεασάμενος κατηρᾶτο καὶ ἐλίθαζεν, εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ περιώρισε, καὶ μηνυθέντα τὴν πόλιν ποῦ (86) προεληλυθέναι, ὡς ὑπέρφρονα (87) τοῦ βασιλέως γνώμης ἀπέκτεινε. Χιλιόμβην πρώτην ποιούμενος ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας θυσίαν, ἔθυσεν εἰς τὴν Γαβαῶν τῷ Θεῷ· ὧδε γὰρ εἵλετο προσαγαγεῖν, τῆς Ἱερουσαλὴμ οὔπω δομισθείσης. Ἐπὶ τῇ εὐσεβεῖ θυσίᾳ κελευσθεὶς δι' ὀνειράτων θέας αἰτῆσαί τι παρὰ

(85) Δωδεκαετὴς.
(86) Forte που, vel πω.
(87) Edit. Fabric. ὑπέρφονα.

τοῦ Θεοῦ, ἤτησε σοφίαν, δι' ἧς τὰς ἐνδίκους οἷός τε εἴη τοῦ λαοῦ κρίσεις ἐκφέρειν. Ἀποδεχθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ αἰτήσει, καὶ τὴν σοφίαν εἵλήφει, καὶ ἅπερ οὐκ ἠτήκει, πλοῦτον, καὶ δύναμιν, καὶ τὴν εἰρηναίαν διαγωγήν.

Δύσλυτον ἔλυσε δύο γυναικῶν προσελθουσῶν αὐτῷ κρίσιν, περὶ ζῶντος καὶ τεθνεῶτος κρινομένων παιδίων. Ἐπιγνοὺς εἵλήφει σοφίᾳ, καὶ τὸ ζῶν ποίας εἴη γυναικὸς, στοργῇ τῇ τοῦ παιδίου, καὶ τὸ τεθνηκὸς ὡς τῆς ἑτέρας, διὰ τῆς περὶ αὐτὸ τὸ ζῶν ἀφειδίας. Ἀπόλεμον καὶ εἰρηναῖον ἀπὸ τῶν περιοίκων καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, τὸν τῆς βασιλείας διετέλεσε χρόνον, ὑπὸ τὰς ἑαυτὸν ἐκαίνας (88) τοῦ λαοῦ διάγοντος. Ἐν εὐφορίαις ἀνειμένος, τὸν ναὸν ᾠκοδόμησεν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὰς τοῦ πατρὸς ὑποθήκας, ἐν ἔξ καὶ εἴκοσιν (89) ἐνιαυτοῖς αὐτὸν ἐκτελέσας, καὶ τὴν ἱερὰν κιβωτὸν, ἣν Μωϋσῆς κατεσκεύασεν, ἀναθεὶς εἴσω. Βοῶν δὲ εἴκοσι καὶ δύο χιλιάδας διὰ τῶν ἱερέων καταθύσας, καὶ τὸν λαὸν τῶν δώδεκα φυλῶν εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν συγκαλέσας, ἐφ' ἡμέρας δὲ ἑπτὰ θύσας, ἀπέλυσεν ἀγαλλόμενος τὴν Αἰθιόπων βασιλίδα, (Σαβὰ δὲ ἦν αὐτῇ ὄνομα)· τῆς αὐτοῦ σοφίας εἵνεκα πρὸς αὐτὸ ἀφιγμένης, ἐξέπληξεν ἐπὶ τῇ φρονήσει, καὶ περὶ πάντων ὧνπερ μαθεῖν ἠβουλήθη, γνῶσιν αὐτῇ παρέδωκεν ἀτρεκεστάτην. Πάσας τὰς ἔξωθεν κειμένας, ὑποτελεῖς τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ ἐποιήσατο βασιλείας, καὶ ἐκόμιζον ἐτησίους εἰσφορὰς πάντες ἐκοντὶ, χρυσοῦ τε καὶ ὧν εἶχον ἐξαιρέτων ἐν δώροις ἐπιχωρίων ἐπιτηδείων. Τρεῖς βίβλους ἐξέδωκε πρὸς παίδευσιν καὶ ἱερὰν ὠφέλειαν τῷ λαῷ τιμιωτάτας· καὶ τὴν μὲν *Παροιμίαν*, τὴν δὲ *Ἐκκλησιαστὴν*, τὴν δὲ *ᾆσμα ᾀσμάτων* ἐπέγραψεν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι πλεῖστοι λόγοι, οὓς ἀπέκρυψεν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς Ἐζεκίας, οὐδὲν ὄφελος ἐπὶ πολλοῖς εὑρίσκεσθαι λόγοις. Τοὺς δὲ δαιμόνων ἐκφευκτικοὺς, καὶ παθῶν ἰατρικοὺς, καὶ κλεπτῶν φωρατικοὺς, οἱ τῶν Ἰουδαίων ἀγύρται παρ' ἑαυτοῖς φυλάσσουσιν ἐπιμελέστατα, τῶν πιστῶν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας τούτοις οὐ κεχρημένων, διὰ τὸ τῇ Χριστοῦ πίστει καθοσιοῦν ἑαυτοὺς δεδιδάχθαι. Ἑνδεκαετὴς καὶ πρὸ τῆς βασιλείας υἱὸν φαίνεται γεννήσας. Δωδεκαετὴς γὰρ γενόμενος ἐφήψατο τῆς βασιλείας, βασιλεύει δὲ τὰ πάντα τεσσαράκοντα ἔτη, καταλιπὼν Ῥοβοάμῳ τῷ υἱῷ τὴν βασιλείαν. Ἐνιαυτῶν γεγονὼς (90).... τελευτᾷ, γυναῖκας ἑπτακοσίους καὶ παλλακὰς τριακοσίας κτησάμενος. Οὐκ εὐκλεῶς ἀποθνήσκει, ἐπείπερ ταῖς ἐθνικαῖς αὐτοῦ χαριζόμενος γυναιξὶ, ναοὺς τοῖς αὐτῶν θεοῖς ᾠκοδόμησε.

sacrificium, jussus per visum somniorum petere aliquid a Deo, postulavit sapientiam, qua posset justas populi pronuntiare sententias; ac propter hujusmodi postulationem cum placuisset, sapientiam quoque obtinuit, et quæ insuper non petierat, divitias, potentiam, et pacificam vitam.

CAPITA APOCALYPSEOS THEOLOGI. — ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

Apocalypsis Jesu Christi. Sermo 1, *Cap.* 1.
Ut Dominum in medio septem candelabrorum podere (hoc est talari veste) indutum conspexerit, 2.
Ad Ephesinæ Ecclesiæ angelum destinata, 3.

Cujusmodi Smyrnensis Ecclesiæ angelo sint indicata. Sermo 2, 4.
Cujusmodi Pergamensis Ecclesiæ angelo fuerint significata, 5.
Cujusmodi Thyatirensis Ecclesiæ angelo significata sint, 6.
De iis quæ Sardianæ Ecclesiæ angelo significata sunt. Sermo 3, 7.
Cujusmodi significata fuerint angelo Ecclesiæ Philadelphiæ, 8.
Qualia Laodicensium Ecclesiæ angelo significata fuerint. 9.
De ostio quod in cælo visum est apertum : deque viginti quatuor senioribus, et aliis quibusdam, quæ hinc ordine consequuntur. Sermo 4, 10.
De libro septem sigillis obsignato, quem nulla creata natura aperire potuit, 11.

Ut Agnus qui habet septem cornua aperuerit librum, 12.
Solutio primi sigilli, per quam apostolorum doctrina designatur. Sermo 5, 13.
Secundi sigilli solutio, qua prælium quod infideles contra fideles ineunt, describitur, 14.
Solutio tertii sigilli, quæ illorum a Christo defectionem proponit, qui minus firmiter in ipsum crediderant, 15.
Solutio quarti sigilli, qua illorum flagella delineantur qui propter animi mollitiem et impatientiam Dominum negaverunt. Sermo 6, 16.
Solutio quinti sigilli, quæ sanctorum clamores ad Deum pro sæculi consummatione proponit, 17.

Sexti sigilli solutio, quæ plagas quæ sub sæculi catastrophen mortalium generi inferentur, breviter percenset, 18.
De centum quadraginta quatuor hominum millibus, qui a quatuor angelorum plaga illæsi conservantur. Sermo 7, 19.

Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Λόγος α', κεφ. α'.
Ὀπτασία ἐν ᾗ τὸν Θεὸν ἐθεάσατο ἐν μέσῳ ἑπτὰ λυχνιῶν χρυσῶν ἐνδεδυμένον ποδήρη. β'.
Τὰ γεγραμμένα πρὸς τὸν τῆς Ἐφεσίων Ἐκκλησίας ἄγγελον. γ'.
Τὰ δηλωθέντα τῷ τῆς Σμυρναίων Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ. Λόγος δεύτερος. δ'.
Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ Ἐκκλησίας. ε'.
Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας. ς'.
Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας. Λόγος τρίτος. ζ'.
Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἐκκλησίας. η'.
Τὰ δηλωθέντα πρὸς τὸν τῆς Λαοδικέων Ἐκκλησίας ἄγγελον. θ'.
Περὶ τῆς ὁραθείσης θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἐξῆς. Λόγος τέταρτος. ι'.
Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης ἑπτὰ σφραγῖσιν, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι τῆς κτιστῆς φύσεως δύναται. ια'.
Περὶ τῆς ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων θεωρίας. ιβ'.
Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος. Λόγος πέμπτος. ιγ'.
Περὶ τῆς δευτέρας σφραγῖδος. ιδ'.

Λύσις τῆς τρίτης σφραγῖδος. ιε'.

Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας τοῖς ἀσεβέσι μάστιγας. Λόγος ἕκτος. ις'.
Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τὴν τῶν ἁγίων πρὸς Κύριον περὶ τῆς συντελείας καταβόησιν. ιζ'.
Λύσις τῆς ς' σφραγῖδος, τὰς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγομένας πληγὰς σημαίνουσα. ιη'.

Περὶ τῶν σωζομένων ἐκ τῆς πληγῆς τῶν τεσσάρων ἀγγέλων, χιλιάδων ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων. Λόγος ἕβδομος. ιθ'.

Περὶ τοῦ ἀναριθμήτου ὄχλου τῶν ἐξ ἐθνῶν λαμπροφορούντων. κ'.
Λύσις τῆς ζ σφραγῖδος, δηλοῦσα ἀγγελικὰς δυνάμεις προσάγειν τῷ Θεῷ τὰς τῶν ἁγίων προσευχὰς ὡς θυμιάματα. κα'.
Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων ὧν τοῦ πρώτου σαλπίσαντος, χάλαζα, καὶ πῦρ, καὶ αἷμα ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται. Λόγος ὄγδοος. κβ'.
Περὶ τοῦ δευτέρου ἀγγέλου καὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐμψύχων. κγ'.
Περὶ τοῦ τρίτου ἀγγέλου, καὶ τοῦ πικρασμοῦ τῶν ποταμίων ὑδάτων. κδ'.
Περὶ τοῦ τετάρτου ἀγγέλου, καὶ τοῦ σκοτισμοῦ τῶν φωστήρων. Λόγος ἔννατος. κε'.
Περὶ τοῦ πέμπτου ἀγγέλου, καὶ τῶν νοητῶν ἀκρίδων, καὶ τοῦ ποικίλου τῆς μορφῆς αὐτῶν. κς'.
Περὶ τοῦ ἕκτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ δεδεμένων ἀγγέλων. κζ'.
Περὶ ἀγγέλου τοῦ περιβεβλημένου νεφέλην, καὶ ἶριν, συντέλειαν προμηνύοντος. Λόγος δέκατος. κη'.
Ὅπως τὸν βιβλαρίδιον ἐκ τοῦ ἀγγέλου ὁ εὐαγγελιστὴς εἴληφε. κθ'.
Περὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίᾳ. λ'.
Ὅπως ἀναιρεθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, [οἱ δύο οὗτοι τοῦ Θεοῦ προφῆται] ἀναστήσονται. Λόγος ια'. λα'.
Περὶ τῆς ἑβδόμης σάλπιγγος, καὶ τῶν ὑμνούντων τὸν Θεὸν ἁγίων ἐπὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει. λβ'.
Περὶ τῶν διωγμῶν τῆς Ἐκκλησίας τῶν προτέρων, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου. λγ'.
Περὶ τοῦ πολέμου τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν δαιμόνων, καὶ τῆς τοῦ Σατανᾶ καταπτώσεως. Λόγος δωδέκατος. λδ'.
Περὶ τοῦ ὅπως ὁ δράκων διώκων τὴν Ἐκκλησίαν οὐ παύεται. λε'.
Περὶ τοῦ θηρίου τοῦ δεκακεράτου καὶ ἑπτακεφάλου. λς'.
Περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου. Λόγος ιγ'. λζ'.
Περὶ τοῦ [μιαροῦ] ὀνόματος τοῦ Ἀντιχρίστου. λη'.
Περὶ τοῦ ἀρνίου καὶ τῶν ρμδ' χιλιάδων. λθ'.

Περὶ ἀγγέλου προαγορεύοντος τὴν ἐγγύτητα τῆς μελλούσης κρίσεως. Λόγος ιδ'. μ'.
Περὶ ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος κηρύσσοντος. μα'.
Περὶ ἀγγέλου ἀσφαλιζομένου τοὺς πιστοὺς μὴ δέξασθαι τὸν Ἀντίχριστον. μβ'.
Ὅπως ὁ ἐν τῇ νεφέλῃ καθήμενος τῷ δρεπάνῳ συντελέσει τὰ ἐκ γῆς βλαστάνοντα. Λόγος ιε'. μγ'.
Περὶ ἀγγέλου τρυγῶντος τὴν τῆς πικρίας ἄμπελον. μδ'.
Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐπαγόντων τοῖς ἀνθρώποις τὰς πρὸ τῆς συντελείας ζ πληγάς· καὶ περὶ τῆς ὑαλίνης θαλάσσης. με'.
Ὅπως τῆς πρώτης φιάλης ἐκχεθείσης, ἕλκος κατὰ τῶν ἀποστατῶν γίνεται. Λόγος ις'. μς'.
Πληγὴ δευτέρα κατὰ τῶν ἐν θαλάττῃ. μζ'.

Ὅπως διὰ τῆς τρίτης οἱ ποταμοὶ εἰς αἷμα μεταπεράννυνται. μη'.
Ὅπως διὰ τῆς τετάρτης καυματίζονται οἱ ἄνθρωποι. Λόγος ιζ'. μθ'.
Ὅπως διὰ τῆς πέμπτης ἡ βασιλεία τοῦ θηρίου σκοτίζεται. ν'.
Ὅπως διὰ τῆς ἕκτης ἡ ὁδὸς διὰ τοῦ Εὐφράτου τοῖς ἀπὸ Ἀνατολῶν βασιλεῦσιν ἀνοίγεται. να'.
Ὅπως διὰ τῆς ἑβδόμης χάλαζα καὶ σεισμὸς κατὰ τῶν ἀνθρώπων γίνεται. Λόγος ιη'. νβ'.

Περὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων δεικνύντος τῷ μακαρίῳ Ἰωάννῃ τὴν τῆς πόρνης πόλεως καθαίρεσιν· καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς πόρνης κεφαλῶν, καὶ δέκα κεράτων. νγ'.

A *De innumera illorum turba qui ex gentium nationibus conversi, candidis induentur.* 20.
Solutio septimi sigilli, qua explicatur, quomodo angelicæ Virtutes sanctorum preces veluti thymiama quoddam Deo offerant, 21.
De septem angelis, e quorum numero dum primus tuba canit, grando, et ignis, ac sanguis in terram fertur. Sermo 8, 22.
De secundo angelo, eorumque interitu quæ vitam in mari degunt, 23.
De tertio angelo, et profluentium aquarum amaritudine, 24.
De quarto angelo et luminarium obscuratione. Sermo 9, 25.
De quinto angelo, mysticisque locustis, ac varia earumdem forma, 26.

De sexto angelo, et quatuor angelis qui juxta Euphratem ligati tenebantur, 27.
B *De angelo circumdato iride et nube, qui sæculi consummationem denuntiabat. Sermo 10,* 28.

Ut evangelista librum ex angelo susceperit, 29.

De Enocho et Elia, 30.
Ut duo isti Dei prophetæ ab Antichristo trucidati, denuo surrexerint. Sermo 11, 31.

De septima tuba, et sanctis qui Deum ob futurum judicium celebrant, 32.
De prioribus et novissimis Ecclesiæ persecutionibus, 33.
De angelorum et dæmonum prælio et Satanæ casu, Sermo 12. 34.

¶ *Ut draco Ecclesiam persequi non desistat,* 35.

C *De bestia quæ habebat cornua decem, et septem capita,* 36.
De pseudopropheta. Sermo 13, 37.
De profano Antichristi nomine, 38.

De agno et centum quadraginta quatuor millibus stantibus cum agno in monte Sion, 39.
De angelo judicium propinquum denuntiante. Sermo 14, 40.
De angelo qui Babylonis ruinam annuntiat, 41.

De tertio angelo qui fideles, ne Antichristum suscipiant, graviter admonet. 42.
Ut is qui super nubem sedebat, falce ea demetat quæ oriuntur e terra. Sermo 15, 43.

De angelo amaritudinis vitem vindemiante, 44.

De septem angelis, qui ante sæculi finem septem plagas hominibus inferunt, deque mari vitreo, 45.
D *Ut prima phiala effusa, ulcera nata sint in desertoribus. Sermo 16.* 46.
De plaga secunda, quæ iis infertur qui in mari vitam degunt, 47.
Ut flumina per tertiam phialam in sanguinem convertantur, 48.
Ut per quartam phialam ardore crucientur homines, Sermo 17, 49.
Ut per quintam plagam bestiæ regnum obscuratum sit, 50.
Ut per sextam phialam via Euphratis pandatur regibus ab Oriente venientibus, 51.
Ut per septimam phialam grando et terræ motus in hominum perniciem excitatus sit. Sermo 18, 52.

De uno e septem sanctorum angelorum numero, qui B. Joanni adulteræ civitatis eversionem ostendit: deque septem meretricis capitibus, et decem ejusdem cornibus. 53.

Ut angelus mysterium, quod viderat, interpretatus sit, 54.
De alio angelo Babylonis ruinam denuntiante, deque cœlesti voce, qua sancti civitatem deserere, et voluptates quibus ante fruebatur, missas facere jubentur. Sermo 19, 55.
De sanctorum hymnis et laudibus, triplicique Alleluia, quod propter subversam Babylonem cecinerunt sancti, 56.
De mysticis Agni nuptiis ejusdemque agni cœna, 57.
Ut Christum viderit evangelista angelicarum Virtutum agminibus cinctum, alboque equo insidentem. Sermo 20, 58.
De Antichristo, cæterisque qui simul cum illo in gehennam abjiciuntur, 59.
Ut Satanas post Christum crucifixum usque ad sæculi finem sit ligatus, et de mille annis, 60.

De sedibus quæ illis sunt paratæ qui Christi confessionem illibatam conservarunt. Sermo 21, 61.

Quæ sit prima resurrectio: quæ item mors secunda, 62.
De Gog et Magog. 63.
De sedente super thronum, et communi resurrectione et judicio Sermo 22, 64.
De cœlo novo, et terra nova supernaque Jerusalem, 65.
Cujusmodi ab eo dicta sint qui sedebat in throno, 66.
De angelo qui sanctam civitatem illi ostendit, ejusdemque muros et portas dimetitur. Sermo 23, 67.

De fluvio mundo, qui e throno in mediam civitatis plateam procedere visus est, 68.
Quod Christus sit Deus prophetarum et angelorum Dominus, 69.
Quod ea omnia quæ Apostolus vidit, digna sint fide. Sermo 24, 70.
Ut jussus sit ne hanc Apocalypsin obsignaret, sed palam prædicaret, 71.
Ut Ecclesia et Spiritus qui in illa degit, gloriosum Christi adventum expetant; certæque maledictioni subjiciantur, qui librum hunc adulterant. 72.

Ὅπως ὁ ἄγγελος τὸ ὁραθὲν αὐτῷ μυστήριον ἡρμήνευσε. νδ'.
Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος ἀγγελοῦντος· καὶ οὐρανίου φωνῆς, τὴν ἐκ τῆς πόλεως φυγὴν ἐντελλομένης· καὶ περὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν τερπνῶν, ὧν πρὶν ἐκέκτητο. Λόγος ιθ'. νε'.
Περὶ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας, καὶ τοῦ τριπλοῦ Ἀλληλούϊα, ὅπερ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Βαβυλῶνος ᾄδουσιν. νς'.
Περὶ τοῦ μυστικοῦ γάμου, καὶ τοῦ δείπνου τοῦ Ἀρνίου. νζ'.
Ὅπως τὸν Χριστὸν ὁ εὐαγγελιστὴς ἵππον μετὰ Δυνάμεων ἀγγελικῶν ἐθεάσατο. Λόγος κ'. νη'.
Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαλλομένων εἰς τὴν γέενναν. νθ'.
Ὅπως ὁ Σατανᾶς ἐδέθη ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ σταυρώσεως μέχρι καιροῦ τῆς συντελείας· καὶ περὶ τῶν χιλίων ἐτῶν. ξ'.
Περὶ τῶν ἡτοιμασμένων θρόνων τοῖς φυλάξασι τὴν Χριστοῦ ὁμολογίαν ἀνεξάρνητον. Λόγος κα'. ξα'.
Τίς ἐστιν ἡ πρώτη ἀνάστασις, καὶ τίς ὁ δεύτερος θάνατος. ξβ'.
Περὶ τοῦ Γὼγ καὶ τοῦ Μαγώγ. ξγ'.
Περὶ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως καὶ κρίσεως. Λόγος κβ'. ξδ'.
Περὶ καινῶν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ. ξε'.
Περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος. ξς'.

Περὶ ἀγγέλου δεικνύντος αὐτῷ τὴν τῶν ἁγίων πόλιν, καὶ τὸ ταύτης τεῖχος σὺν τοῖς πυλεῶσι διαμετροῦντος. Λόγος κγ'. ξζ'.
Περὶ τοῦ καθαροῦ ποταμοῦ, τοῦ φανέντος ἐκ τοῦ θρόνου εἰς μέσην πόλιν ἐκπορεύεσθαι. ξη'.
Ὅτι Θεὸς τῶν προφητῶν ὁ Χριστὸς, καὶ Δεσπότης τῶν ἀγγέλων. ξθ'.
Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ Ἀποστόλῳ. Λόγος κδ'. ο'.
Ὅπως ἐκελεύθη μὴ σφραγῖσαι, ἀλλὰ κηρύξαι Ἀποκάλυψιν. οα'.
Ὅπως ἡ Ἐκκλησία, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ Πνεῦμα, προσκαλοῦνται τὴν Χριστοῦ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν· καὶ περὶ τῆς ἀρᾶς, ᾗ ὑποβάλλονται οἱ τὴν βίβλον παραχαράττοντες. οβ'.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΝΔΡΕΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

—

S. P. N. ANDREÆ

ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

COMMENTARII

IN JOANNIS THEOLOGI APOCALYPSIN.

—

1 PROLOGUS.

A multis, qui majorem de me opinionem, quam vires meæ ferunt, conceperant, peramanter sæpe

ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπὸ πολλῶν, ἐξ ἀγάπης μείζονα τῆς ἐμῆς διανοίας ἐσχηκότων ὑπόληψιν, ἀνε-

πτύξαι τὴν τοῦ Θεολόγου Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν, καὶ τοῖς μετὰ τὴν αὐτῆς ὀπτασίαν χρόνοις ἐφαρμόσαι τὰ προφητευθέντα, τοῖς ὑπὲρ ἐμὲ ἐγχειρῆσαι ἀνεβαλόμην· εἰδὼς μεγάλης τοῦτο εἶναι διανοίας, καὶ [τῷ] θείῳ Πνεύματι πεφωτισμένης, τῶν μυστικῶν τοῖς ἁγίοις ἐωραμένων ἐν τῷ μέλλοντι χρόνῳ συμβήσεσθαι, ποιεῖσθαι ἀνάπτυξιν. Εἰ γὰρ τῶν παλαιῶν προφητῶν αἱ βίβλοι ὑπὸ πολλῶν ἑρμηνευθεῖσαι, ἔτι τὸ βάθος τῶν ἐν αὐταῖς μυστηρίων [τοῖς πᾶσιν] ἔχουσιν ἀθέατον ἄχρι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ τῆς μερικῆς καταργουμένης γνώσεως ἡ τελεία ἀναδειχθήσεται· καίπερ τὰ πλεῖστα περὶ τῆς τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν πρώτης ἐπιφανείας κηρύξασαι, εἰ καί τινα τούτοις ἀναμὶξ καὶ περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας κατήγγειλαν· πῶς ἂν τις οὐ τολμηρὸς δειχθήσεται, προφητικοῦ μὲν ἀμέτοχος ὢν Πνεύματος, ἐγχειρῶν δὲ ἐκείνοις ὧν οὔπω τὸ τέλος τεθέαται; Ἀλλ' ἐπεὶ ὑπακοὴ μὲν ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθή, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, καὶ ἡ ἀγάπη οὐ πίπτει, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· ταύτῃ συνδεδεμένος τῇ θεαρέστῳ σου ψυχῇ, ὦ Μακάριε, ἐλπίζων τε δι' αὐτῆς τήν τε τῶν ἐλλειμμάτων ἀναπλήρωσιν, τόν τε τῆς ὑπακοῆς μισθὸν, ἣν [τῆς] ἀγάπης οἶδα καρπὸν, τὸ ἐπιταχθὲν ἐν ὀλίγῳ πληρώσω, σὺν Θεῷ τῷ σοφίζοντι.

A rogatus, ut divi Joannis Theologi Apocalypsin explanarem, ejusdemque vaticinia temporibus, quæ post illam patefactam consecuta sunt, utcunque accommodarem, quæ ingenii mei nervos excedere videbantur, aggredi hactenus vix sum ausus. Intelligebam enim mysteria viris sanctis per visum ostensa, quæ olim explenda exspectantur, commode explicare, intelligentiæ esse magnæ, mentisque divino Spiritu haud vulgariter illustratæ. Enimvero si veterum prophetarum libri, tametsi a quam plurimis jam olim explanati, sacramentorum, quæ in ipsis latent, profunditatem etiamnum abditam habent habebuntque usque ad diem illum quo, scientia quæ ex parte est, destructa, ea quæ perfecta est succedet : esto, interim major illo- B rum pars de primo magni Dei et Salvatoris nostri adventu concionetur (nam quædam quoque de secundo ejusdem adventu alicubi interseri negari non debet) ; quomodo is audax non habeatur, qui prophetici spiritus exsors, illa interpretari aggreditur quorum eventus nondum clare cernitur? At quia obedientiam victimis præstare scriptum exstat, spesque secundum apostolum non confundit, neque charitas, qua animæ tuæ intime conjunctus sum, unquam excidit, Dei, qui sapientiam largitur, ope fretus, munus abs te mihi injunctum, Macari, ut potero explere conabor. Persuasum enim habeo, si qui inter commentandum defectus acciderint, eos te pro tua charitate et eruditione benevole correcturum, mercedemque, quam obedientia, quæ ex charitate oritur, jure promeretur, haud illiberaliter persoluturum.

Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, πᾶσα θεόπνευστος Γραφὴ, ἅτε τριμερεῖ τῷ ἀνθρώπῳ ὑπάρχοντι, τριμερ�ὴς ἐκ τῆς θείας δεδώρηται χάριτος· καὶ ταύτης οἷόν τι σῶμα τὸ γράμμα καὶ ἡ κατ' αἴσθησιν ἱστορία καθέστηκεν· οἱονεὶ δὲ ψυχὴ, ἡ τροπολογία, ἐξ αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ ποδηγοῦσα τὸν ἀναγινώσκοντα· καθάπερ δὲ πνεῦμα, ἡ τῶν μελλόντων καὶ ὑψηλοτέρων ἀναγωγὴ καὶ θεωρία πέφηνεν· ὡς τὴν μὲν πρώτην, πρέπειν τοῖς ἐκ [τοῦ] νόμου παιδαγωγουμένοις· τὴν δὲ δευτέραν, τοῖς πολιτευομένοις ἐν χάριτι· τὴν δὲ τρίτην, τῇ μακαρίᾳ λήξει, ἐν ᾗ τὸ πνεῦμα βασιλεύει, ὑποταγέντων αὐτῷ πάντων τῶν σαρκικῶν λογισμῶν τε καὶ κινήσεων. Καὶ τὸ μὲν πρότερον, ἱστορίαις πραγμάτων ἤδη γεγενημένων ἐφήρμοζεν, εἰ καὶ τοῖς προδρόμοις τῆς ἀληθείας τύποις οὐ μικρῶς καὶ αὐτὸ [πολλαχοῦ] κεκαλλώπισται· τὸ δὲ δεύτερον, ταῖς τε παροιμιακαῖς παραινέσεσι, καὶ ἑτέροις τοιούτοις διδασκαλικοῖς ἤθεσιν· οἷον, *Ἄκανθαι φύονται ἐν χειρὶ τοῦ μεθύσου*· καὶ, *Αἰσχύνθητι*, φησὶ, *Σιδὼν, εἶπεν ἡ θάλασσα*, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τὸ δὲ τρίτον, δηλαδὴ τὸ πνευματικὸν, ἐν τῇ Ἀποκαλύψει μάλιστα τοῦ Θεολόγου ἀνδρὸς πλεονάζον εὑρίσκεται, δαψιλῶς μὲν σὺν τῷ τροπολογικῷ ἤδη καὶ τῷ ἱστορικῷ, κἂν τοῖς ἄλλοις προφήταις ὁρώμενον· ἐν τούτῳ δὲ πλεονάζον μάλιστα, ἅτε τοῖς τελειοτέροις περὶ τὴν γνῶσιν θεόθεν κελευσθὲν διαγγέλλεσθαι. Διὸ καὶ ἡμεῖς, οὐχ ὡς τὰ βάθη κατειληφότες τοῦ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένου

C Primum igitur, ut tu ipse quoque non ignoras, universa Scriptura divinitus inspirata, quæ homini, qui ex tribus distinctis partibus conflatur, non absque singulari Dei beneficio obtigit, tripartita est. Hujus veluti corpus est littera, externaque historia : Anima vero, tropologia : hæc enim per ea quæ sub sensum veniunt, ad illa deducit lectorem quæ mente tantum conspiciuntur : Spiritus autem locum anagoge, hoc est rerum futurarum longissimeque a sensu positarum theoria, sibi vindicat. Primum genus in illos præcipue convenit, quorum pædagogus lex erat ; 2 secundum, in eos qui sub lege gratiæ et charitatis ætatem agunt ; tertium, in homines vitali hac luce feliciter perfunctos, in quibus carnis sensu motuque perfecte jam subjugato, D solus spiritus regnum obtinet. Primum denuo rerum dudum ante gestarum expositionem complectitur ; etsi hoc ipsum quoque typis veritatem adumbrantibus, multis passim locis non mediocriter exornetur. Secundum, proverbialibus parænesibus sententiisque moralibus majorem partem constat. Cujusmodi inter cæteras sunt istæ : *Spinæ nascuntur in manu temulenti*[1] ; *Erubesce, Sidon, ait mare*[2], aliæque hisce similes. Tertium, nempe mysticum vel anagogicum, in Apocalypsi Joannis Theologi et apostoli maxime exuberat. Nam licet anagoge et spiritus simul cum historia et tropologia in aliorum quoque prophetarum libris frequenter occurrunt,

[1] Prov. xxvi, 9. [2] Isa. xxiii, 4.

in hoc tamen opere utrumque peculiari quadam ratione exundat; quippe quod non quibusvis, sed cumulatiori rerum divinarum notitia locupletatis, Deus Opt. Max. proponi et prædicari voluerit. Quamobrem scopus hoc loco nobis propositus non est, de arcanis illis mysteriis certam aliquam et absolutam sententiam proferre, quasi nos spiritus, qui hic abditur, profunda assecuti simus; sed de earum rerum sensu, quæ beato illi Theologo patefactæ fuerunt, specimen exhibere aliquod tantum (nam omnia secundum nudam litteræ superficiem interpretari, neque audemus neque fas esse ducimus), eaque ratione lectoris menti ad diligentiorem inquisitionem, industriæque exercitationem, qualemcunque ansam offerre; necnon eamdem ad rerum præsentium, quæ natura sua fluxæ atque caducæ sunt, despicientiam, futurorumque bonorum, quæ æterna atque stabilia habentur, desiderium aliquo modo excitare. At vero exactam certamque horum omnium notitiam et interpretationem, divinæ sapientiæ libenter relinquimus. Hæc una enim est quæ et tempora et momenta, quando libri hujus oracula certum exitum sortientur exquisite novit; in quæ etiam tempora et momenta, ne curiosius inquireremus, per apostolos nobis inhibitum voluit.

A Πνεύματος, τὴν τῶν ἑωραμένων τῷ μακαρίῳ [Θεολόγῳ] ἀνάπτυξιν ποιούμεθα. Οὔτε δὲ πάντα κατὰ τὸ γράμμα νοῆσαι τολμῶμεν, ἢ περὶ τῶν ἐστοχασμένων ἡμῖν ἀποφαινόμεθα· ἀλλ' ὡς γυμνασίαν τῷ νῷ πρὸς ἐντρέχειαν παρεχόμενοι καὶ τῶν μὲν παρόντων, ἅτε παραῤῥεόντων, καταφρόνησιν· τῶν δὲ μελλόντων, ἅτε μενόντων, ἐπιπόθησιν· τὴν ἀκριβῆ τούτων γνῶσιν τῇ θείᾳ σοφίᾳ καταλιπόντες, τῇ καὶ τοὺς χρόνους ἐπισταμένῃ, καθ' οὓς τὰ προφητευθέντα γενήσεται· οὓς ζητεῖν ἡμῖν διὰ τῶν ἀποστόλων ἀπηγόρευται.

Cæterum quidquid hic tentavimus, hoc totum solo obsequendi studio tentavimus. Partiti autem præsens hoc opus sumus in viginti quatuor sermones, et duo supra septuaginta capita, propter tripartitam viginti quatuor seniorum substantiam, corporis videlicet, et animi, et spiritus. Per hos namque compendio quodam illorum omnium plenitudo designatur, qui unquam jam inde a mundi exordio usque ad sæculi consummationem, Deo placuerunt; quemadmodum quæ hinc consequentur, planum id nobis facient. Porro autem de libri hujus fide et auctoritate, prolixe hoc loco disserere supervacaneum arbitramur. Constat namque beatos illos viros Patresque nostros, Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, multoque hisce vetustiores Papiam, Irenæum, Methodium et Hippolytum, divinum fideque dignum esse, non uno loco tradere; e quorum monumentis occasione accepta, nos ad hoc consilium venimus; sicuti multas quoque sententias ex eorumdem scriptis mutuavimus, hisceque nostris commentariis inseruimus. Tu autem, homo Dei, nostrum hunc conatum precibus ad Deum fusis compensa; qui sane, quod crebram præmiorum, quæ justis olim persolventur, mentionem faciat; suppliciaque, quæ impiis et peccatoribus apud inferos constituta sunt, subinde ob oculos ponat, haud parum, ut autumo, ad salutarem animi compunctionem conferet.

B Δι' ὑπακοὴν οὖν τοῦτο πεπράχαμεν· διελόντες τὴν παροῦσαν πραγματείαν εἰς λόγους κδ', καὶ οβ' κεφάλαια, διὰ τὴν τριμερῆ τῶν κδ' [πρεσβυτέρων] ὑπόστασιν, σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος· δι' ὧν τῶν ἀρχῆθεν μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος εὐαρεστησάντων Θεῷ τὸ πλήρωμα χαρακτηρίζεται, καθὼς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλωθήσεται. Περὶ μέντοι τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου, περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον ἡγούμεθα, τῶν μακαρίων, Γρηγορίου, [φημι,] τοῦ Θεολόγου, καὶ Κυρίλλου, προσέτι δὲ καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων Παππίου, Εἰρηναίου, Μεθοδίου, καὶ Ἱππολύτου ταύτῃ προσμαρτυρούντων τὸ ἀξιόπιστον. Παρ' ὧν καὶ ἡμεῖς πολλὰς λαβόντες ἀφορμὰς εἰς τοῦτο ἐληλύθαμεν, καθὼς ἔν τισι τόποις χρήσεις τούτων παρεθέμεθα. Σὺ δέ, ὦ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε, εὐχαῖς τὸν πόνον ἄμειψαι, οὐ μικρὸν, ὡς οἶμαι, συντελοῦντα πρὸς [τὴν] κατάνυξιν διὰ τῆς μνήμης τῶν ἀπονεμηθησομένων τοῖς τε δικαίοις, τοῖς τε ἁμαρτωλοῖς ἀμοιβῶν καὶ ἀντιδόσεων.

CAPUT PRIMUM, SERMO PRIMUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ, ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

I, 1. *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis, quæ oportet fieri cito.*

Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

Apocalypsis nomine, occultorum mysteriorum patefactio designatur, sive illa fiat per insomnium divinitus immissum, sive in vigilia, parte illa quæ in animæ regno principatum tenet, per cœlestis luminis illapsum collustrata. Cum autem ejusmodi revelationem Christo a Deo datam asserit, humanitati Jesu orationem accommodat, idque inoffense: quandoquidem jam ante in Evangelio suo sublimiora et diviniora de Dei Verbo tradiderat, quam Evangelistarum alius ullus. Quin hoc ipso etiam loco per angelum administrum, addiscentiumque

D Ἀποκάλυψις [μέν] ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ, εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων, εἴτε καθ' ὕπαρ, ἐκ θείας ἐλλάμψεως. Δοθῆναι δὲ τῷ Χριστῷ ταύτην φησὶν, ἀνθρωπινώτερον μᾶλλον τὸν λόγον περὶ αὐτοῦ ποιούμενος· ἐπείπερ ἐν τῷ [κατ' αὐτὸν] Εὐαγγελίῳ τοῖς ὑψηλοῖς καὶ θεοπρεπέσιν ὑπὲρ πάντας ἐνδιέπρεψε· κἀνταῦθα δὲ διὰ τοῦ διακονοῦντος ἀγγέλου, καὶ τοῦ τῶν μανθανόντων δούλων ὀνόματος, τὸ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ ἐμφαίνεται μέγεθος· αὐτοῦ γὰρ δοῦλα τὰ σύμπαντα. Τὸ δὲ ἐν τάχει γενέσθαι, σημαίνει τὸ,

τινὰ μὲν αὐτῶν παρὰ πόδας γενέσθαι τῆς περὶ αὐτῶν προρρήσεως, καὶ τὰ ἐπὶ συντελείᾳ δὲ, μὴ βραδύνειν· διότι χίλια ἔτη παρὰ Θεῷ ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς ἥτις διῆλθε, λελόγισται.

A servorum vocabulum, Christi divinitati peramplum testimonium impertit. Ipse namque est cui universa creatura servit. Porro autem cum isthæc cito futura subjungit, nonnulla ex iis quæ hoc libro patefacta sunt, jam præ foribus urgere, brevique adeo eventum sortitura esse subindicat. Sed et ea ipsa quoque, quæ ad sæculi tandem finem contingent, haud reputentur tanquam dies hesterna, quæ præteriit.

Καὶ ἐσήμανεν ὁ διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ ἀποστείλας τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν Λόγον [*τοῦ Θεοῦ,*] *καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα εἶδε καὶ ἅτινα εἰσὶ καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.*

I, 1, 2. *Et significavit mittens per angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi, quæcunque vidit, et quæ sunt, et quæ post hæc oportet fieri.*

Ὁ Χριστός μοι, φησὶν, ὡς Δεσπότης, ὡς οἰκείῳ δούλῳ, δι' ἀγγέλου ταῦτα δεδήλωκε, τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν μαρτυρήσαντι· ἐφ' ᾧ διὰ τῶν ὁραθέντων διαμαρτύρασθαι καὶ κηρύξαι πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἀκουόντων, τά τε ὄντα καὶ [τὰ] τοὺς ἀνθρώπους λανθάνοντα, τά τε ἔσεσθαι μέλλοντα· προφητικῶς γὰρ ἰώρακεν ἀμφότερα· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι· *Ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι.* Ταῦτα δέ εἰσι παραστατικὰ τοῦ τε ἐνεστῶτος καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου.

Christus Dominus, inquit, hæc mihi, qui diserte illum professus sum, tanquam servo suo per angelum manifestavit; quo et ea quæ sunt, hominumque notitiam adhuc fugiunt; et ea rursum quæ olim futura sunt, mihique per visionem ostensa sunt, palam ad audientium conversionem contester, publiceque prædicem. Utraque namque prophetico spiritu hausi. Atque hic sensus ex orationis tenore aperte colligitur; quandoquidem verba hæc: *Quæ sunt, et quæ fieri oportet*, præsentis futurique temporis notionem manifeste præ se ferunt.

Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.

I, 3. *Beatus qui legit et audit verba prophetiæ hujus: et servat ea quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est.*

Μακαρίζει τοὺς διὰ τῶν πράξεων ἀναγινώσκοντας καὶ ἀκούοντας. Ἐγγὺς γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς, καὶ πᾶσιν εἰς ἐργασίαν προκείμενος· ὥς φησιν ὁ Κύριος· *Ἐργάζεσθε ἕως ἡμέρα ἐστί·* καὶ ἔξεστι τυχεῖν τοῦ μακαρισμοῦ. Καὶ ἑτέρως δὲ, *Ἐγγὺς ὁ καιρὸς,* ὁ τῆς τῶν ἐπάθλων δεικνυμῆς, διὰ τὴν τοῦ [παρόντος] βίου σμικρότητα, συγκρίσει τοῦ μέλλοντος.

Beatos prædicat non quosvis promiscue, qui hæc legunt vel audiunt; sed qui bonorum operum studio intenti, legunt vel audiunt. Cæterum tempus, quo beatitudinem hanc comparare licet, quodque omnibus ut studiose operentur, propositum est, in propinquo esse admonet. Notum est enim illud Christi: *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari*[1]. Alio quoque sensu tempus, quo meritorum præmia distribuentur, propinquum est; siquidem vitæ hujus spatium, cum æternitate comparatum, brevissimum est.

Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ [*τοῦ*] *ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

I, 4-5. *Joannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia: gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est, et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.*

Πολλῶν δὲ οὐσῶν τῶν κατὰ τόπον Ἐκκλησιῶν, ἑπτὰ μόναις ἐπέστειλε· διὰ τοῦ ἑβδοματικοῦ ἀριθμοῦ, τὸ μυστικὸν τῶν ἁπανταχῆ Ἐκκλησιῶν σημαίνων, καὶ [τὸ] τῷ παρόντι βίῳ σύστοιχον· ἐν ᾧ [καὶ] ἡ ἑβδοματικὴ τῶν ἡμερῶν περιοδος γίνεται. Διὸ καὶ ἑπτὰ ἀγγέλων καὶ ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν μέμνηται αἷς φησι· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τῆς τρισυποστάτου Θεότητος.* Διὰ μὲν γὰρ τοῦ, *ὁ ὢν,* ὁ Πατὴρ δηλοῦται· ὁ χρηματίσας τῷ Μωϋσῇ. *Ἐγώ εἰμι,* [λέγων,] *ὁ ὢν·* διὰ δὲ τοῦ, *ὁ ἦν,* ὁ Λόγος, ὃς ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· διὰ δὲ τοῦ, *ὁ ἐρχόμενος,* ὁ Παράκλητος, ὁ ἀεὶ ἐπιφοιτῶν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τέκνοις διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· τελεωτέρως δὲ καὶ τρανοτέρως ἐν τῷ μέλλοντι. Ἑπτὰ δὲ πνεύματα, τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους νοεῖν δυνατὸν, [τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν λαχόντας τὴν κυβέρνησιν·] οὐ συναρι-

Cum multæ passim per orbem exstent Ecclesiæ, ad septem duntaxat scribit: verum numero hoc septenario, qui præsentis vitæ decursui consentaneus est (totius namque hebdomadæ periodus septem dierum curriculo absolvitur) omnium ubivis locorum exsistentium Ecclesiarum mysterium complexus est. Ea igitur de caussa, ut septem angelorum, ita septem quoque Ecclesiarum mentionem facit. Ad quas proinde hunc in modum scribit: *Gratia vobis et pax a Divinitate quæ in tribus hypostasibus subsistit.* Et quidem per eum *qui est*, Pater designatus videri potest. Moysi enim respondet Deus: *Ego sum qui sum.* Per eum vero *qui erat*, Verbum. Verbum namque in principio erat apud Deum. Per eum denique *qui venit et venturus est*, Spiritus paracletus; hic enim per sanctum baptisma ad Ecclesiæ

[1] Joan. IX, 4.

in hoc tamen opere utrumque peculiari quadam ratione exundat; quippe quod non quibusvis, sed cumulatiori rerum divinarum notitia locupletatis, Deus Opt. Max. proponi et prædicari voluerit. Quamobrem scopus hoc loco nobis propositus non est, de arcanis illis mysteriis certam aliquam et absolutam sententiam proferre, quasi nos spiritus, qui hic abditur, profunda assecuti simus; sed de earum rerum sensu, quæ beato illi Theologo patefactæ fuerunt, specimen exhibere aliquod tantum (nam omnia secundum nudam litteræ superficiem interpretari, neque audemus neque fas esse ducimus), eaque ratione lectoris menti ad diligentiorem inquisitionem, industriæque exercitationem, qualemcunque ansam offerre; necnon eamdem ad rerum præsentium, quæ natura sua fluxæ atque caducæ sunt, despicientiam, futurorumque bonorum, quæ æterna atque stabilia habentur, desiderium aliquo modo excitare. At vero exactam certamque horum omnium notitiam et interpretationem, divinæ sapientiæ libenter relinquimus. Hæc una enim est quæ et tempora et momenta, quando libri hujus oracula certum exitum sortientur exquisite novit; in quæ etiam tempora et momenta, ne curiosius inquireremus, per apostolos nobis inhibitum voluit.

A Πνεύματος, τὴν τῶν ἑωραμένων τῷ μακαρίῳ [Θεολόγῳ] ἀνάπτυξιν ποιούμεθα. Οὔτε δὲ πάντα κατὰ τὸ γράμμα νοῆσαι τολμῶμεν, ἢ περὶ τῶν ἐστοχασμένων ἡμῖν ἀποφαινόμεθα· ἀλλ' ὡς γυμνασίαν τῷ νῷ πρὸς ἐντρέχειαν παρεχόμενοι καὶ τῶν μὲν παρόντων, ἅτε παραῤῥεόντων, καταφρόνησιν· τῶν δὲ μελλόντων, ἅτε μενόντων, ἐπιπόθησιν· τὴν ἀκριβῆ τούτων γνῶσιν τῇ θείᾳ σοφίᾳ καταλιπόντες, τῇ καὶ τοὺς χρόνους ἐπισταμένῃ, καθ' οὓς τὰ προφητευθέντα γενήσεται· οὓς ζητεῖν ἡμῖν διὰ τῶν ἀποστόλων ἀπηγόρευται.

Cæterum quidquid hic tentavimus, hoc totum solo obsequendi studio tentavimus. Partiti autem præsens hoc opus sumus in viginti quatuor sermones, et duo supra septuaginta capita, propter tripartitam viginti quatuor seniorum substantiam, corporis videlicet, et animi, et spiritus. Per hos namque compendio quodam illorum omnium plenitudo designatur, qui unquam jam inde a mundi exordio usque ad sæculi consummationem, Deo placuerunt; quemadmodum quæ hinc consequentur, planum id nobis facient. Porro autem de libri hujus fide et auctoritate, prolixe hoc loco disserere supervacaneum arbitramur. Constat namque beatos illos viros Patresque nostros, Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, multoque hisce vetustiores Papiam, Irenæum, Methodium et Hippolytum, divinum fideque dignum esse, non uno loco tradere; e quorum monumentis occasione accepta, nos ad hoc consilium venimus; sicuti multas quoque sententias ex eorumdem scriptis mutuavimus, hisceque nostris commentariis inseruimus. Tu autem, homo Dei, nostrum hunc conatum precibus ad Deum fusis compensa; qui sane, quod crebram præmiorum, quæ justis olim persolventur, mentionem faciat; suppliciaque, quæ impiis et peccatoribus apud inferos constituta sunt, subinde ob oculos ponat, haud parum, ut autumo, ad salutarem animi compunctionem conferet.

B Δι' ὑπακοὴν οὖν τοῦτο πεπράχαμεν· διελόντες τὴν παροῦσαν πραγματείαν εἰς λόγους κδ', καὶ οβ' κεφάλαια, διὰ τὴν τριμερῆ τῶν κδ' [πρεσβυτέρων] ὑπόστασιν, σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος· δι' ὧν τῶν ἀρχῆθεν μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος εὐαρεστησάντων Θεῷ τὸ πλήρωμα χαρακτηρίζεται, καθὼς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλωθήσεται. Περὶ μέντοι τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου, περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον ἡγούμεθα, τῶν μακαρίων, Γρηγορίου, [φημὶ,] τοῦ Θεολόγου, καὶ Κυρίλλου, προσέτι δὲ καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων Παππίου, Εἰρηναίου, Μεθοδίου, καὶ Ἱππολύτου ταύτῃ προσμαρτυρούντων τὸ ἀξιόπιστον. Παρ' ὧν καὶ ἡμεῖς πολλὰς λαβόντες ἀφορμὰς εἰς τοῦτο ἐληλύθαμεν, καθὼς ἐν τισι τόποις χρήσεις τούτων παρεθέμεθα. Σὺ δέ, ὦ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε, εὐχαῖς τὸν πόνον ἄμειψαι, οὐ μικρὸν, ὡς οἶμαι, συντελοῦντα πρὸς [τὴν] κατάνυξιν διὰ τῆς μνήμης τῶν ἀπονεμηθησομένων τοῖς τε δικαίοις, τοῖς τε ἁμαρτωλοῖς ἀμοιβῶν καὶ ἀντιδόσεων.

CAPUT PRIMUM, SERMO PRIMUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ, ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

I, 1. *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis, quæ oportet fieri cito.*

Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

Apocalypsis nomine, occultorum mysteriorum patefactio designatur, sive illa fiat per insomnium divinitus immissum, sive in vigilia, parte illa quæ in animæ regno principatum tenet, per cœlestis luminis illapsum collustrata. Cum autem ejusmodi revelationem Christo a Deo datam asserit, humanitati Jesu orationem accommodat, idque inoffense: quandoquidem jam ante in Evangelio suo sublimiora et diviniora de Dei Verbo tradiderat, quam Evangelistarum alius ullus. Quin hoc ipso etiam loco per angelum administrum, addiscentiumque

D Ἀποκάλυψις [μέν] ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ, εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων, εἴτε καθ' ὕπαρ, ἐκ θείας ἐλλάμψεως. Δοθῆναι δὲ τῷ Χριστῷ ταύτην φησὶν, ἀνθρωπινώτερον μᾶλλον τὸν λόγον περὶ αὐτοῦ ποιούμενος· ἐπείπερ ἐν τῷ [κατ' αὐτὸν] Εὐαγγελίῳ τοῖς ὑψηλοῖς καὶ θεοπρεπέσιν ὑπὲρ πάντας ἐνδιέπρεψε· κἀνταῦθα δὲ διὰ τοῦ διακονοῦντος ἀγγέλου, καὶ τοῦ τῶν μανθανόντων δούλων ὀνόματος, τὸ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ ἐμφαίνεται μέγεθος· αὐτοῦ γὰρ δοῦλα τὰ σύμπαντα. Τὸ δὲ ἐν τάχει γενέσθαι, σημαίνει τὸ,

τινὰ μὲν αὐτῶν παρὰ πόδας γενέσθαι τῆς περὶ αὐτῶν προρρήσεως, καὶ τὰ ἐπὶ συντελείᾳ δὲ, μὴ βραδύνειν· διότι χίλια ἔτη παρὰ Θεῷ ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς ἥτις διῆλθε, λελόγισται.

servorum vocabulum, Christi divinitati peramplum testimonium impertit. Ipse namque est cui universa creatura servit. Porro autem cum isthæc cito futura subjungit, nonnulla ex iis quæ hoc libro patefacta sunt, jam præ foribus urgere, brevique adeo eventum sortitura esse subindicat. Sed et ea ipsa quoque, quæ ad sæculi tandem finem contingent, haud procul abesse : quippe cum mille anni apud Deum reputentur tanquam dies hesterna, quæ præteriit.

Καὶ ἐσήμανεν ὁ διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ ἀποστείλας τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν Λόγον [τοῦ Θεοῦ,] *καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα εἶδε καὶ ἄτινα εἰσὶ καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.*

I, 1, 2. *Et significavit mittens per angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi, quæcunque vidit, et quæ sunt, et quæ post hæc oportet fieri.*

Ὁ Χριστός μοι, φησὶν, ὡς Δεσπότης, ὡς οἰκείῳ δούλῳ, δι' ἀγγέλου ταῦτα δεδήλωκε, τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν μαρτυρήσαντι· ἐφ' ᾧ διὰ τῶν ὁραθέντων διαμαρτύρασθαι καὶ κηρύξαι πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἀκουόντων, τά τε ὄντα καὶ [τὰ] τοὺς ἀνθρώπους λανθάνοντα, τά τε ἔσεσθαι μέλλοντα· προφητικῶς γὰρ ἰώρακεν ἀμφότερα· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι· *Ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι.* Ταῦτα δέ εἰσι παραστατικὰ τοῦ τε ἐνεστῶτος καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου.

Christus Dominus, inquit, hæc mihi, qui diserte illum professus sum, tanquam servo suo per angelum manifestavit; quo et ea quæ sunt, hominumque notitiam adhuc fugiunt; et ea rursum quæ olim futura sunt, mihique per visionem ostensa sunt, palam ad audientium conversionem contester, publiceque prædicem. Utraque namque prophetico spiritu hausi. Atque hic sensus ex orationis tenore aperte colligitur; quandoquidem verba hæc : *Quæ sunt, et quæ fieri oportet*, præsentis futurique temporis notionem manifeste præ se ferunt.

Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.

I, 3. *Beatus qui legit et audit verba prophetiæ hujus : et servat ea quæ in ea scripta sunt : tempus enim prope est.*

Μακαρίζει τοὺς διὰ τῶν πράξεων ἀναγινώσκοντας καὶ ἀκούοντας. Ἐγγὺς γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς, καὶ πᾶσιν εἰς ἐργασίαν προκείμενος· ὡς φησιν ὁ Κύριος· *Ἐργάζεσθε ἕως ἡμέρα ἐστί·* καὶ ἔξεστι τυχεῖν τοῦ μακαρισμοῦ. Καὶ ἐτέρως δὲ, *Ἐγγὺς ὁ καιρὸς*, ὁ τῆς τῶν ἐπάθλων διανομῆς, διὰ τὴν τοῦ [παρόντος] βίου σμικρότητα, συγκρίσει τοῦ μέλλοντος.

Beatos prædicat non quosvis promiscue, qui hæc legunt vel audiunt; sed qui bonorum operum studio intenti, legunt vel audiunt. Cæterum tempus, quo beatitudinem hanc comparare licet, quodque omnibus ut studiose operentur, propositum est, in propinquo esse admonet. Notum est enim illud Christi : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est : venit nox, quando nemo potest operari*[a]. Alio quoque sensu tempus, quo meritorum præmia distribuentur, propinquum est; siquidem vitæ hujus spatium, cum æternitate comparatum, brevissimum est.

Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ [τοῦ] *ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

I, 1-4. *Joannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia : gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est, et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.*

Πολλῶν δὲ οὐσῶν τῶν κατὰ τόπον Ἐκκλησιῶν, ἑπτὰ μόναις ἐπέστειλε· διὰ τοῦ ἑβδοματικοῦ ἀριθμοῦ, τὸ μυστικὸν τῶν ἁπανταχῇ Ἐκκλησιῶν σημαίνων, καὶ [τὸ] τῷ παρόντι βίῳ σύστοιχον· ἐν ᾧ [καὶ] ἡ ἑβδοματικὴ τῶν ἡμερῶν περίοδος γίνεται. Διὸ καὶ ἑπτὰ ἀγγέλων καὶ ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν μέμνηται αὖ φησι· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τῆς τρισυποστάτου Θεότητος.* Διὰ μὲν γὰρ τοῦ, *ὁ ὢν*, ὁ Πατὴρ δηλοῦται· ὁ χρηματίσας τῷ Μωϋσῇ. *Ἐγώ εἰμι*, [λέγων,] *ὁ ὢν·* διὰ δὲ τοῦ, *ὁ ἦν*, ὁ Λόγος, ὃς ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· διὰ δὲ τοῦ, *ὁ ἐρχόμενος*, ὁ Παράκλητος, ὁ ἀεὶ ἐπιφοιτῶν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τέκνοις διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· τελεωτέρως δὲ καὶ τρανοτέρως ἐν τῷ μέλλοντι. Ἑπτὰ δὲ πνεύματα, τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους νοεῖν δυνατὸν, [τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν λαχόντας τὴν κυβέρνησιν·] οὐ συναρι-

Cum multæ passim per orbem exstent Ecclesiæ, ad septem duntaxat scribit : verum numero hoc septenario, qui præsentis vitæ decursui consentaneus est (totius namque hebdomadæ periodus septem dierum curriculo absolvitur) omnium ubivis locorum exsistentium Ecclesiarum mysterium complexus est. Ea igitur de caussa, ut septem angelorum, ita septem quoque Ecclesiarum mentionem facit. Ad quas proinde hunc in modum scribit : *Gratia vobis et pax a Divinitate quæ in tribus hypostasibus subsistit.* Et quidem per eum *qui est*, Pater designatus videri potest. Moysi enim respondet Deus : *Ego sum qui sum.* Per eum vero *qui erat*, Verbum. Verbum namque in principio erat apud Deum. Per eum denique *qui venit et venturus est*, Spiritus paracletus; hic enim per sanctum baptisma ad Ecclesiæ

[a] Joan. IX, 4.

filios sæpe jam olim venit, neque unquam usque ad sæculi consummationem venire desinet. Interim in altero illo ævo, majori copia et ubertate in suos sese effundet. Per septem porro spiritus, septem angelos, quibus Ecclesiarum cura et gubernatio demandata est, accipere licet. Hi enim, tanquam disparis potestatis cum supremo illo numine, omniumque regina Triade, non connumerantur; sed tanquam primarii illius servi et administri, una cum ipsa interdum nominantur. Cujus rei illustre exemplum subministrat nobis divus Paulus. Ait enim : *Testor coram Deo, et Christo Jesu, et electis angelis* [a]. Sed fortasse possunt hæc alio etiam modo et sensu non omnino incommode exponi ; nempe ut per eum *qui est, et qui erat, et qui venturus est*, solum Patrem significatum intelligamus : siquidem is unus omnium quæ usquam in rerum natura exstant, principia, et media, et fines in sese complectitur. Per *septem* autem *spiritus*, septem vivifici spiritus charismata, vel totidem ejusdem opera. Per eum autem qui mox subjungitur, Christum Deum et Dominum nostrum, qui nostri causa factus est homo. Pluribus namque locis divinæ hypostases apud Apostolum citra certum aliquem delectum et præponuntur, et postponuntur. Quare hoc quoque loco prædictis mox subditur, *Et a Jesu Christo*, et quæ sequuntur.

A θμουμένους τῇ θεαρχικωτάτῃ καὶ βασιλίδι Τριάδι, ἀλλ' ὡς δούλους αὐτῇ συμμνημονευομένους · ὡς καὶ ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπόστολος · *Διαμαρτύρομαί σοι ἐνώπιον* [*τοῦ*] *Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων*. Ἴσως δὲ καὶ ἑτέρως τοῦτο νοηθήσεται · διὰ μὲν τοῦ, *ὁ ὤν*, καὶ, *ὁ ἦν*, [καὶ, *ὁ ἐρχόμενος*, τοῦ Πατρὸς σημαινομένου, τοῦ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ πάντων τῶν ὄντων τήν τε ἀρχὴν, τά τε μέσα, καὶ τὰ τελευταῖα · διὰ δὲ *τῶν ἑπτὰ πνευμάτων*, τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος · διὰ δὲ τοῦ ἑπομένου, Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου γενομένου · πολλαχοῦ γὰρ ἀδιαφόρως ἑκάστη θεϊκὴ ὑπόστασις τῷ Ἀποστόλῳ προτάττεται καὶ ὑποτάττεται. Διὸ κἀνταῦθά φησι · *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

I, 5. *Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, et princeps regum terræ.*

Ipse enim est qui fidele testimonium sub Pontio Pilato tulit, quique in omnibus dictis suis verax exsistit : primogenitus itidem ex mortuis, et vita, et resurrectio. Quibus enim ille dominatur, illi mortem, ut solebant qui olim e vivis excedebant, amplius non gustabunt ; sed in omnem æternitatem beati victuri sunt. Vocatur autem hoc loco *Princeps regum terræ*, ut alibi *Rex regum*, et *Dominus dominantium :* utpote eadem omnino cum Patre potentia et essentia præditus. Alia etiam ratione *Princeps regum terræ* appellatur, quia peculiarem in illos dominatum obtinet qui terrenis cupiditatibus imperare didicerunt. Quod si Gregorius cognomento Theologus sententiam illam, *Qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens*, in solum Christum recte transtulit, nihil vetat quominus alteram illam quæ mox consequitur, ad eumdem quoque transferamus. Est enim huic plane cognata, et nomen *Omnipotens* æque adjunctum habet atque hæc præsens, neque ulla prorsus persona istic adjungitur aut ex superioribus repetitur, ad quam transferri possit. Hoc autem loco, cum proxime præcedentibus statim adnectatur illud : *Et a Jesu Christo*, clare insinuatur, sensum, quem nos reddidimus, commodum rationique et contextui oppido consentaneum esse. Nam si sententia illa : *Qui est, et qui erat, et qui venturus est*, de solo Dei Verbo, aut Filii persona dissereret, supervacaneo profecto adderetur : *Et a Jesu Christo ;* quo hunc ab illo distinctum esse planum fieret ; præsertim cum, eodem Gregorio teste, voces quæ in Deum conveniunt, pari honoris gradu, æqualique dignitate in singulas personas, et omnes simul in communi conveniant, iis duntaxat exceptis, quæ ad hypostaB *Ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος* [*ἐκ*] *τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς.*

Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μαρτυρήσας ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου · ὁ [καὶ] πιστὸς ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ · ὁ ἐκ νεκρῶν πρωτότοκος, ὡς ζωὴ καὶ ἀνάστασις · ὧν γὰρ αὐτὸς κατάρχει, οὐκέτι, καθὼς οἱ πρότερον θανόντες καὶ ἀναστάντες, ὄψονται θάνατον, ἀλλ' αἰωνίως ζήσονται. Ἄρχων δὲ τῶν βασιλέων, ὡς Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, καὶ ἰσοσθενὴς τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοούσιος. Καὶ ἑτέρως δὲ, ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, τῶν γηΐνων ἐπιθυμιῶν, λέγεται. Εἰ δὲ τῷ μακαρίῳ Γρηγορίῳ ἡ χρῆσις αὕτη τοῦ, *ὁ ὤν*, καὶ, *ὁ ἦν*, καὶ, *ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ*, εἰς τὸν Χριστὸν ἐξείληπται, οὐδὲν ἀπεικὸς τὰ μετ' ὀλίγον ῥηθησόμενα τούτοις ἐμφερῆ C λόγια, εἰς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι · οἷς καὶ, *ὁ παντοκράτωρ*, πρόσκειται · καὶ ἑτέρου προσώπου ἐπεισαγωγὴ ἡ ἐπανάληψις οὐ προστεθήσεται · ἐνταῦθα γὰρ ἡ ἐπαγωγὴ τοῦ, *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, τὸν ἐκτεθέντα παρ' ἡμῶν νοῦν βεβαιοῦν φαίνεται. Τῷ γὰρ περὶ μόνου τοῦ Θεοῦ Λόγου διαλεγομένῳ, [καὶ] τῆς Υἱϊκῆς ὑποστάσεως, περισσὸν ἦν ἐπάγειν εὐθύς · *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ* · ἵνα τοῦτον ἐμφανῇ παρ' ἐκεῖνον ἕτερον, τῶν θεοπρεπῶν φωνῶν ὁμοτίμως ἐφαρμοζουσῶν ἑκάστῃ θεϊκῇ ὑποστάσει, καὶ κοινῇ ταῖς τρισὶ, πλὴν τῶν ἰδιοτήτων, ἤγουν σχέσεων, ὥς φησιν [αὐτὸς] ὁ Θεολόγος Γρηγόριος [καὶ] τῆς τοῦ Λόγου ἐνανθρωπήσεως. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν τὸν Τρισάγιον τῶν Σεραφὶμ ὕμνον, ἐν μὲν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰς τὸν Υἱὸν μανθάνομεν λέγεσθαι, ἐν δὲ τῇ δημηγορίᾳ D τοῦ Παύλου, τῇ ἐν ταῖς Πράξεσιν, εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · ἐν δὲ τῇ τῶν φρικτῶν μυστηρίων προσφορᾷ εἰς τὸν Πατέρα, πρὸς ὃν τὴν τοιαύτην εὐχὴν εἰθίσμεθα ποιεῖν, καθὼς καὶ τῷ μακαρίῳ Ἐπιφανίῳ εἴρηται ἐν τῷ λόγῳ [αὐτοῦ] τῷ *Εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ δεῖξαι μὴ ἐναντιοῦ-

[a] I Tim. v, 21.

σθαι ταῖς Πατρικαῖς φωναῖς τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν· ἡμεῖς δὲ σὺν Θεῷ τῆς ἀκολουθίας ἐχώμεθα.

A seon proprietatem, aut Verbi incarnationem spectant. Potestque hoc inde quoque confirmari, quod hymnum Seraphicum, quem τρισάγιον appellant, uni Filio in Evangeliis tributum legamus; in Paulina vero concione, quæ in apostolorum Actis exstat, soli Spiritui sancto; in sacra autem tremendorum mysteriorum oblatione, soli Patri. Ad illum namque, ut beato Epiphanio in oratione quam de Spiritu sancto edidit, placet, ejusmodi precationem dirigere consuevimus. Atque hæc hactenus, quo certius constet nostram expositionem sanctorum Patrum vocibus atque sententiis neutiquam adversari. Sed ad institutum denuo revertamur.

Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν [ἡμῶν] ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ· καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

I, 5, 6. *Qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris per sanguinem suum : et fecit nos regnum, et sacerdotes Deo, et Patri suo. Ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

Τούτῳ, φησὶν, ἡ δόξα πρέπει τῷ δι' ἀγάπην τῶν ἰδίων τοῦ θανάτου ἡμᾶς λύσαντι, καὶ [ἐκ] τῶν τῆς ἁμαρτίας κηλίδων λούσαντι τῇ ἐκχύσει τοῦ ζωποιοῦ αἵματος αὐτοῦ καὶ ὕδατος· καὶ ποιήσαντι ἡμᾶς βασίλειον ἱεράτευμα· ἀντὶ ἀλόγων θυσιῶν θυσίαν ζῶσαν τὴν λογικὴν λατρείαν [τῷ Πατρὶ] προσφέροντας.

Illum, inquit, decet honor, gloria et imperium, qui ardenti charitate incensus, sua morte genus nostrum a mortis vinculis liberavit, sanguinisque vivifici et aquæ effusione, a peccatorum sordibus nos abluit, ac in regium sacerdotium cooptavit : quippe qui brutarum victimarum loco, hostiam vivam cultumque certa ratione constantem, Deo et Patri jam nunc offeramus.

Ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν· καὶ ὄψονται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ναὶ, ἀμήν.

I, 7. *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Et plangent super eum omnes tribus terræ : Etiam, Amen.*

Ὁ γὰρ ἐνταῦθα, φησὶν, ὡς ἀμνὸς σφαγιασθεὶς, [ἰδὼν] ἐν τῇ πατρικῇ δόξῃ κριτὴς ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἐλεύσεται· εἴτε ἀσωμάτων νοουμένων δυνάμεων τῶν *νεφελῶν*, εἴτε [καὶ] τοιούτων οἵαπερ αὐτὸν ἐν τῷ Θαβωρίῳ ὄρει σὺν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἐκάλυψεν. Ἐρχόμενον δὲ αὐτὸν μετὰ δόξης, πᾶς μὲν ὀφθαλμὸς ὄψεται· οἱ δὲ ἐκκεντήσαντες, καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς αἱ τῇ ἀπιστίᾳ ἐμμείνασαι, κόψονται. *Ναὶ, ἀμήν*, ἀντὶ τοῦ, πάντως· δι' οὗ τὸν αὐτὸν νοῦν τῇ τε Ἑλληνίδι τῇ τε Ἑβραΐδι γλώττῃ ἐσήμανε· τὸ γὰρ *Ἀμήν*, ε γένοιτο » ἑρμηνεύεται.

Qui hic (ait) veluti agnus fuit jugulatus, is paterna gloria et majestate exornatus, Judex olim in nubibus est venturus : sive *nubium* vocabulo radiantem virtutum corporis expertium splendorem accipias : sive nubes ejusmodi, cujusmodi ipsum una eum discipulis in monte Thabor operuere. E cœlo porro cum gloria et majestate descendentem omnis quidem oculus conspicabitur; ii autem soli, qui illum pupugerunt, eæque tribus terræ, quæ in perfidia ad finem usque perstitere, plangent et lamentabuntur super eum. *Næ, Amen*, hoc est, ita plane futurum est; siquidem ναί, hominibus Græcis idem prorsus sonat quod Hebræis *Amen*. *Amen* autem interpretatum, idem hominum menti offert, quod *Fiat*, vel *Ratum esto*.

Ἐγώ εἰμι τὸ α καὶ τὸ ω, [ἡ] ἀρχὴ καὶ [τὸ] τέλος, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, [ὁ] παντοκράτωρ.

6 I, 8. *Ego sum alpha et omega, principium et finis : dicit Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est, omnipotens.*

Τὸ δὲ, *Ἐγώ εἰμι τὸ α καὶ τὸ ω*, ὁ Χριστὸς ἐνταῦθα δηλοῦται· ἅτε Θεὸς καὶ κρατῶν τῶν πάντων, ἀνάρχός τε ὁμοῦ καὶ ἀτελεύτητος, ὢν καὶ προὼν, καὶ πέρας οὐκ ἔχων, ὡς τῷ Πατρὶ συναΐδιος· καὶ διὰ τοῦτο ἀποδώσων ἑκάστῳ τῶν πεπραγμένων τὰ ἐπίχειρα.

Hic locus perspicue Christum designat, ut qui et Deus exsistat, et absolutum in omnes dominatum obtineat, et omnis principii ac finis expers vivat. Qui idem etiam est, et erat, et finem ignorat, perindeque atque Pater ævo sempiterno durat, et unicuique olim pro operum suorum ratione et qualitate, vel præmia exsolvet, aut supplicia inferet.

Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ [ἐν τῇ] βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ [διὰ] τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ [Χριστοῦ].

I, 9. *Ego Joannes frater vester, et particeps in tribulatione et regno, et patientia in Christo Jesu. fui in insula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, et testimonium Jesu.*

Ἐγὼ δὲ, ἅτε ἀδελφὸς, φησὶν, ὑμῶν ὢν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν ταῖς διὰ Χριστὸν θλίψεσιν, εἰκότως τὸ ἐξιλπιστον παρ' ὑμῖν κέκτημαι· διὰ γὰρ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, Πάτμον οἰκεῖν τὴν νῆσον καταδικασθεὶς, ἀπαγγέλλω ὑμῖν τὰ ἑωραμένα μοι ἐν αὐτῇ μυστήρια.

Quando (inquit) et vester frater, et vestrarum afflictionum socius sum, merito apud vos fidem et auctoritatem obtinere debeo. Nam propter testimonium Jesu Christi ad insulam Patmon relegatus, et ut ibi ætatem agerem, condemnatus, mysteria et arcana quæ in illa vidi, vobis denuntio.

CAPUT II.

A

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ut Dominum in medio septem candelabrorum podere (hoc est, talari veste) indutum conspexerit.

Ὅτι ἑπτασία ἐν ᾗ τὸν Κύριον ἐθεάσατο ἐν μέσῳ ἑπτὰ λυχνιῶν χρυσῶν ἐνδεδυμένον ποδήρη.

1, 10, 11. *Fui in spiritu in Dominica die, et audivi post me vocem magnam, tanquam tubæ, dicentis : Ego sum α et ω, primus et novissimus. Quod vides scribe in libro, et mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, et Smyrnæ, et Pergamo, et Thyatiræ, et Sardibus, et Philadelphiæ, et Laodiceæ.*

Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ· καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ὀπίσω μου, ὡς σάλπιγγος, λεγούσης· Ἐγώ εἰμι τὸ α καὶ τὸ ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· καὶ ὃ βλέπεις, γράψον εἰς βιβλίον· καὶ πέμψον ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις, εἰς Ἔφεσον, εἰς Σμύρνην, εἰς Πέργαμον, εἰς Θυάτειρα, εἰς Σάρδεις, εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν.

Divino Spiritu afflatus, auremque nactus spiritalem die Dominico, qui propter Christi resurrectionem præ cæteris celebris habetur, audivi vocem, inquit, ob soni magnitudinem et claritatem, B tubæ non absimilem (*In omnem* enim *terram sonitus illius pererebuit*), quæ per α et ω Deum initii finisque exsortem significabat ; necnon quæ deinceps visurus essem, ad septem Ecclesias ut transmitterem jubebat. Cæterum numerus hic septenarius, qui in Sabbatismum desinit, requiem, quam in futuro sæculo exspectamus, innuit. Ad quam rem designandam magnus Irenæus septem quoque cœlos totidemque angelos cæteris excellentiores initio a Deo conditos scriptum reliquit.

Probabile fit aliquam tum temporis sensilem externamque famem exstitisse : qua de re suo postea loco aliquanto plura. Per *equum* autem *nigrum* denotatur luctus et mœror ille qui, ut credi potest, apud justos de illis orietur qui propter suppliciorum immanitatem a fide quæ est in Christum, desciscent. Per *stateram* autem, examen quod eorum animos explorabit qui ob mentis lubricitatem et inconstantiam, aut propter inanem gloriam, aut corporis quoque infirmitatem, fidem abjicient. *Tritici* porro *chœnicem seu bilibrem denario uno æstimari*, tropo quodam, ut quidam putant, illorum statum insinuat, qui legitime certaverunt, improssamque a Deo imaginem accurate custodiverunt. *Tres* autem *hordei chœnices tantidem fieri*, illorum fortunam exprimit, qui cum pecudum more ignavi, persecutorum furiis ante cessissent, postea pro lapsuum suorum ratione pœnitentiam egerunt, imaginemque peccatorum sordibus ante conspurcatam lacrymis abluerunt. Quando vero, *ne vinum aut oleum lædatur*, jubetur, ne per turbam Christi medicina evertatur, aut per fraudem et imposturam infirmetur, serio injungitur : ut quæ illos sanare sit idonea, qui in latrones inciderunt. Ad hæc per mortem illos intercipere non licere, qui per Dei longanimitatem et patientiam, post lapsum denuo exsurrecturi, decusque pristinum recuperaturi sunt. Ut igitur nos quoque Deum Opt. Max. benignum clementemque animarum nostrarum medicum experiamur, fratribus nostris errantibus benignos clementesque nos exhibere studeamus, *objurgationis vinum commiserationis oleo miscentes ;* ne nimia severitate, quod Apostolus queamus verius quam sanemus ; eaque ratione Dei jucunda voluptate in omne ævum versemur ; gratia quo Patri et Spiritui sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Διὰ δὲ τοῦ μέλανος ἵππου τὸ πένθος δηλοῦσθαι νομίζομεν, τὸ ἐπὶ τοῖς ἐκπεσοῦσι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κολάσεων· τὸν δὲ ζυγὸν, δοκιμαστὴν εἶναι τῶν τε δι' εὐκολίαν γνώμης ἢ κενοδοξίαν, τῶν τε διὰ σώματος ἀσθένειαν ἐκπεπτωκότων τῆς πίστεως. *Χοῖνιξ σίτου, δηναρίου.* Εἰκὸς μὲν καὶ αἰσθητὸν λιμὸν τότε γενέσθαι, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· τὸν δὲ τοῦ σίτου χοίνικα τὸν δηναρίου ἄξιον, τροπικῶς δηλοῦν τοὺς νομίμως ἀθλήσαντας, καὶ τῆς δοθείσης εἰκόνος τῆς θείας ἀκριβῶς φύλακας. *Τοὺς δὲ τρεῖς χοίνικας τῆς κριθῆς*, τοὺς κτηνοπρεπῶς τοῖς διώκταις δι' ἀνανδρίαν ὑποκύψαντας, ἀναλόγως δὲ μετανοήσαντας ὕστερον, καὶ τὴν ῥυπωθεῖσαν εἰκόνα ἀδάκρυσιν ἀποπλύναντας. Τὸ μέντοι ἐντετάλθαι *μὴ ἀδικεῖσθαι τὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον*, τὸ μὴ ἀθετεῖσθαι λέγει τὴν δι' ἐπιστροφῆς [τοῦ] Χριστοῦ ἰατρείαν, ἣ τοὺς ἐμπεπτωκότας τοῖς λῃσταῖς καὶ τραυματισθέντας θεραπεῦσαι, καὶ μὴ ἐάσαι προαρπαγῆναι θανάτῳ τούτους οἳ διὰ μακροθυμίας τὴν ἧτταν ἐμελλον ἀναμαχήσασθαι. Ἵνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς φιλάνθρωπον ἰατρὸν τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ψυχικοῖς ἡμῶν πάθεσι κτησώμεθα, τοιοῦτοι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν σφαλλομένοις γενέσθαι σπουδάσωμεν, *τῷ ἐλαίῳ τῆς συμπαθείας μεμιγμένον τὸν τῆς παραινέσεως οἶνον* [τούτοις] προσφέροντες· ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον, κατὰ τὸν [θεῖον] Ἀπόστολον· ὅπως Θεοῦ συνεργοὶ γενόμενοι, τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς αἰωνίως ἐντρυφήσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, [κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

damnat, id quod claudum mutilumve erat, distor- adjutores effecti, in bonis illius non absque ja- et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum

CAPUT XVI. SERMO V.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'. ΛΟΓΟΣ Ε'.

Solutio quarti sigilli, qua illorum flagella delineantur qui propter animi mollitiem et impatientiam Dominum negaverunt.

Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας τοῖς ἀσεβέσι μάστιγας.

VI, 7. *Et cum aperuisset sigillum quartum, au-*

Και οτε ηνοιξε την σφραγιδα την τεταρτην

ἠκουσα φωνῆς τοῦ τετάρτου ζώου, λέγοντος, Ἔρχου [καὶ ἴδε].

Τὸ τοῦ τετάρτου ζώου, δηλαδὴ τοῦ ἀετοῦ, ὑψιπετὲς καὶ ὀξὺ πρὸς βορᾶν, ἄνωθεν ἥκειν ἐκ θεηλάτου ὀργῆς τὰς πληγὰς ἐμφαίνειν δόναται, εἰς τὴν τῶν εὐσεβῶν ἐκδίκησιν, καὶ τῶν ἀσεβῶν τιμωρίαν, εἰ μὴ ταύταις βελτιωθέντες ἐπιστρέψουσι.

divi vocem quarti animalis, dicentis: Veni et vide.

Quartum animal est aquila; quæ ubi perspicacibus oculis prædam despectavit, magna statim celeritate e sublimi ad illam devolat. Significat autem hæc, clades plagasque omnes non aliunde venire, quam e supernis: Deus namque justa ira et indignatione provocatus, immittit illas partim quidem, ut justos ulciscatur, partim etiam, ut impios, nisi forte per eas excitati a sceleribus resipiscant, puniat atque affligat.

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ θάνατος· καὶ ὁ ᾅδης ἠκολούθει αὐτῷ· καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἐπὶ τὸ τέταρτον [μέρος] τῆς γῆς, ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς.

VI, 8. *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi Mors: et infernus sequebatur eum: et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, et morte, et bestiis terræ.*

Τοῦ δὲ εἱρμοῦ τῶν προεκτεθέντων καὶ τὰ παρόντα ἴσχεται. Ὡς γάρ φησιν ἐν ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ ἐννάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας [ὁ] Εὐσέβιος, ἐν τῇ τῶν διωγμῶν ἀκμῇ, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ Ῥωμαίων βασιλεύοντος, [ὑπὸ μὲν λιμοῦ καὶ λοιμοῦ κατασκήψαντος αὐτοῖς σὺν ἑτέροις συμπτώμασιν,] ἄπειρα πλήθη διεφθείροντο, ὡς ταφῇ μὴ δύνασθαι παραδίδοσθαι· καίτοι Χριστιανῶν τότε φιλοτίμως περὶ τὰς κηδείας ἠσχολημένων, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ τοὺς πεπλανημένους ἀναγόντων πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· ὑπὸ δὲ Ἀρμενίων ἐπαναστάντων Ῥωμαίοις, οὐκ ὀλίγους ἀνῃρῆσθαι ῥομφαίᾳ φησὶ, καὶ ὑπὸ κυνῶν δὲ ἀνηλῶσθαι τὰ τῶν θανόντων σώματα· ὡς λοιπὸν τοὺς λειπομένους εἰς κυνοκτονίαν τραπῆναι, δεδιότας μὴ καὶ αὐτοὶ θανόντες, ζῶντας τούτους τάφους κτήσωνται. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ τοῖς κυσὶ τῆς αὐτῆς θοίνης καὶ ἀγρίους θῆρας συμμετέχειν, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἄφθονον· καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δὲ γενεᾷ τούτων ἕκαστον συμβὰν ἴσμεν.

26 Hæc cum calamitoso rerum præsentium statu satis conspirant. Etenim cum, Maximiano Romanorum principe imperante, in ipso persecutionis æstu pestis simul et fames crudeliter grassarentur, tanta hominum multitudo, ut Eusebius Pamphili exponit, exstincta interiit, ut cadavera sepulturæ tradi ægre admodum potuerint, etiamsi Christiani accurate per id tempus circa demortuorum funera occuparentur, erroreque seductos magna humanitate ad veritatis lucem adducere niterentur. Addit idem auctor, non paucos quoque ab Armeniis, qui contra Romanos eadem tempestate insurrexerant, contrucidatos occubuisse, eaneque in interfectorum cadavera immaniter sævisse, ita ut ii qui a clade reliqui adhuc erant, in canum eadem sese converterint, veriti ne, posteaquam e vivis excessissent, illorum ventres viva sepulcra sortirentur. Probabile fit quoque agrestes feras, cadaverum passim jacentium copia excitatas, ejusdem cum canibus pastus participes exstitisse. Quin nostra quoque ætate quædam similia usu venisse novimus.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τὴν τῶν ἁγίων [ψυχῶν] πρὸς Κύριον περὶ τῆς συντελείας καταβόησιν.

CAPUT XVII.

Solutio quinti sigilli, quæ sanctorum clamores ad Deum pro sæculi consummatione proponit.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς [τῶν ἀνθρώπων] τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν [τοῦ Ἀρνίου] ἣν εἶχον. Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· Ἕως πότε, ὁ δεσπότης [ἡμῶν] ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινός, οὐ κρίνεις καὶ [οὐκ] ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς;

VI, 9, 10. *Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subter altare animas interfectorum propter Verbum Dei, et propter testimonium quod habebant: et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine, (sanctus et verus) non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?*

Εἰ μέν τις τὴν λύσιν τῶν τεσσάρων σφραγίδων ταῖς τοῦ Χριστοῦ παρῳχηκυίαις οἰκονομίαις προσνέμει βιάσεται, καὶ ταύτην εἰκότως τοῖς προτελειωθεῖσι προφήταις καὶ λοιποῖς ἁγίοις ἐφαρμόσει· [οἳ] τῆς θείας καταβοῶσι μακροθυμίας, ἐφ' οἷς μέχρι σταυροῦ παρὰ Ἰουδαίων ὑβριζόμενος ἀνέχεται. Εἰ δέ τις ὡς μελλόντων πρόῤῥησιν ταῦτα ἐκλάβῃ κατὰ τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας, τοῖς διὰ Χριστὸν σφαγιασθεῖσι τὴν τοιαύτην πρέπειν κατὰ τῶν διωκτῶν οἰήσεται καταβόησιν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐν αὐτῇ

Qui quatuor sigillorum solutionem transactæ jam olim Christi œconomiæ tribuunt, illi, ut sibi constent, hanc quintam prophetis jamdudum ante consummatis cæterisque sanctis accommodent oportet. Hi namque de Dei patientia et longanimitate certa quadam ratione haud injuste queritari videri possunt; ut qui tentationi usque ad mortem restiterint, injustamque Judæorum vim et contumeliam patienter sustinuerint. Qui vero receptiorem doctorum Ecclesiæ sententiam secuti, hæc

tanquam futurorum prædictionem accipere malunt, illi præsentis loci querelas atque clamores in eos magis convenire statuunt, qui propter Christum occisi, contra persecutores vindictam expetunt; quatenus qui inter ipsos Dei clementia non prorsus indigni invenientur, ad Dominum convertantur, obstinate autem impii, per universalem totius orbis consummationem excidantur, ne justi ad iniquitatem extendant manus suas. Nam etsi permulti impii jamdudum ante Dei iram experti sunt, nihilo secius illorum reliquiæ flagellis adhuc egent; quibus aut convertantur, aut pro meritis certe plectantur.

A ἀξίους ἐπιστρέψαι· τῶν δὲ ἀπειθῶν τῇ παγκοσμίῳ συντελείᾳ ἐκκόψαι τὴν ἀσέβειαν ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ ἤδη τότε, καθὼς εἴρηται, οἱ δυσσεβεῖς θείας ὀργῆς ἐπειράθησαν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τὰ τούτων λείψανα ἐπιστρεπτικῶν ἢ κολαστικῶν μαστίγων ἐδέοντο.

VI, 11. *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, et dictum est illis ut requiescerent adhuc pusillum temporis; donec compleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.*

Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἑκάστῳ στολὴ λευκή· καὶ ἐρρέθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν, ἕως οὗ πληρώσωσι καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί.

Quin per hæc quoque sæculi consummationem expetere sancti probantur: interim usque ad fratrum suorum mortem, ne ante illos, juxta Apostolum, consummentur, moram istam patienter ferre jubentur. *Candidæ* **27** autem *stolæ*, virtutum splendorem, qui illustris in illis exsistit, insinuat; quo splendore jam nunc undique sunt circumfusi, etiamsi promissorum bonorum hæreditatem necdum adepti sunt. Eorum itaque bonorum spe, quæ spiritali oculo nunc contemplantur ab omni interea crassitudine exuti, merito lætantur; nec non in Abrahæ sinu pacate requiescere feruntur. Multorum namque sanctorum sententia est, unumquemlibet virtutis cultorem locum factis suis dignum post hanc vitam sortiri; ex quo de gloria sibi præparata certam conjecturam facere valeat.

B Τὸ δὲ, *Ἕως οὗ πληρώσωσι καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν*, δηλοῖ ὅτι τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν αἰτούμενοι φαίνονται οἱ ἅγιοι· διὸ καὶ μακροθυμεῖν ἄχρι τῆς τῶν ἀδελφῶν τελειώσεως κελεύονται, ἵνα μὴ χωρὶς αὐτῶν τελειωθῶσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. *Ἡ δὲ λευκὴ στολὴ* τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτοῖς τῶν ἀρετῶν ἐμφαίνει λαμπρότητα, ἣν ἀμφιέννυνται, εἰ καὶ μήπω τὰς ἐπαγγελίας ἐκομίσαντο. Τῇ γοῦν ἐλπίδι τούτων, ἅπερ νοερῶς ἐνοπτρίζονται, πάσης ἀπηλλαγμένοι παχύτητος, εἰκότως εὐφραίνονται, τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ ἐπαναπαυόμενοι· πολλοῖς γὰρ τῶν ἁγίων τοῦτο εἴρηται, τὸ χώρους ἁξίους εἰληφέναι τῶν τῆς ἀρετῆς ἐργατῶν ἕκαστον δι' ὧν καὶ περὶ τῆς μελλούσης αὐτῶν δόξης τεκμαίρονται.

C

CAPUT XVIII.

Sexti sigilli solutio, quæ plagas quæ sub sæculi catastrophen mortalium generi inferentur, breviter percensel.

VI, 12, 13. *Et vidi cum aperuisset sigillum sextum: et ecce terræmotus magnus factus est; et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis: et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum a vento magno movetur.*

Etsi non desint qui hæc omnia ad Hierosolymorum obsidionem et eversionem quæ a Tito Vespasiano facta est, pertinere existiment, eoque referant, singula quæ hic dicuntur, tropicos exponentes, nobis tamen probabilius fit a persecutionis tempore transitum hoc loco fieri ad tempus quod Antichristi adventum antecedet; in quod clades et persecutiones de quibus hic sermo est, incident. Cæterum calamitates et cruces, quæ tantæ tunc exstabunt, quantæ antea nunquam visæ vel auditæ leguntur, haud alio fine prædictæ videntur, quam ut homines dudum ante de iis præmoniti animum non despondeant, cum per Antichristum ejusdemque ministros re ipsa irrogabuntur, siquidem mala prævisa et quodammodo præmeditata, minus offendere solent. Per *terræ* autem *motum* sacræ Litteræ rerum mutationem passim significant.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Λύσις τῆς ἕκτης σφραγῖδος, τὰς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγομένας πληγὰς σημαίνουσα.

Καὶ εἶδον· καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, σεισμὸς μέγας ἐγένετο. Καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς σάκκος τρίχινος· καὶ ἡ σελήνη [ὅλη] ἐγένετο ὡς αἷμα· καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσον εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη.

Καὶ ταῦτά τινες εἰς τὴν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ [βασιλέως] πολιορκίαν ἐξέλαβον ἅπαντα, τῶν εἰρημένων D ἕκαστον τροπολογήσαντες. Ἡμῖν δὲ φαίνεται μετάβασιν ἐνταῦθα γεγενῆσθαι ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς διωγμοῖς χρόνων εἰς τὸν καιρὸν τὸν πρὸ τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἀφίξεως, ἐν ᾧ τοσαύτας προεφητεύθη ἔσεσθαι τὰς πληγάς· ἴσως πρὸς τὸ ἐμμελετῶντας ταύταις τοὺς ἀνθρώπους, μὴ ἀπειπεῖν πρὸς τὰς ἐπαγομένας [ἐκ] τοῦ Ἀντιχρίστου κολάσεις, [τοιαύτας οὔσας] οἵας οὐδέποτε γεγενημένας ἐγνωμεν. Σεισμὸν μέντοι τὴν τῶν πραγμάτων μετάθεσιν πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς εὑρίσκομεν. Τὸ γὰρ, *Ἔτι ἅπαξ σείσω*, δηλοῖ τὴν τῶν σαλευομένων μετάθεσιν, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος· καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ δὲ εἴρηται περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἰσραηλιτῶν, *Γῇ ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἐστάξαν.* — *Τὸ δὲ μέλαν τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς σελήνης τὸ ἀχεγγὲς καὶ αἱματῶ-*

δες, τὸ τοῖς παρὰ τῆς θείας ὀργῆς καταληφθεῖσιν ἀρώτιστον ἐνδείκνυται. Οὕτω γὰρ πολλάκις ταῦτα καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐξεῖληφε. Τὸ δὲ *πεσεῖν τοὺς ἀστέρας*, καθὼς καὶ ἤδη περὶ τῶν ὑπὸ Ἀντιόχου ἀπατηθέντων γέγραπται, τὸ καὶ *τοὺς φωστῆρας* εἶναι δοκοῦντας *ἐν κόσμῳ*, πίπτειν τοῖς γινομένοις ἐποκλάζοντας, ὡς, φησὶν ὁ Κύριος, πλανηθῆναι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς, διὰ τὸ τῆς θλίψεως μέγεθος. Ἴσως γὰρ διὰ τοῦτο καὶ ἡ συκῆ εἰς παράδειγμα παραλαμβάνεται· ὡς τοὺς ἀτελεῖς καρποὺς καὶ μήπω πεπανθέντας τῷ τῶν πειρασμῶν καύσωνι, καὶ [μήπω] γλυκανθέντας τῇ χάριτι, ἐν τῷ ὑπὸ τοῦ διαβολικοῦ ἀνέμου τινάσσεσθαι καταβάλλουσα. Δισσῶς γὰρ ταύτην ἐπί τε καλῷ ἐπί τε κακῷ ἐκλαμβανομένην οἴδαμεν· ἔκ τε τῶν δύω καλάθων τῶν χρηστῶν καὶ τῶν πονηρῶν σύκων τῶν τῷ Ἱερεμίᾳ φανέντων, ἔκ τε τῆς ξηρανθείσης ὑπὸ [τοῦ] Χριστοῦ συκῆς, καὶ τῆς φερομένης ἐν τῷ Ἄσματι. Εἰ δὲ καὶ αἰσθητῶς ταῦτα τοῦ Χριστοῦ κριτοῦ μετὰ δόξης ἐρχομένου συμβήσεται, αὐτὸς ἂν εἰδείη ὁ τοὺς ἀποκρύφους ἔχων θησαυροὺς τῆς γνώσεως καὶ τῆς σοφίας.

A *Adhuc semel*, ait Scriptura, *et ego movebo terram* [14]; quod Apostolus ad rerum mobilium translationem refert. Sic Israelitarum quoque ex Ægypto profectio terræ motus vocatur; *Terra*, scribit David, *mota est; etenim cæli distillaverunt* [15]. At vero *solis nigredo*, *et lunæ obscuratio*, *colorque ejusdem sanguineus*, eorum cæcitatem et obscuritatem denotant, quos Dominus in ira sua tunc comprehendet : ad hunc enim modum beatus Cyrillus non uno loco isthæc exponit. Quod autem *stellæ cadant* (id quod de iis quoque traditum legitur qui ab Antiocho seducti fuerant), significat eos qui *mundi luminaria* putabantur, suppliciorum terrore fractos dejectosque, a fide et veritate in perfidiam et errorem defecturos. Nam ut Christus Dominus præmonet, B tanta tunc erit afflictio ut seducantur electi quoque, si fieri possit. Forsan ad id designandum in exemplum assumpta est *ficus;* ut quæ fructus imperfectos (cujusmodi sunt qui tentationum igne necdum excocti, neque charitatis ardore ad dulcedinem adhuc perducti sunt) dum a diabolico vento vehementius quatitur, decutere ac in terram dejicere soleat. Novimus enim vocabulum *ficus* in bonam et malam partem accipi. Colligitur hoc cum ex duobus illis bonarum et malarum ficuum calathis, quarum fit mentio apud Isaiam ; tum rursum ex ficu quam maledictione sua Christus a refecit; tum ex illa denique quæ fertur in Canticis. Porro autem an Christo Domino **28** cum gloria et majestate ad judicium veniente, aliquid ex prædictis sensili modo eventurum sit, hoc unus ille novit qui omnes scientiæ et sapientiæ thesauros in se abditos continet.

Καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενος.

VI, 14. *Et cælum recessit sicut liber involutus.*

Τὸ δὲ τὸν οὐρανὸν ἑλίσσεσθαι ὡς βιβλίον, ἢ τὸ ἄγνωστον τῆς δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας αἰνίττεται· ἀψοφητὶ γὰρ καὶ ἐν ἀκαριαίῳ ἡ βίβλος ἀνοίγεται· ἢ ὅτι καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις τοῖς ἐκπίπτουσι τῆς πίστεως ἐπαλγοῦσαι, οἱονεὶ συμπάθειαν καὶ λύπην ἔξουσι. Διὰ τούτου δὲ καὶ ἕτερόν τι σημαίνεται· τὸ μὴ ἀφανισμὸν τὸν οὐρανὸν ὑποστῆναι· ἀλλ' οἷον εἱλιγμόν τινα καὶ ἀλλαγὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὥς φησιν Εἰρηναῖος ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τοῦ ἐλέγχου τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἐπὶ λέξεως, οὕτως· *Οὐ γὰρ ἡ ὑπόστασις, οὐδὲ ἡ οὐσία τῆς κτίσεως ἐξαφανίζεται· ἀληθὴς γὰρ καὶ βέβαιος ὁ συστησάμενος αὐτήν· ἀλλὰ τὸ σχῆμα παράγει τοῦ κόσμου τούτου, ἐν οἷς ἡ παράβασις ἐγένετο, ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι.* Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας Εἰρηναῖος· ἡγούμεθα δὲ καὶ τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ χρήσασθαι τὸν Ἀπόστολον. Εἰλιταρίοις γὰρ οἱ Ἑβραῖοι ἀντὶ τῶν παρ' ἡμῖν βιβλίων ἐκέχρηντο· ὧν ἡ ἀνέλιξις, οὐκ ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τῶν γεγραμμένων φανέρωσιν ἀπεργάζετο· ὡς καὶ τοῦ οὐρανίου σώματος ἡ ἀνάπτυξις τῶν ἀποκειμένων τοῖς ἁγίοις ἀγαθῶν τὴν ἀποκάλυψιν δεικνύει. Καὶ τοῦτο μὲν τετραχῶς πρὸς τὸ χορτασθὲν ἡμῖν θεόθεν νενοήκαμεν· τῶν δὲ ἑξῆς ἐχώμεθα.

C *Cælum instar libri involvi*, vel secundum Christi adventum incertum esse indicat; siquidem libri subito et absque ullo pene strepitu aperiuntur : aut virtutes cœlestes, dum eos qui ex fide excidunt, ex commiseratione lugent, molestam quamdam animi ægritudinem et quasi torturam præ se laturas. Quin aliud quoque per hoc significatur, nempe cœlum non subiturum aliquem interitum aut abolitionem, sed tantum quamdam involutionem, et ad meliorem statum mutationem. Qua de re Irenæus libro quinto reprehensionum falsi nominis scientiæ, ad verbum fere ita scribit : *Neque enim cœli substantia aut creaturæ essentia abolebitur : (siquidem qui hanc coagmentavit, verus et stabilis est) sed* D *mundi figura, in quo prævaricatio accidit, in statum primo venustiorem, ut veteres asserunt, transitura est.* Hæc magnus Irenæus. Arbitramur autem Apostolum veterum consuetudini orationem accommodasse : siquidem Hebræi loco librorum, quorum apud nos est usus, involutis quibusdam chartis utebantur; quarum evolutio vel explicatio non pariebat interitum aut exstinctionem, sed rerum quæ in illis descriptæ continebantur, manifestationem. Eapropter cœlestis quoque corporis explicatio, bonorum quæ sanctis istic reposita sunt, patefactionem ostendit. Atque ita præsentem locum quadrifariam prout divinitus nobis datum est, exposuimus; jam sequentia persequamur.

Καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ με-

VI, 14-17. *Et omnis mons et insulæ de locis suis motæ sunt : reges terræ, et principes, et tri-*

[14] Agg. II, 7. [15] Psal. LXVII, 9.

buni, et fortes, et omnis servus, et omnis liber abscon- A *derunt se in speluncis, et in petris montium. Et dicunt montibus et petris : Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, et quis potest stare?*

γιστᾶνες, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ ἰσχυροὶ, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων· καὶ ἔλεγον τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις· *Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Ἀρνίου· ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ τίς δύναται σταθῆναι;*

Dominus noster Jesus Christus apostolis de Hierosolymitani templi eversione et sæculi consummatione interrogantibus, quæ olim futura erant, quatenus ejus rei capaces erant, prædixit. Ex quibus quidem cladibus et incommodis multa in Vespasiana obsidione Judæis, qui Christum in crucem egerunt, ut Josephus scriptor Hebræus diffuse in sua historia explicat, evenerunt. At vero sub sæculi finem, nempe sub Antichristi adventum, multo plura multoque sæviora et crudeliora mala totum, ut ita dicam, orbem oppriment. Ea namque tempestate tam ii qui mundana potentia præ cæteris præstant, quam ii etiam qui inter ecclesiasticos primatum tenent, *montes* figura quadam appellati; tum filelium quoque Ecclesiæ, quæ *insulæ* metaphoricῶς vocantur, et in novatæ a Deo apud Isaiam leguntur, sedes suas deserent, deque loco ad locum propter Antichristi immanitatem subinde se transferent. **29** Cujusmodi incommoda et clades nos quoque ante Antichristi adventum propter peccata nostra jam experti sumus. Cæterum *reges terræ* ii hoc loco dici videntur, quorum studium et dominium circa terram præcipue occupatur, nihilque commune cum cœlo habent. Qua in re conspirant cum omnibus terrenis principibus, et divitibus, rerumque terrenarum servis, et liberis, hoc est, a Christi servitute absolutis. Hi igitur omnes sub speluncis et petris et montibus abdi expetent potius, quam Agni iram et flagella, quæ in Antichristi adventu secundum justam Dei permissionem ex fame et peste, aliisque ejusmodi plagis orta, instar impetuosi imbris miseros illos obruent, experiri. Aut certe tanto illo terrore concutientur propter præparata post carnis resurrectionem supplicia nunquam finem habitura; quando nimirum divina ira, et quidem juste, magis exardescet in eos qui supra fidei fundamentum ædificaverunt ligna, fœnum, et stipulam, quam incensa fornax; omniaque, veluti paleas ignis solet, consumet. A qua ira clemens et benignus Deus nos liberet, æternorumque bonorum, quæ sanctis illius reposita sunt, participes reddat, illorum plenitudini nos accensens qui salvi fient; gratia et benignitate unigeniti Filii sui, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, honor, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

Ὁ Κύριος ἡμῶν τοῖς ἀποστόλοις ἐρωτῶσι περὶ τῆς τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ καταστροφῆς καὶ τῆς συντελείας, καθὼς ἠδύναντο χωρεῖν προεῖπε τὰ μέλλοντα· ἅπερ [καὶ] ἤδη μὲν ἐν τῇ πολιορκίᾳ [ἐπὶ] Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου τοῖς Χριστοκτόνοις Ἰουδαίοις συμβέβηκε, καθὼς ἱστορεῖ ὁ Ἑβραῖος Ἰώσηπος· ἐπὶ τέλει δὲ μεθ' ὑπερβολῆς πλείονος παντὶ, ὡς εἰπεῖν, τῷ κόσμῳ ἐν τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπιδημίᾳ ἐπελεύσεται, καθὼς εἴρηται· ἐν ᾗ οἱ κατ' ἐξοχὴν εἴτε ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, εἴτε κοσμικῆς δυναστείας ὑπάρχοντες, *ὄρη* τροπικῶς ὀνομαζόμενοι· αἵ τε τῶν πιστῶν ἐκκλησίαι μεταφορικῶς *νῆσοι* καλούμεναι, καὶ πρὸς Θεὸν, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἐγκαινιζόμεναι, ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν φεύξονται· τόπον ἐκ τόπου διὰ τὸν ψευδόχριστον ἀμείβοντες· ὧν καὶ ἡμεῖς πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας δι' ἁμαρτίας φιλανθρώπως πεπειράμεθα. *Οἱ δὲ τῆς γῆς βασιλεῖς*, τουτέστιν οἱ ταύτης κατεξουσιάζοντες, καὶ μηδὲν ἐν οὐρανοῖς κεκτημένοι, σὺν πᾶσι μεγιστᾶσι καὶ πλουσίοις, ἐν τοῖς δούλοις τῶν κάτω, καὶ ἐλευθέροις, [ὡς οὐκ ὤφειλε,] τῆς Χριστοῦ δουλείας, ὑπὸ τῶν σπηλαίων καὶ πετρῶν καὶ ὀρέων καλυφθῆναι εὔξονται, ἢ πειραθῆναι τῆς θείας ὀργῆς τῆς ἐπομβρούσης αὐτοῖς ἐν τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίᾳ κατὰ συγχώρησιν τὰς ἀπὸ λιμοῦ καὶ ἑτέρων πληγῶν μάστιγας· ἢ ἐν ταῖς προσδοκωμέναις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπεράντοις κολάσεσιν· ὅτε καὶ μᾶλλον ἡ θεία ὀργὴ δικαίως ὡς κλίβανος ἐκκαυθήσεται, τοὺς τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως ἐποικοδομοῦντας ξύλα [καὶ] χόρτον [καὶ] καλάμην ὡς τροφὴν πυρὸς, καταναλίσκουσα· ἧς ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς λυτρούμενος ἡμᾶς, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, τῶν ἡτοιμασμένων τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, μετόχους ἀπεργάσαιτο, συντάττων τῷ τῶν σωζομένων πληρώματι, χάριτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ πρέπει δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CAPUT XIX. SERMO VII.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'. ΛΟΓΟΣ Ζ'.

De centum quadraginta quatuor hominum millibus qui a quatuor angelorum plaga illæsi conservantur.

Περὶ τῶν σωζομένων ἐκ τῆς πληγῆς τῶν τεσσάρων ἀγγέλων χιλιάδων ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων.

VII, 1. *Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.*

Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους [τῆς γῆς], ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τὴν γῆν, μήτε ἐπὶ τὴν θάλασσαν, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον.

Etsi isthæc ad illa incommoda a quibusdam re-

Εἰ καὶ ταῦτά τισιν ὑπὸ Ῥωμαίων πάλαι τοῖς

Ἰουδαίοις γεγενῆσθαι ἐξειλήπται, τῶν τεσσάρων θείων ἀγγέλων δηλοῦν αὐτοῖς νομισθέντων τὸ ἐπί τε γῆς ἐπί τε θαλάττης, τῶν τὴν ὀργὴν πειρωμένων διαδιδράσκειν ἄφυκτον, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ἐν τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπελεύσει γενήσεται, οὐκ ἐν τῇ μερικῇ γῇ τῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἧς ἐπὶ τῶν τεσσάρων γωνιῶν ἑστάναι τοὺς ἀγγέλους διέξεισιν, ὡς πληροῦντας διακονίας θεόθεν αὐτοῖς ἐγκεχειρισμένας, ἡμῖν δὲ ἀγνώστους. Ἡ δὲ τῶν ἀνέμων ἐποχὴ προδήλως λύσιν τῆς εὐταξίας τῆς κτίσεως, καὶ τὸ τῶν κακῶν ἐμφαίνει ἀδιάδραστον. Διὰ ἀνέμων γὰρ καὶ τὰ τῆς γῆς φυτὰ τρέφονται, καὶ πλεῖται ἡ θάλασσα.

A feruntur, quæ Judæi quondam a Romanis perpessi sunt : (arbitrantur enim per quatuor mystica animalia effectum, ut neque terra, neque mari, neque ulla alia via iram divinam impendentemque cladem evitare potuerint) multo tamen rectius ad Antichristi adventum locus hic refertur. Tunc enim sæva illa tempestas furibunde desæviet, non in una aliqua terræ parte solum, aut in Judæorum regione tantum, sed in universa terra. Quare etiam super quatuor ejus angulos quatuor angelos stetisse narratur, qui implerent ministerium divinitus quidem sibi demandatum, nobis autem incognitum. Ast vero [*ventorum cohibitio* legitimi ordinis dissolutionem inevitabilemque comminatorum malorum eventum haud dubie insinuat : siquidem per ventorum flatum arbores et plantæ nutriuntur et refocillantur, et maria navibus sulcantur.

Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις οἷς ἐδόθη [αὐτοῖς] ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, λέγων·

B VII, 2, 3. *Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi; et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens.*

Ὅπερ | τῷ Ἰεζεκιὴλ - πάλαι ἀποκεκάλυπτο περὶ τοῦ ἐνδεδυμένου τὸ βαδδὶν, καὶ τῶν καταστεναζόντων τὰ μέτωπα σφραγίζοντος πρὸς τὸ μὴ συναπολέσθαι τοὺς δικαίους τοῖς ἀδίκοις, διὰ τὸ τῆς κεκρυμμένης τῶν ἁγίων ἀρετῆς καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἄγνωστον· τοῦτο κἀνταῦθα τῷ μακαρίῳ δείκνυται, ὑπερτέρας ἁγίας δυνάμεως τοῖς τιμωροῖς ἁγίοις ἀγγέλοις ἐγκελευομένης μηδὲν δρᾶσαι εἰς τοὺς πλημμελήσαντας, πρὶν ἂν διὰ τοῦ σφραγισθῆναι διακριθέντας ἐπιγνῶσι τοὺς τῆς ἀληθείας θεραπευτάς. Τοῦτο δὲ εἰ καὶ μερικῶς πάλαι γεγένηται, τῶν τῷ Χριστῷ πεπιστευκότων τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκπεφευγότων πόρθησιν, εἰς πολλὰς τελούντων μυριάδας, κατὰ τὸν μέγαν Ἰάκωβον, τὸν τῷ μακαρίῳ Παύλῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐμφαίνοντα· ἀλλ' οὖν, ὡς εἴρηται, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπελεύσεως μάλιστα γενήσεται, τῆς σφραγῖδος τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ διειργούσης τῶν ἀπίστων τοὺς πιστοὺς ἀνεπαισχύντως καὶ πεπαῤῥησιασμένως τὴν τοῦ Χριστοῦ σημείωσιν ἐνώπιον τῶν ἀσεβῶν φέροντας. Διό φησιν ὁ ἄγγελος·

C Quod prophetæ Ezechieli per illum jam olim significabatur, qui linea stola indutus gementium frontes signabat, ne justi simul interirent cum injustis : (sunt enim sanctorum virtutes sæpe occultæ, et ne ipsis quidem angelis satis compertæ) hoc ipsum beato Joanni pari fere modo hoc loco ostenditur. Etenim per sublimioris virtutis et sanctitatis angelos **30** angelis pœnis irrogandis præfectis serio hic indicitur, ne quid prius contra peccatores tentent, quam veritatis cultores per signaculum ab aliis distinctos videant. Hoc autem etsi iis quondam ex parte acciderit qui ex Judæis in Christum credentes depopulationem illam quæ Hierosolymorum civitati a Romanis illata est, admirabiliter evaserunt, qui secundum magnum Jacobum, qui illorum multitudinem apostolo Paulo allegabat, aliquot myriades conficiebant; verumtamen adventus Antichristi tempore maxime, ut ante quoque dictum est, hoc locum habebit; quando nimirum vivificæ crucis signum fideles ab infidelibus secernet. Hi enim intrepide citraque ullum ruborem Christi crucis signaculum in conspectu impiorum deferent : et ob id angelus hic mox subjungit :

Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν μήτε τὴν θάλασσαν μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

D VII, 3. *Nolite nocere terræ, et mari, neque arboribus; quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.*

Ἡ κτίσις, ὡς δι' ἡμᾶς γεγενημένη, παιδευομένοις ἡμῖν κοινωνεῖ ἐπὶ ταῖς μάστιξιν, ὥσπερ [οὖν] καὶ δοξαζομένοις τοῖς ἁγίοις συμφαιδρυνθήσεται. Διὰ τούτων δὲ μανθάνομεν καὶ τοὺς ἐναρέτους δεῖσθαι δυναμωθῆναι δι' ἀγγελικῆς βοηθείας πρὸ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς τῇ δεδομένῃ [ἡμῖν] *σφραγῖδι τοῦ Πνεύματος*, καὶ κατὰ τοσοῦτον ἐπιδεικνυμένῃ τὴν οἰκείαν δύναμιν, καθ' ὅσον ἂν αὐτοὶ ἐργασίαν παρασχώμεθα· τῶν λοιπῶν μενόντων ἀβοηθήτων παρ' οἰκείων τοῦ μὴ βοηθηθῆναι θέλημα.

Creatura, nostri causa facta, nobis castigatis una nobiscum plagarum particeps efficitur; quemadmodum e diverso sanctis ad gloriam erectis, ipsa quoque simul cum illis lætabitur, et suo etiam modo glorificabitur. Discimus autem hinc, virtute quoque ornatos angelorum præsidio egere : quo nimirum adversus graviores tentationes firmentur et corroborentur. Cæterum *Spiritus signaculum*, quod homini contra tentationes donatur, eatenus vim suam ostendit, quatenus ipsi collaboramus. Qui igitur auxilio hoc destituuntur, ideo destituuntur, quia una cum ipso manum operi adhibere non volunt.

VII, 4-8. *Et audivi numerum signatorum : centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Juda, duodecim millia signati.*

Judas, confessionem sonat : per quem illi designantur, qui per Christi confessionem, qui ex Juda ortum ducit, salutem consequuntur.

Ex tribu Ruben, duodecim millia signati.

Ruben, si nomen interpreteris, visionis filium sonat : per quem denotantur, qui per cordis puritatem cœlesti visione potiuntur.

Ex tribu Gad, duodecim millia signati.

Gad, tentationem significat : per quem illos accipere licet, qui per tentationum tolerantiam et patientiam, ad similitudinem Jobi corona donantur.

Ex tribu Aser, duodecim millia signati.

Per *Aser*, qui interpretatus beatitudinem sonat, illi intelliguntur, qui per dignam vitæ conversationem Dominicam beatitatem promeriti, stationem ad dexteram Christi consequuntur, *filiique lucis et diei* appellantur.

Ex tribu Nephthalim, duodecim millia signati.

Per *Nephthalim*, qui precationem denotat, ii insinuantur, qui assiduo precandi studio Deo indivulse adhærent.

Ex tribu Manasse, duodecim millia signati.

Manasses, qui ab oblivione nomen trahit, designat illos qui divino amore incensi, ea quæ retro sunt, domumque paternam, oblivioni tradunt.

Ex tribu Simeon, duodecim millia signati.

31 Per *Simeonem*, qui idem fere sonat quod obedientia, innuuntur illi, qui per studiosam divinorum præceptorum observationem, justificationis gratiam consecuti sunt.

Ex tribu Levi, duodecim millia signati.

Levi, assumptum significat; quo nomine denotantur ii qui per conversationem sacerdote dignam, a Christo assumpti sunt. Collocatur autem Levi ordine octavus, quod octavo demum resurrectionis die verum sacerdotium ostensum sit.

Ex tribu Issachar, duodecim millia signati.

Per *Issachar*, qui de mercede appellationem sortitur, illi adumbrantur, qui propter mercedem, quam ex Deo exspectant, studiosæ vitæ rationem inierunt.

Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati.

Zabulon, interpretatur virtutis aut suaveolentiæ habitaculum : per quem intelligi videntur, qui per inhabitantem Dei Spiritum adversus animi perturbationes, carnisque sensum, firmati et corroborati, facti sunt bonus odor Christi, ut Paulus loquitur.

Ex tribu Joseph, duodecim millia signati.

Joseph, idem sonat quod additio vel incrementum : denotat autem eos qui in partem augmenti,

A *Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων [ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες ἐσφραγισμένοι,] ἐκ πάσης φυλῆς [τῶν] υἱῶν Ἰσραὴλ· ἐκ φυλῆς Ἰούδα, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.*

[Αἱ σημασίαι τῶν κλήσεων τῶν ιβ' πατριαρχῶν.]

Ἰούδας, ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται· δι' οὗ δηλοῦνται οἱ δι' ἐξομολογήσεως τῆς πρὸς Χριστὸν τὸν ἐξ Ἰούδα βλαστήσαντα σωζόμενοι.

Ἐκ φυλῆς Ῥουβίμ, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Ῥουβίμ, ὁράσεως υἱὸς ἑρμηνεύεται· δι' οὗ δηλοῦνται οἱ διὰ καθαρότητα καρδίας τὴν πνευματικὴν ὅρασιν κτησάμενοι.

Ἐκ φυλῆς Γάδ, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

B *Γάδ*, πειρασμός· δι' οὗ δηλοῦνται οἱ δι' ὑπομονῆς πειρασμῶν κατὰ τὸν Ἰὼβ στεφανούμενοι.

Ἐκ φυλῆς Ἀσήρ, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Ἀσήρ, μακαρισμός· δι' οὗ δείκνυνται οἱ τὸν Δεσποτικὸν μακαρισμὸν διὰ πολιτείας ἀξίας κληρονομοῦντες, καὶ τῆς Δεσποτικῆς τῆς ἐκ δεξιῶν τοῦ Χριστοῦ στάσεως ἀξιούμενοι, καὶ υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας ἀναδεικνύμενοι.

Ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ, δώδεκα χιλιάδες.

Νεφθαλείμ, προσευχή· δι' ἧς χαρακτηρίζονται οἱ διὰ προσευχῆς ἀδιαλείπτου τῷ Θεῷ κολλώμενοι.

C *Ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, δώδεκα χιλιάδες.*

Μανασσῆς, ἐπιλησμοσύνη, τουτέστιν, οἱ τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενοι καὶ τῶν πατρῴων οἴκων, διὰ τὸν θεῖον ἔρωτα.

Ἐκ φυλῆς Συμεών, δώδεκα χιλιάδες.

Συμεών, ὑπακοή· δηλαδή, οἱ δι' ὑπακοῆς τῶν θείων ἐντολῶν δικαιούμενοι.

Ἐκ φυλῆς Λευΐ, δώδεκα χιλιάδες.

Λευΐ, προσειλημμένος· δι' οὗ νοοῦνται οἱ διὰ πολιτείας ἱεροπρεποῦς ὑπὸ Χριστοῦ προσειλημμένοι. Ὄγδοος δὲ Λευΐ τέτακται, ὡς κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως τῆς ἀληθοῦς ἱερωσύνης ἀνα- D δεικνυμένης.

Ἐκ φυλῆς Ἰσάχαρ, δώδεκα χιλιάδες.

Ἰσάχαρ, μισθός· τουτέστιν οἱ τὸν ἐκ Θεοῦ μισθὸν λαμβάνοντες, ὡς ἐναρέτως πολιτευόμενοι.

Ἐκ φυλῆς Ζαβουλών, δώδεκα χιλιάδες.

Ζαβουλών, κατοικητήριον δυνάμεως, ἢ εὐωδία· δι' οὗ νοοῦνται οἱ τῇ ἐνοικήσει [τοῦ] Χριστοῦ κατὰ τῶν παθῶν δυναμωθέντες, καὶ εὐωδία αὐτοῦ, ὡς φησιν ὁ Παῦλος, γινόμενοι.

Ἐκ φυλῆς Ἰωσήφ, δώδεκα χιλιάδες.

Ἰωσήφ, πρόσθεσις· τουτέστιν οἱ ἐν προσθήκῃ μέρει σὺν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν τὰ πρὸς τὸ

ζῆν ἀναγκαῖα λαμβάνοντες, ὡς φησιν ὁ Κύριος. A una cum regno cœlorum, ea quoque a Domino accipiunt quæ ad vitæ usum necessaria habentur.

Ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati.

Βενιαμὶν, υἱὸς ὀδύνης, ἢ υἱὸς ἡμέρας, ἢ υἱὸς δεξιᾶς· δηλαδὴ οἱ διὰ καρδιακῶν ὀδυνῶν, εἴτε οἱ τότε ἐξ Ἑβραίων πιστοὶ καὶ διαπεφευγότες τὴν [τῶν] Ῥωμαίων αἰχμαλωσίαν, τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἀναπληροῦντες· εἴτε, ὃ καὶ μᾶλλον πιστότερον, οἱ ἐπὶ συντελείᾳ ἐξ Ἰουδαίων [διὰ πίστεως] σωζόμενοι, ὅτε, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· [καὶ] οὐδέτερον ἀπαράδεκτον. Ἡ μέντοι ἀκρίβεια τῆς ἐξ ἑκάστης φυλῆς ἰσότητος ἐμφαίνειν μοι δοκεῖ τὸν πολυπλασιασμὸν τοῦ ἀποστολικοῦ σπόρου· *δωδεκάκις* δώδεκα πολυπλασιαζομένου ἐπὶ τὸν τέλειον τῆς χιλιάδος ἀριθμὸν, καὶ οὕτω τὰς ῥηθείσας χιλιάδας ἀποτελοῦντος· μαθηταὶ γὰρ ἦσαν τοῦ κόκκου τοῦ εἰς τὴν γῆν διὰ φιλανθρωπίαν πεσόντος, καὶ πολύφορον τῆς παγκοσμίου σωτηρίας τὸν καρπὸν βλαστήσαντος. Ἐπισημαντέον δὲ τοῦτο, ὅτι ἡ φυλὴ τοῦ *Δὰν*, ὡς ἐξ αὐτῆς τικτομένου τοῦ Ἀντιχρίστου, ταῖς λοιπαῖς οὐ συντέτακται· ἀλλ' ἀντ' αὐτῆς ἡ τοῦ *Λευΐ*, ὡς ἱερατικὴ πάλαι, εἰς ἀριθμὸν μὴ ἐρχομένη· ἐκ δὲ τῆς τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείας, ἔστι τινὰ τῶν φυλῶν ἑκάστῃ προσαρμόσαι διάνοιαν, ὡς ἐν τοῖς πλησίοις παρατίθεται· τὸν δὲ *Ἰωσὴφ* ἀντὶ τοῦ *Ἐφραΐμ* τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τέθεικεν. Ἀρμόδιος δὲ τούτοις ὁ λεχθεὶς ἀριθμὸς [τέθειται], ὡς εἴρηται, [διά τε τοὺς πάλαι Ἑβραίων δώδεκα φυλάρχους,] διά τε τοὺς ἀντ' αὐτῶν καταστάντας ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν θεσπεσίους ἀποστόλους, ὡς γέγραπται· δι' ὧν οἱ ἐν τῇ διασπορᾷ τῆς γῆς Ἰουδαῖοι [ἐπ' ἐσχάτων] σώζονται.

Benjamin, qui interpretatus, doloris aut dici, aut dexteræ filium significat, eos accipere possumus qui per cordis dolorem servantur; sive ii ex illorum numero sint qui tum ex Judæis fideles facti erant; sive ex illorum qui ex Romanorum captivitate fidelium cœtui adjuncti fuerunt; sive, quod nobis verisimilius fit, ex eorum qui sub sæculi consummationem ex Judæis per fidem salvabuntur: quando nimirum, juxta Apostoli sententiam, post gentium multitudinem ingressam, omnis quoque Israel salvus fiet. Neutrum a ratione videtur alienum. Cæterum exacta illa accurataque ex quavis tribu æqualitas, apostolici seminis multiplicationem insinuat; siquidem *numerus duodenarius* duodecies multiplicatus, prædictorum millium numerum integre absolvit. Apostoli namque verbi vel grani potius illius discipuli erant, quod in terram lapsum, multiformem pro sua clementia salutis fructum universo terrarum orbi progerminavit. Observandum est quoque tribum *Dan*, quod Antichristus ex illa nasciturus feratur, cum reliquis tribubus hoc loco non recenseri: verum ejus loco tribum *Levi*, quæ olim, quod sacerdotalis esset, in tribuum divisionem non veniebat, suffectam esse. Porro ex nominum interpretatione unicuique tribui sententiam aliquam accommodare licet; sicuti nos quoque in proxime expositis aliquam unicuilibet accommodavimus. Cæterum *Joseph* pro *Ephraim* filio ab evangelista positus est. Convenienter autem prædictus *duodenarius numerus* illis assignatus est, tum ob duodecim veteres Hebræorum patriarchas tribuumve principes; tum etiam propter apostolos, qui illorum loco constituti sunt principes super universam terram, ut scriptum exstat; per quos etiam Judæi, per orbem terrarum dispersi, salvi fiunt.

ΚΕΦΑΛ Κ'.

32 CAPUT XX.

Περὶ τοῦ ἀναριθμήτου ὄχλου τῶν ἐξ ἐθνῶν λαμπροφορούντων.

De innumera illorum turba qui ex gentium nationibus conversi, candidis induentur, unaque cum Christo regnabunt.

Μετὰ ταῦτα εἶδον· καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ λαῶν, καὶ φυλῶν, καὶ γλωσσῶν· ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς· καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ, καὶ λέγοντες· Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ, καὶ τῷ Ἀρνίῳ.

VII, 9, 10. *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis: stantes ante thronum, et in conspectu Agni, amicti stolis albis: et palmæ in manibus eorum, et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro qui sedet super thronum, et Agno.*

Οὗτοί εἰσι περὶ ὧν φησιν ὁ Δαβίδ· Ἐξαριθμήσομαι αὐτούς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται, οἵ τε πάλαι ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρικῶς διηγωνισμένοι, οἵ τε ἐπ' ἐσχάτων ἀνδρικῶς ἀθλήσαντες ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης· [καὶ] τῇ ἐκχύσει τοῦ ἰδίου διὰ Χριστὸν αἵματος, τὰς στολὰς τῶν οἰκείων πράξεων λευκάναντες καὶ λευκαίνειν μέλλοντες· καὶ τοὺς τῆς νίκης χαρακτηριστικοὺς κλάδους τῶν εὐχρήστων

Hi sunt de quibus David aiebat; *Enumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur*[16]. E quibus alii jam olim fortitudine digna martyribus pro Christo decertarunt, suarumque actionum stolas sanguine propter Jesum profuso dealbarunt: alii vero sub novissima tempora, ex omni tribu et lingua, fortium athletarum more, adhuc decertaturi ac dealbaturi sunt. Omnes autem directos suavium et

[16] Psal. CXXXVIII, 18.

(quod ad cor attinet) candidarum *palmarum ramos* victoriæ symbola manibus gestantes, circa divinum summæque quietis thronum choros ducunt, et in omne ævum ducturi sunt, tanquam grati famuli, victoriam omnem contra dæmonem, carnem et mundum obtentam, non sibi, sed largitori, ex animo adscribentes.

A καὶ ὀρθοτάτων καὶ λευκῶν τῶν καρδιῶν φοινίκων ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες· καὶ περὶ τὸν θεῖον θρόνον τῆς θεαρχικῆς ἀναπαύσεως χορεύοντες, καὶ ὡς εὐγνώμονες οἰκέται τῷ χορηγῷ τὴν κατὰ [τῶν] δαιμόνων νίκην ἐπιγράφοντες.

VII, 11, 12. *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium : et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes : Amen, benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, et honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.*

Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι εἱστήκεισαν κύκλῳ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν τεσσάρων ζώων· καὶ ἔπεσόν ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν· καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ λέγοντες· Ἀμήν· ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ εὐχαριστία· καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ecce una ex angelis et hominibus ecclesia constituitur. Et quidem priscis sanctis, tametsi angelis non dissimilibus, formidabiles apparebant angeli; quemadmodum ex Daniele propheta et aliis quibusdam cognoscere licet : tunc autem una cum hominibus ministrabunt; sive corpore vestiti locoque circumscripti, ut eruditis quibusdam placet, inter ipsos compareant; sive (ut aliis magis probatur) trina illa longitudinis, latitudinis, et profunditatis intercapedine (ut quæ corporum sit propria) destituti, non in propria natura conspiciantur, sed in ea figura et forma quam Deo illis tribuere visum fuerit. Utut sit, in circuitu animalium et seniorum consistere cernentur. Per hanc autem stationem, honoris magnitudinem et excellentiam, qua illi potiuntur qui per seniorum numerum designantur, ostendunt. Ab omnibus autem præpotenti Deo, propter eximiam illius in res omnes a se productas curam et providentiam, admirandamque œconomiam et dispensationem nostri causa susceptam, gratiarum actio impenditur, et in omne ævum impendetur.

B [*Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι εἱστήκεισαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων.*] — Ἰδοὺ μία ἐκκλησία ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων· καὶ οἱ πάλαι τοῖς ἰσαγγέλοις ἀνθρώποις καταπληκτικοὶ φαινόμενοι, καθὼς διὰ τοῦ Δανιὴλ ἔγνωμεν, τότε συλλειτουργοὶ ἀνθρώποις γενήσονται· εἴτε κατά τινας τῶν ἁγίων ἐν τοῖς οἰκείοις σώμασι διὰ τὴν ἐν τόπῳ περιγραφὴν αὐτοῖς ἐμφανιζόμενοι· εἴτε καθ' ἑτέρους, ὡς τὸ τριχῇ διαστατὸν ἐν μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει μὴ ἔχοντες· ὅπερ σωμάτων ἴδιον· οὐκ ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει φαινόμενοι, ἀλλὰ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ τυπούμενοι καὶ σχηματιζόμενοι. Κύκλῳ μέντοι τῶν χερουβὶμ καὶ τῶν πρεσβυτέρων ἑστῶτες, ἐμφαίνουσι διὰ τῆς στάσεως τὸ τῆς τιμῆς μέγεθος· ᾗ δοξάζονται οἱ [διὰ] τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πρεσβυτέρων δηλούμενοι. Ὑφ' ὧν πάντων ἡ εὐχαριστία τῷ Θεῷ ἐπὶ ταῖς θεοπρεπέσιν αὐτοῦ εἰς τὴν σύμπασαν κτίσιν οἰκονομίαις ὑπὲρ ἡμῶν ἀναπεμφθήσεται.

C

VII, 13. *Et respondit unus de senioribus, et dixit mihi : Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? Et dixi illi : Domine mi, tu scis.*

Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι· Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς, τίνες εἰσί; καὶ πόθεν ἦλθον; Καὶ εἰρηκα αὐτῷ· Κύριέ μου, σὺ οἶδας.

Unus e senioribus per interrogationem excitat apostolum Joannem, ut de iis quæ viderat inquirat. Joannes vero dum inscitiam suam ingenue profitetur, amanter ab eo quem cernebat, de rei veritate instruitur.

[*Καὶ ἀπεκρίθη εἷς τῶν πρεσβυτέρων.*] — Διεγείρει διὰ τῆς πεύσεως τὸν μακάριον ὁ ὀφθεὶς πρὸς τὴν τῶν ὁραθέντων ἔρευναν. Ὁ δὲ, τὴν ἄγνοιαν εὐγνωμόνως προβαλλόμενος, παρὰ τοῦ ὀφθέντος σοφίζεται.

33 VII, 14, 15. *Et dixit mihi : Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni : ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus : et qui sedet in throno, habitabit super eos.*

D *Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν· καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου. Καὶ διὰ τοῦτό εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς.*

Beati plane qui per temporarios labores exiguasque corporis molestias sempiternam requiem compararunt; quique ob id quod una cum Christo impigre certarunt crucemque pertulerunt, simul cum illo regnant, et perpetuo illi ministrant, siquidem per *diem et noctem* quædam temporis perennitas, actionisque continuitas hoc loco designatur : quandoquidem ibi nulla nox est, sed una

Μακάριοι οἱ διὰ προσκαίρων πόνων αἰώνιον ἀνάπαυσιν καρπούμενοι· καὶ διὰ τοῦ συμπάσχειν Χριστῷ, τούτῳ συμβασιλεύοντες, καὶ διηνεκῶς αὐτῷ λατρεύοντες. Τὸ γὰρ, *ἡμέρας καὶ νυκτὸς*, ἐνταῦθα δηλοῖ τὸ ἀκατάπαυστον. Καὶ γὰρ νὺξ οὐκ ἔσται· ἀλλ' ἡμέρα μία ἀνεὶ [τοῦ] αἰσθητοῦ ἡλίου τῷ [νοητῷ] τῆς δικαιοσύνης ἡλίῳ καταλαμπομένη. Ἴσως δὲ *νὺξ* νοεῖται καὶ τὰ ἀπόκρυφα καὶ βαθέα

τῆς γνώσεως μυστήρια· *ἡμέρα* δὲ, τὰ σαφῆ τε καὶ εὔληπτα. *Ναὸς* δὲ *τούτου*, πᾶσα μὲν ἡ ἀνακαινιζομένη κτίσις διὰ τοῦ Πνεύματος· μάλιστα δὲ οἱ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος σῶον καὶ ἄσβεστον φυλάξαντες· οἷς ἐνοικήσειν καὶ ἐμπεριπατήσειν ἐπήγγελται.

A tantum dies, non sole hoc qui sensibus objicitur, illustrata; sed Sole justitiæ, qui mente cernitur, illuminata. Forsan etiam per *noctem* profunda prorsusque abdita cognitionis mysteria denotantur: per *diem* autem quædam evidentia captuque facilia. *Templum* autem *Dei* est quævis creatura per Spiritum innovata; præcipue vero homines illi qui vivum inexstinctumque Spiritus pignus fideliter custodiverunt: in quibus quoque Dominus se habitaturum et ambulaturum promisit.

Οὐ πειράσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι.

Εἰκότως. Τὸν γὰρ ἄρτον τὸν οὐράνιον καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς ἕξουσι.

Οὐδ' οὐ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς [δ] ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα.

VII, 16. *Non esurient neque sitient amplius.*

Merito istud: habituri sunt enim panem illum cœlestem, vitæque fontem.

Nec cadet super illos sol, neque ullus æstus.

Καὶ ὑπὸ πειρασμῶν ἔτι, τῶν διὰ τοῦ ἡλίου καὶ B τοῦ καύσωνος σημαινομένων, οὐκ ὀδυνηθήσονται, τοῦ καιροῦ τῶν ἀγώνων παρῳχηκότος.

Neque enim ullis amplius tentationibus, quæ per solem et ardorem significantur, tunc vexabuntur vel affligentur: transacto nimirum jam omnium certaminum tempore.

Ὅτι τὸ Ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου, ποιμανεῖ αὐτοὺς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζώσας πηγὰς ὑδάτων [καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν].

VII, 17. *Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget eos, et deducet eos ad vivos fontes aquarum; et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.*

Τὸ δὲ, *Ποιμανεῖ αὐτοὺς*, δηλοῖ ὅτι οἱ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ τότε ποιμαινόμενοι, ἐπιδρομὰς λύκων οὐ φοβηθήσονται ἅτε πεμπομένων [τῶν λύκων] εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· ἀλλ' ἐπὶ τὰς καθαρὰς καὶ τρανοτάτας τῶν θείων νοήσεων πηγὰς ἀθλως ποιμανθήσονται, δηλουμένας διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ καὶ ἤδη τὴν ἄφθονον χύσιν τοῦ [θείου] Πνεύματος χαρακτηρίσαντος· εἰρηκότος τοῦ Κυρίου περὶ τοῦ εἰλικρινῶς C εἰς αὐτὸν πιστεύοντος, ὅτι *Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.* Ὦ οἱ ἅγιοι τότε ἡδυπίλως ποτιζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ ἀπεράντως ἔσονται· τῆς μερικῆς γνώσεως καταργουμένης, τὴν τελείαν κτώμενοι, καὶ τὴν τροπὴν μετὰ τῆς φθορᾶς ἀπεκδυόμενοι.

Qui, inquit, tum temporis a Christo pascentur, luporum incursiones amplius non formidabunt; quippe cum omnes tunc lupi in gehennæ incendium, quod nunquam exstinguitur, amandandi sint. Deducentur autem ad liquidos purosque divinarum intelligentiarum *fontes*, per *aquam* designatos: ibidemque non crassa aut corporea pascentur et potabuntur esca vel aqua, sed immateriali et spiritali. Quin hoc ipso quoque tempore fons ille suavem divini Spiritus liquorem fundere nunquam desinit. Neque enim Dominus frustra de illis qui sincere in ipsum crediturі erant, fore prædixit, *ut flumina aquæ vivæ de ventre illorum dimanarent* [17]: qua sancti ubertim tunc potati, in perpetua lætitia et exsultatione degent: etenim scientia illa quæ ex parte est, exuti, perfectaque locupletati, et ab omni præterea mutatione et corruptione liberi, æternam beatamque vitam ducturi sunt.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

CAPUT XXI.

Λύσις τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος, δηλοῦσα ἀγγελικὰς δυνάμεις προσάγειν τῷ Θεῷ τὰς τῶν ἁγίων προσευχὰς, ὡς θυμιάματα.

Solutio septimi sigilli, qua explicatur quomodo angelicæ virtutes sanctorum preces veluti thymiama quoddam Deo offerant.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡσεὶ ἡμιώριον· καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους οἱ ἑστήκασι [τοῦ θρόνου] τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι· καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες.

D VIII, 1, 2. *Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo media fere hora. Et vidi septem angelos in conspectu Dei, et datæ sunt illis septem tubæ.*

Συχνῶς ὁ ἀριθμὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῷ ἁγίῳ τούτῳ παραλαμβάνεται, ὡς τῷ αἰῶνι τούτῳ καὶ τῷ σαββατισμῷ καὶ ἀναπαύσει τῶν ἁγίων σύστοιχος· διὸ κἀνταῦθα ἐπὶ τῇ *λύσει τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος*, ἡ λύσις τῆς γηΐνης πολιτείας διασημαίνεται· ἑπτὰ ἀγγέλων διακονούντων ταῖς κατὰ τῶν παιδείας ἢ κολάσεως δεομένων ἀνθρώπων μάστιξιν. Ἡ δὲ σιγὴ δηλοῖ τήν τε ἀγγελικὴν εὐταξίαν καὶ εὐλάβειαν, τό τε περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας ἄγνωστον·

34 Frequenter et familiariter admodum hic sanctus *septenarium numerum* assumit; ut qui præsentis sæculi symbolum præ se ferat, et ad sabbatismum sanctorumque requiem recta tendat. Quare hoc quoque loco per *septimi sigilli solutionem* aliud nihil denotari putandum est, quam imminentem regni terreni terrenæque vitæ et conversationis finem et dissolutionem. Cui rei subservient septem angeli ad supplicia hominibus qui disciplina et ca-

[17] Joan. VII, 38.

stigatione indigent, irroganda a Deo constituti. Porro *silentium*, quod factum dicitur *in cælo*, compositam angelorum modestiam, modestamque eorumdem compositionem et reverentiam significat; vel secundum Christi adventum : nam hic ipsis quoque angelis incognitus est : *Horæ* denique *dimidium*, temporis brevitatem, quod inter plagas illatas resque in terra consummatas, et regni Christi manifestationem intercedet.

A τὸ δὲ *ἡμιώριον* τὸ τοῦ καιροῦ ἐμφαίνει βραχύ· ἐν ᾧ τῶν πληγῶν ἐπαγομένων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς συντελουμένων, ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία φανήσεται.

VIII, 3. *Et alius angelus venit, et stetit ante altare, habens thuribulum aureum.*

Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν.

κατάλωσιν, εἰς τὴν νέαν Ῥώμην, τὰ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων μετηνέχθη βασίλεια. Τὴν δὲ αὐτὴν ἔννοιαν καὶ τοὺς [ἑπτὰ] βασιλεῖς ἐμφαίνειν οἰόμεθα, τῆς ἐναλλαγῆς τῶν γενῶν μηδαμῶς παρεμποδιζούσης τῇ τῆς διανοίας ταυτότητι· εἰ καὶ ἐκεῖ μὲν ἑπτὰ κεφαλὰς θηλυκῶς καὶ ἑπτὰ ὄρη οὐδετέρως, ἐνταῦθα δὲ ἑπτὰ βασιλεῖς ἐσήμανε· πολλάκις γὰρ ἀδιαφόρως ἀντὶ θηλυκῶν ἀρρενικὰ ἐν τῇ Γραφῇ κεῖται ὀνόματα, καὶ τὸ ἐμπαλιν· οἷον, *Ἔφραΐμ. δάμαλις παροιστρῶσα* καὶ πάλιν, *Ἔφραΐμ περιστερὰ οὐκ ἔχουσα καρδίαν*· καὶ κατὰ τὸν Θεολόγον, *Τρεῖς μαρτυροῦσι τῷ Χριστῷ· τὸ αἷμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ πνεῦμα· καὶ τὰ τρία ἓν εἰσι*, κατὰ τὸν Σολομῶντα, τράγος, καὶ ἀλέκτωρ, καὶ βασιλεὺς [δημηγορῶν.] Διὰ τοίνυν τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν, πόλεις θηλυκῶς δηλώσας· καὶ διὰ τῶν ἑπτὰ ὀρίων, ἑπτὰ ἀναστήματα οὐδετέρως, τοῦ λοιποῦ τῆς γῆς σώματος κατὰ καιρὸν ὑπερανέχοντα, οὐ τοπικῇ θέσει [καὶ ἕδρασιν,] ἀλλὰ δόξης ἀξιώμασι. Καὶ βασιλεῖς ὁμοίως εἶπεν, ὡς νενοήκαμεν, ἢ τοὺς δοξασθέντας τόπους τῇ βασιλικῇ προαιρέσει, ἢ τοὺς πρώτως ἐν ἑκάστῃ τῶν προλαχθεισῶν βασιλεύσαντας· ἑκάστου [κατὰ] περίφρασιν πᾶσαν τὴν βασιλείαν περιορίζοντος· οἷον, Νίνου, τῆς Ἀσσυρίων· Ἀρβάκου, τῆς Μήδων· Ναβουχοδονόσορ, τῆς Βαβυλῶνος· Κύρου, τῆς Περσῶν· Ἀλεξάνδρου, τῆς Μακεδόνων· Ῥωμύλου, τῆς παλαιᾶς Ῥώμης· Κωνσταντίνου, τῆς νέας.

Οἱ πέντε, ἔπεσον· ὁ εἷς, ἔστιν· ὁ ἄλλος, οὔπω ἦλθεν· καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι.

[Τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ βασιλέων πεσόντας πέντε βασιλεῖς,] ὁ μακάριος Ἱππόλυτος αἰῶνας τούτους ἐξέλαβεν· ὧν τοὺς μὲν πέντε παρῳχηκέναι, τὸν δὲ ἕκτον ἑστάναι· ἐν ᾧ ταῦτα ἑώρακεν ὁ Ἀπόστολος· τὸν δὲ ἕβδομον, τὴν μετὰ τὰ ς' ἔτη, μήπω μὲν ἐληλυθέναι· ἀρχόμενον δέ, ὀλίγον δεῖ μεῖναι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως [ἐκεῖνος·] εἰ δὲ, ὡς φησιν ὁ [μακάριος] Εἰρηναῖος, ὥσπερ ἑπτὰ ἡμέραι διεδημιούργηνται, οὕτω καὶ ἑπτὰ οὐρανοί, καὶ ἑπτὰ ἄγγελοι τῶν λοιπῶν προὔχοντες, καὶ ἡμῶν λεγόντων εὐπαράδεκτον τοῖς ἀκούουσι φαίνεσθαι τὸ καὶ ἑπτὰ βασιλείας εἶναι τὰς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι [τοῦ] νῦν περιοδήτους· ὧν τὰς μὲν πέντε ἤδη πεπτωκέναι· τὴν δὲ ἕκτην, ἐφ' ἧς ὁρᾶσθαι ἡ ἀποκάλυψις, ἑστάναι ταύτην ἐν τῇ παλαιᾷ Ῥώμῃ· τὴν δὲ ἑβδόμην μήπω ἐληλυθέναι, τὴν ἐν τῇ νέᾳ [Ῥώμῃ]· οὗ [δ'] ἂν ἔχοι ὁ τῆς παγκοσμίου Βαβυλῶνος λόγος εἰς τὴν μέχρι τοῦ Ἀντιχρίστου βασιλεύουσαν πόλιν ἀναπαρτιζόμενος, ὀλίγον κρατοῦσιν, ὡς πρὸς τὰς πρότερον· ὧν αἱ μὲν ἦρξαν ὑπὲρ τὰ πεντακόσια ἔτη· αἱ δὲ, ὑπὲρ τὰ χίλια· ἄλλως τε δὲ καὶ πᾶς ἀριθμὸς χρονικὸς ὀλίγος [ἐστὶ] πρὸς τὴν μέλλουσαν τῶν ἁγίων βασιλείαν τὴν ἀτελεύτητον.

tumque detenta, tandem ad magnum Constantinum pervenit. Hic autem tyrannis omnibus jam deletis, Christiani regni ornamenta in novam Romam transtulit. Eadem sententia septem quoque regibus accommodari potest, generum enallage neutiquam obstante aut sententiæ identitati præjudicante. Nam etsi κεφαλαὶ *capita*, ad genus femineum spectant; ὄρη autem *montes*, ad neutrum; βασιλεῖς vero *reges*, ad masculeum, hoc tamen veritatem non infringit. Sæpenumero enim in Scripturis pro femininis collocantur masculina, et e diverso. *Ephraim vitula consternans*[47]. Et rursus: *Ephraim columba non habens cor*[48]. Notum est enim illud Theologi: *Tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, et sanguis, et hi tres unum sunt.* Et illud rursum Salomonis: Tria sunt, hircus, et gallus, et rex concionans. Igitur per septem capita, septem civitates feminine denotantur: per septem autem montes, septem eminentiora terræ loca non locali situ, sed præstantia et dignitate neutraliter: aut septem reges, ad modum jam expositum, masculine; cujusmodi halleri possunt illi, qui locis vel sedibus regia dignitate ornatis primi præfuerunt; ita tamen ut synecdochice totum regnum illorum nomine designetur. Per Ninum itaque accipiatur primum regnum, nempe Assyriorum: per Arbacem, Medorum: per Nabuchodonosorem, Chaldæorum seu Babyloniorum: per Cyrum, Persarum: per Alexandrum Magnum Macedonum vel Græcorum: per Romulum vel Augustum Cæsarem, Romanorum: per Constantinum denique, Orientalium aut novæ Romæ.

XVII, 9, 10. *Et reges septem sunt: quinque ceciderunt, et unus est, alius nondum venit: et cum venerit, oportet illum breve tempus manere.*

Beatus Hippolytus per hosce reges sæcula accepit: e quibus quinque jam præterierunt: sextum, in quo apostolus hæc vidit, adhuc decurrit: 79 septimum autem, ut ille opinatur post elapsa sex annorum millia tandem se prodet: ubi autem sese prodiderit, parum durabit. Et hæc quidem ad eum modum ille. Forsan, ut B. Irenæi sententia, septem conditi sunt dies, et septem cœli, et septem angeli cæteris præstantiores: ita jam inde ab exordio usque ad sæculi finem septem regna cæteris celebriora citra absurditatem statuere licebit: e quibus quinque jam tum conciderant: sextum, cum Apocalypsis cernebatur, adhuc consistebat, et quidem in antiqua Roma: septimum porro per id tempus necdum advenerat; sive per illud insinuaretur novæ Romæ imperium, sive aliud quodcunque regnum. Sed neque absonum quoque fuerit, si orbis universi principatum usque ad Antichristi adventum, unam regnantem civitatem constituamus; postremam autem Antichristi tyrannidem, quæ modico tempore, si priores monarchias spectemus, duratura est; siquidem aliæ ex illis supra quingentos annos imperarunt: aliæ ultra mille. Sed et omnis quoque temporis mensura, si cum futura sanctorum vita, quæ est æterna, comparetur, brevis est.

[47] Isa. xv, 5. [48] Osee vii, 11.

XVII, 11. *Et bestia quæ erat, et non est, et ipse octavus est; et de septem est, et in interitum vadit.*

Hæc *bestia* est Antichristus; *octavus* quidem, quia post septem regna ad mortalium perniciem, deceptionem, et terræ desolationem exortus : *unus* vero *ex septem*, quia ab uno ex illis prognatus. Neque enim tanquam extraneus quispiam, aut alius a prædictis exsurget; sed tanquam Romanorum rex, ad illorum interitum et internecionem, qui fidem ipsi habebunt, in medium sese efferet. Postea vero, ubi nimirum ad breve tempus bacchatus fuerit, in gehennæ perditionem præceps ruet.

XVII, 12. *Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipient post bestiam.*

Decem hæc *cornua* seu reges Daniel quoque vidit, qui Antichristum præcedent; ex quibus tres mox radicitus evellet, reliquos autem scelestus ille imperio suo subjiciet. *Unam* autem *horam*, breve temporis spatium vocat; aut unam certe anni tempestatem, quæ trimestri solis motu absolvitur : post quam omnes Antichristo tanquam præcellentiori subjugabuntur.

XVII, 13, 14. *Hi unum consilium habent; et virtutem et potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, et Agnus vincet illos; quia Dominus dominorum est, et Rex regum; et qui cum illo sunt, vocati, et electi, et fideles.*

Merito hi cum Agno pugnant; nemo enim duobus dominis servire potest. Eapropter qui improba conspiratione inter se coeunt, suamque operam Antichristo addicunt, non possunt vero Christo se non opponere. Verum vincet illos, qui nostri causa jugulatus et immolatus est Agnus Dei. Non enim ademptum est illi regnum et principatus, quem in omnes obtinebat, posteaquam factus est homo; nempe quo electos suos regni sui socios consortesque efficeret.

80 XVII, 15-18. *Et dixit mihi : Aquæ quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, et turbæ, et gentes, et linguæ. Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odio persequentur fornicariam, et desolatam facient illam et nudam, et carnes ejus manducabunt, et ipsam in igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum est illi; et ut unam faciant voluntatem, et dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. Et mulier quam vidisti, est civitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.*

Cum angelus accurate isthæc omnia exposuerit, supervacaneam censeo omnem aliam explanationem : interim mirum videri queat, cur diabolus mortalium hostis scelerumque incensor et ultor, decem illa cornua sibi obnoxia, impellere et inflammare voluerit, non modo ut in omnis virtutis et

A Καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, [καὶ] οὐκ ἔστιν [οὐδόλως.] καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι · καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.

Τὸ δὲ θηρίον ὁ Ἀντίχριστός ἐστιν· ὄγδοος μὲν, ὡς μετὰ τὰς ἑπτὰ βασιλείας, ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἐρημώσει τῆς γῆς ἀνιστάμενος · ἐκ τῶν ἑπτὰ δὲ, ὡς ἐκ μιᾶς αὐτῶν βλαστάνων · οὐ γὰρ ἐξ ἄλλου ἔθνους [μετὰ] τὰ προλεχθέντα, ἀλλ' ὡς Ῥωμαίων βασιλεὺς, ἐπὶ καταλύσει καὶ ἀπωλείᾳ τῶν αὐτῷ πειθομένων ἐλεύσεται · καὶ μετὰ τοῦτο εἰς τὴν τῆς γεέννης χωρήσει ἀπώλειαν.

Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν · οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' B ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι, μετὰ τοῦ θηρίου.

Καὶ τὰ δέκα δὲ κέρατα καὶ Δανιὴλ ἐθεώρησε [τὰ] τοῦ Ἀντιχρίστου προηγούμενα· ἐξ ὧν τὰ τρία, [φησὶν,] ἐκριζῶν, τοὺς λοιποὺς ὑποτάξει ὁ κατάρατος. Μίαν δὲ ὥραν ἢ τὸ βραχὺ τοῦ χρόνου φησὶν, ἢ τὴν μίαν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὥραν, ἤγουν τροπὴν, δηλαδὴ τρίμηνον · μεθ' ἣν τῷ Ἀντιχρίστῳ ὡς ὑπερέχοντι ὑποταγήσονται.

Οὗτοι μίαν ἔχουσι γνώμην · καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ διδόασιν · οὗτοι μετὰ τοῦ Ἀρνίου πολεμήσουσι · καὶ τὸ Ἀρνίον νικήσει αὐτούς · ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ, καὶ Βασιλεὺς βασιλέων · καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, C κλητοὶ, καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ πιστοί.

Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσιν. Εἰκότως · οὐδεὶς γὰρ δυσὶ κυρίοις δουλεῦσαι δύναται. Διὸ οἱ τὴν κακὴν ὁμονοοῦντες ὁμόνοιαν, καὶ τῷ Ἀντιχρίστῳ συντασσόμενοι, [καὶ] τῷ [ἀληθινῷ] Χριστῷ ἀντιτάξονται. Ἀλλὰ νικήσει αὐτοὺς ὁ δι' ἡμᾶς σφαγιασθείς, ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ · οὐ γὰρ ἀφῄρηται τὴν κατὰ πάντων βασιλείαν καὶ κυριότητα τῷ γεγενῆσθαι ἄνθρωπος, ἵνα καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς κοινωνοὺς τῆς αὐτοῦ βασιλείας κτήσηται.

Καὶ λέγει μοι · Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι· καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, καὶ τὸ θηρίον, D οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν [καὶ γυμνὴν], καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγωσι· καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί· ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, [καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην,] καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν [τῷ θηρίῳ] ἄχρι τελεσθήσονται οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

Καὶ λέγει μοι · Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι. Τοῦ ἀγγέλου [τοίνυν] ταῦτα σαφῶς ἑρμηνεύσαντος, περισσὴ ἡ ἀκριβεστέρα τούτων ἀνάπτυξις · ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι ἔπεισι, πῶς ἐστιν ἐχθρὸς καὶ ἐποικτὴς ὁ διάβολος · διὸ συνεργήσει τοῖς ὑπ' αὐτοῦ

ἡνιγμένους δέκα κέρασι, τῷ μὲν φιλαγάθῳ καὶ φιλαρέτῳ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀντιτάξασθαι· τὴν δὲ ἐκπορνεύσασαν ἐκ τῶν θείων ἐντολῶν πολυάνθρωπον πόλιν καὶ ταῖς αὐτοῦ ἡδοναῖς ὑπηρετήσασαν ἐρημῶσαι, καὶ δίκην αἱμοβόρου θηρίου τῶν αὐτῆς αἱμάτων πλησθῆναι· ὅτε τὴν ταύτης πυρπόλησιν εὐφροσύνης ὑπόθεσιν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων σαρκῶν τὴν κατατομὴν, τροφὴν οἰκείαν ἡγήσεται· καὶ ὁ ἀεὶ τῇ διχονοίᾳ χαίρων, συμφωνίαν τοῖς ἀποστατικοῖς δέκα δωρήσεται κέρασι. Τὸ δὲ ἐπαγόμενον, [τὸ] τὴν ἰωραμένην γυναῖκα νοεῖσθαι τὴν μεγίστην πόλιν τὴν ἐπάνω τῶν βασιλέων τῆς γῆς τὸ κράτος ἔχουσαν, ἀναμφίβολον ποιεῖ τὸ τῆς κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους κρατούσης δυναστείας τὰ πάθη προφητεύεσθαι· ὧν τῆς πείρας ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς [ἡμῶν] λυτρούμενος ἡμᾶς, τῇ ἐπουρανίῳ μητροπόλει τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐγκαταλέξοι· ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἔσται αὐτὸς, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· ὅτε καταργήσει πᾶσαν ἀρχὴν (δηλαδὴ ἀποστατικὴν), ἐξουσίαν καὶ δύναμιν· καὶ τοὺς πιστῶς καὶ φρονίμως ἐνταῦθα αὐτῷ δουλεύσαντας, ἀνακλινεῖ, καὶ διακονήσει αὐτοῖς· τουτέστι πᾶσαν τὴν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένην τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν προθήσει αὐτοῖς ἀπόλαυσιν. Ἧς καὶ ἡμᾶς ἀξιωθῆναι γένοιτο, ἐν Χριστῷ τῷ Σωτῆρι καὶ Λυτρωτῇ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A honestatis auctorem Christum Deum nostrum palam insurgerent, verum etiam uti populosam illam civitatem, a divinis præceptis exforaicatam, ipsiusque voluntati et voluptati sedulo obsecundantem, in solitudinem redigere, ejusdemque sanguine instar carnivoræ belluæ sese explere, necnon ex vastitate et depopulatione ejus lætitiæ materiam capere, et carnes humanas in frusta concisas, in escam et alimentum vertere, animum inducerent. Denique quomodo is qui dissidiis discordiisque mirifice pascitur, inter decem illa apostatica cornua pacem concordiamque conciliare potuerit, aut etiam voluerit. Porro autem cum subjungit, conspectam mulierem civitatem illam magnam esse, quæ super reges terræ imperium obtinet, de impendentibus B civitati illi ærumnis et crucibus verba fieri aperte insinuat; quæ per illud tempus rerum potietur. A quarum calamitatum, crucum, et ærumnarum experientia, clemens et benignus Deus nos liberet, cœlestisque Metropolis, hoc est supernæ Jerusalem civibus nos accenseat. In qua sane cœlesti Jerusalem, juxta apostoli doctrinam, ipse erit omnia in omnibus, quando nimirum evertet et enervabit omnem terrenum principatum, omnemque apostaticam potentiam et virtutem; necnon illos qui fideliter et prudenter hic illi servierunt, ad mensam suam accumbere faciet, totumque æternorum bonorum apparatum a constitutione mundi præparatum, quasi omnium minister, in usum et fruitionem ipsis apponet. Quarum rerum apparatu et fruitione nos quoque digni habeamur, per Christum Jesum animarum nostrarum assertorem; cum quo Patrem et Spiritum sanctum decet gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΚΕΦΑΛ. ΝΕ'. ΛΟΓΟΣ ΙΘ'.

CAPUT LV. SERMO XIX.

Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος δηλοῦντος· καὶ οὐρανίου φωνῆς, τὴν ἐκ τῆς πόλεως φυγὴν ἐντελλομένης· καὶ περὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν τερπνῶν ὧν πρὶν ἐκέκτητο.

De alio angelo Babylonis ruinam denuntiante: deque cœlesti voce, qua sancti civitatem deserere et voluptates quibus ante fruebantur, missas facere jubentur.

[*Καὶ*] *μετὰ ταῦτα εἶδον ἄλλον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην· καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ.*

XVIII, 1. *Et post hæc vidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, et terra illuminata est a gloria ejus.*

Κἀντεῦθεν τὸ φωτεινὸν καὶ λαμπρὸν τῶν ἁγίων δείκνυται Δυνάμεων, πολλῷ τῷ μέτρῳ τὸ ἀστρῶον καὶ φωστηρικὸν ὑπερνικῶν [κάλλος καὶ] σέλας.

81 Ex hoc clare ostenditur, quantus sanctarum Virtutum sit splendor et lux: multis namque partibus illarum pulchritudo, venustas et splendor, stellarum jubar et luminarium cœli splendorem et venustatem excedit.

Καὶ ἔκραξεν ἰσχυρᾷ φωνῇ [*μεγάλῃ*], *λέγων· Ἔπεσεν, ἔπεσεν* [*ἡ*] *Βαβυλὼν ἡ μεγάλη· καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου· ὅτι ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας* [*αὐτῆς*] *πεπώκασι πάντα τὰ ἔθνη.*

XVIII, 2, 3. *Et exclamavit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna; et facta est habitatio dæmoniorum, et custodia omnis spiritus immundi, et custodia omnis volucris immundæ et odibilis; quia de vino iræ scortationis ejus biberunt omnes gentes.*

Περὶ δὲ τῆς Χαλδαίων μητροπόλεως [Βαβυλῶνος] τῆς ὑπὸ Κύρου καὶ Περσῶν ἁλούσης, καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ συγγενῆ τούτοις προεφητεύετο· ὅτε θηρίων καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων πληροῦσθαι μελλούσης, δ.ὰ [τὴν] παντελῆ ἐρήμωσιν. Ἔθος γὰρ τοῖς τε θηρίοις τοῖς τε πονηροῖς δαίμοσι, τὰς ἐρήμους διώκειν· διά τε τὴν θείαν οἰκονομίαν, τῆς αὐτῶν βλάβης τοὺς ἀνθρώπους ἐλευθεροῦσαν, διά τε τὸ οἰκεῖον μισάν-

His cognata, Chaldæorum quoque metropoli Babyloni, quæ a Cyro Persarum rege capta est, Deus per Isaiam comminatur: siquidem ad designandam perfectam illius desolationem et vastitatem fore prædicit, ut feris immundisque spiritibus impleatur. Solent namque feræ belluæ malignique dæmones deserta loca consectari; partim quidem, quod cœleste numen homines non absque singulari

providentia a detrimento quod inferre poterant, hac ratione liberare studeat; partim etiam quod suapte natura sunt misanthropi, hominumque osores. At quo modo *scortationis suæ vino gentes potavit* hæc Babylon? Sane ad omnis prævaricationis et iniquitatis viam ducem se illis præbens; subditisque sibi civitatibus, muneribus corrupta, principes et magistratus veritatis contemptores justitiæque corruptores perficiens.

A θρωπον. Πῶς δὲ τοῦ οἴνου τῆς ἰδίας πορνείας τὰ ἔθνη ἐπότισεν ἡ παροῦσα Βαβυλών; Ἡ πάντως καθηγεμὼν πάσης παρανομίας τούτοις γινομένη, καὶ ταῖς ὑπηκόοις πόλεσι διὰ δώρων ἄρχοντας ἐχθροὺς τῆς ἀληθείας καὶ τῆς δικαιοσύνης ἐκπέμπουσα.

Et reges terræ cum illa fornicati sunt; et mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt.

Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν· καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς, ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν.

Propter opum iniquis artibus partarum abundantiam, otio (inquit) et ignavia tabescens, et in iis quæ in necessarium egentium usum verti debebant, supra decorum et modum lascivions, opportunam terræ mercatoribus quæstus materiam obtulit.

Καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν, φησὶ, τοῦ ἐξ ἀδικίας πλούτου, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν χρείαν ἐκτινομένη, καὶ καταστρηνιῶσα τῶν δεομένων, τοῖς τῆς γῆς ἐμπόροις κέρδους ὑπόθεσις γέγονεν.

XVIII, 4, 5. *Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite de illa, populus meus, ut ne participes sitis delictorum ejus, et de plagis ejus non accipiatis; quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cœlum, et recordatus est Dominus iniquitatum ejus.*

B *Καὶ ἤκουσα ἄλλης φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης· Ἐξέλθετε, λαός μου, ἀπ' αὐτῆς, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς, ἵνα μὴ λάβητε· ὅτι ἐκολλήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τῶν ἀδικημάτων αὐτῆς.*

Quod ad B. Loth in Sodomis agentem dicitur, nempe, *Salvando salva animam tuam* [69]: et apud Isaiam ad quosdam Israelitas, videlicet, *Recedite, recedite; exite inde; immundum ne tetigeritis* [70], id ipsum hoc loco Dei populo mandatur. Vitandus est namque illorum usus et habitatio, qui nefariis sceleribus Deum quotidie exasperant.

Ἐξέλθετε, λαός μου. — Ὅπερ τῷ Λὼτ [τῷ] ἐν Σοδόμοις ἐλέγετο, *Σῶζων σῶσον τὴν σεαυτοῦ ψυχήν*· καὶ ἐν [τῷ] Ἡσαΐᾳ, *Ἐξέλθετε ἀπ' αὐτῆς καὶ ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε*· τοῦτο κἀνταῦθά φησι· φευκτὴ γὰρ ἡ μετὰ τῶν παραπικραινόντων τὸν Θεὸν καὶ διαίτησις.

XVIII, 6, 7. *Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis; et duplicate duplicia secundum opera ejus: in poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum: quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum.*

Ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν· καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· C ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασεν [ὑμῖν], κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασεν, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν [καὶ πένθος].

Isthæc vel ad illos pertinent qui istic insontes inculpatique vivebant, et pessime interim ab iis tractabantur qui in illa civitate rerum potiebantur (utpote propter tristium quæ pertulerant patientiam, hoc quoque inter cætera promeriti, ut cumulate vicem illis redderent a quibus injuriam acceperant, pœnasque et cruciatus perpessi fuerant). Aut significant transitum a persona ad personam; nimirum ex illis qui injuria affecti erant, ad quasdam cœlestes virtutes pœnis irrogandis præfectas; quæ et divina charitate inflammatæ, injurias Dei servis illatas, non secus plectunt ac si sibi ipsis illatæ forent. *Duplum* 82 *poculum misceri* jubet, vel quod insigniter scelerati et peccatores, et in hoc, et in futuro quoque sæculo puniantur; vel quod corpus et anima, ex quibus opus procedit, communi supplicio olim afficientur: aut quod peccatum non modo pœna externa plectatur, verum sæpe quoque interiori; cujusmodi est illa, quam conscientiæ stimuli afferunt. Utraque tamen singulari Dei clementia multo minor est, quam exactæ justitiæ ratio exigebat.

Ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν· καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασεν [ὑμῖν], κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασεν, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν [καὶ πένθος].

Ἀπόδοτε αὐτῇ διπλᾶ, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς. — Ταῦτα ἢ [ὡς] πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ ἀθῴους καὶ πεπονθότας ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῇ κρατούντων, κάκιστά φησιν, ὡς αἰτίους διὰ τῆς τῶν ἀλγεινῶν ὑπομονῆς τῆς τῶν ἐπαγαγόντων ταῦτα κολάσεως· ἢ μετάβασιν δηλοῖ ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα, ἐκ τῶν ἠδικημένων πρὸς δυνάμεις [τινὰς] ἁγίας τιμωρητικὰς, οἰκειουμένας διὰ φιλοθεΐαν τὰς εἰς τοὺς συνδούλους γεγονυίας παρ' αὐτῆς κακώσεις. Διπλοῦν δὲ τὸ ποτηριὸν φησιν, ἢ διὰ τὸ κἀνταῦθα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] τοὺς λίαν ἁμαρτωλοὺς καὶ παρανόμους κολάζεσθαι· ἢ D διὰ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, ἐξ ὧν ἡ πρᾶξις κοινὴ, καὶ καθ' ὧν ἡ κόλασις· [ἢ] διὰ τὸ τῆς θείας φιλανθρωπίας πέλαγος, διπλᾶ ὀργιζομένης, τὰ καὶ αὐτῆς τῆς ἀκράτου δικαιούσης ἀποδίδοντα, διὰ τὸ τὴν ἁμαρτίαν ἔχειν [καὶ] ἐν τῷ τολμᾶσθαι πολλάκις τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος κόλασιν.

Quia in corde suo dicit: Sedeo regina, et vidua non sum, et luctum non videbo.

Ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει, [ὅτι] *Κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμὶ, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω.*

Mos est iis qui in voluptate et gaudio vitam

Καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. — Ἔθος γὰρ τοῖς ἐν εὐ-

[69] Gen. xix, 17. [70] Isa. lii, 11.

θυμίᾳ λέγειν, εἰ μὴ θεῖος αὐτοῖς πρόσεστι φόβος, Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ὃ καὶ αὕτη πρὸς-μεμαρτύρηκεν.

transigunt, nisi forsan divinus timor ipsos coerceat atque contineat, dicere : *Non movebor in æternum* [81]; id quod hæc ipsa quoque mulier adultera sibi pollicetur; sed vane.

Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός· καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται· ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς ὁ κρίνας αὐτήν.

XVIII, 8. *Ideo in una die venient plagæ ejus, mors, et luctus, et fames; et igne comburetur; quia fortis est Dominus Deus, qui judicabit illam.*

Μίαν δὲ ἡμέραν φησὶν, ἢ τὸ ἀθρόον καὶ ὀλίγον τοῦ καιροῦ, ἐν ᾧ ἔκ τε ῥομφαίας, ἔκ τε λοιμοῦ καὶ λιμοῦ, πένθος αὐτῇ προσγενήσεσθαι καὶ φθαρήσεσθαι καὶ πυρὶ κατακαυθήσεσθαι· ἢ καὶ αὐτῆς τῆς ἡμέρας τὸν δρόμον, ἐν ᾗ ταῦτα αὐτὴν προφητεύει πείσεσθαι. Μετὰ γὰρ τὸ ἐγκρατεῖς γενέσθαι τῆς πόλεως τοὺς ἐχθροὺς, ἐξαρκεῖ καὶ μία ἡμέρα, πᾶσαν τοῖς ἡττηθεῖσιν ἐπαγαγεῖν κάκωσιν καὶ πολυειδεῖς θανάτου τρόπους· ἰσχύοντος τοῦ Θεοῦ ὥσπερ [τὸ] σώζειν τοὺς εὐαρεστοῦντας αὐτῷ, οὕτω καὶ κολάζειν τοὺς ἀμετανοήτως ἐξαμαρτάνοντας.

Per *unum diem* insinuat vel temporis brevitatem, vel malorum repente irruentium magnitudinem. Simul namque ex gladio et fame luctus illi accedet; peste adhæc ante tentata, igne comburetur. Aut per unum diem ipsam diei periodum, in qua mala isthæc eam obruent, designat; siquidem ubi inimici civitate potiti fuerint, sat est vel una dies ad inferendum lethale detrimentum omnibus iis qui devicti succubuere, multiformesque mortis modos et rationes. Ut enim Deus homines qui ipsi placent, vel temporis puncto servare potest, ita insipientes quoque peccatisque contaminatos morte multare.

Καὶ κλαύσονται αὐτὴν, καὶ κόψονται ἀπ' αὐτῆς οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες· Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά· ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου.

XVIII, 9, 10. *Et flebunt illam, et plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, et in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendii ejus, longe stantes propter timorem tormenti ejus, dicentes: Væ, væ, civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis; quoniam una hora venit judicium tuum.*

Βασιλεῖς δὲ τῆς γῆς ἡγούμεθα [ἐνταῦθα] τοὺς ἄρχοντας λέγεσθαι, ὡς περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὁ Ψαλμῳδός φησιν· [ὅτι] Ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς αὐτῆς συνῆχθησαν. Τούτους δὲ λέγει τὴν ἐκ τῶν θείων ἐντολῶν πορνείαν ἐν αὐτῇ πράξαντας, κλαύσεσθαι, τὴν αὐτῆς ἀρῶντας ἢ ἀκούοντας πυρπόλησίν τε καὶ ἐρήμωσιν, καταπληττομένους τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν, πῶς ἐν ἀκαριαίῳ καιρῷ γέγονεν.

Per *reges*, hoc loco principes sublimioresque potestates et magistratus denotari putamus. Hoc enim sensu Psalmista vocem usurpat, cum de Jerusalem loquens, ita canit: *Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum* [82]. Et alio loco: *Ecce reges terræ congregati sunt* [83]. Hosce proinde, tanquam præ cæteris a divinis præceptis in illa scortatos, fleturos pronuntiat, ut primum illius depopulationem extremamque desolationem viderint vel audiverint. Etenim repentinam illam confertamque rerum mutationem animo expendentes, obstupefacti non poterunt intra se non dicere: Heu, ut temporis quasi momento tanta illa majestas tota simul concidit!

Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει· οὐκέτι γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου καὶ μαργαρίτου, καὶ βύσσου καὶ πορφυροῦ, καὶ κοκκίνου καὶ σηρικοῦ.

XVIII, 11, 12. *Et negotiatores terræ flebunt, et lugebunt super illam; quoniam merces illorum nemo emet amplius. Merces auri et argenti, et lapidis pretiosi, et margaritæ, et byssi et purpuræ, et serici, et coccini.*

Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι. — Τῶν γὰρ ἐν δυναστείᾳ καὶ τρυφῇ φθειρομένων, περιττὴ ἡ τούτων ὠνὴ καὶ κατάχρησις.

Supervacanea namque earum rerum emptio et usus est iis qui jam per luxum et potentiæ abusum perierunt.

Καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, καὶ μαρμάρου· καὶ κινάμωμον καὶ θυμίαμα, καὶ σμύρναν καὶ λίβανον, καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν καὶ σῖτον, καὶ κτήνη καὶ πρόβατα.

XVIII, 12, 13. *Et omne lignum thyinum, et omnia vasa eboris, et omnia vasa de lapide pretioso, et æramento et ferro, et marmore. Et cinamomum et amomum, et unguenti et thuris, et vini et olei, et similæ et tritici, et jumentorum et ovium.*

Προσυπακούεται τούτοις τὸ, Οὐδεὶς ἀγοράζει. Σκοπεῖν δὲ ἡμᾶς χρὴ τίνι τῶν πόλεων ἆρα ἡ [τῶν] τοιούτων εἰδῶν ὠνὴ συνήθης, καὶ τίσι μᾶλλον ἀνθρώ-

83 In his omnibus subauditur præcedens clausula, *nullus emit amplius*. Considerandum porro nobis hoc loco proponitur, eccuinam civitati istius-

[81] Psal. XIV, 5. [82] Psal. II, 2. [83] Psal. XLVII, 5.

modi rerum emptio sit usitatior ; et quibus rursum hominibus isthæc supervacaneorum possessio, ob immoderatum voluptatis studium, sit familiarior.

ποις ἡ τῶν περισσῶν κτῆσις περισπούδαστος διὰ τρυφὴν ἄμετρον.

[Probabile fit sane hunc locum non agere de prisca Babylone, vel de veteri aut nova Roma, aut de quavis alia peculiari civitate; sed de orbe universo, ejusdemque inquilinis, qui varia in eo negotia tractant, nundinarumque mundi hujus finem cum luctu et fletu excipient.]

Et equorum, et rhedarum, et mancipiorum.

Et horum itidem usus (inquit) erit supervacaneus. Per *rhedas* autem significantur vehicula ; *rheda* enim idem sonat Romanis quod Græcis ὄχημα, hoc est, *essedum* aut *vehiculum*. A rheda nascitur genitivus pluralis ῥεδάρουμ *rhedarum*, et per syncopen ῥεδῶμ.

Καὶ ἵππων καὶ ῥέδων καὶ σωμάτων.

Καὶ ἵππων καὶ ῥέδων καὶ σωμάτων, φησὶν, ἡ χρῆσις περισσή · διὰ δὲ τοῦ *ῥέδων* τὰ ὀχήματα εἰκὸς σημαίνεσθαι · ῥεδιοῦμ γὰρ Ῥωμαῖστὶ τὸ *ὄχημα* [λέγεται]· ἡ δὲ τούτου γενικὴ τῶν πληθυντικῶν, ῥεδιώρουμ · ἥτις κατὰ συγκοπὴν ῥέδων γέγονε.

XVIII, 14, 15. *Et animarum hominum. Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt a te ; omnia pinguia et præclara perierunt a te ; et amplius illa jam nequaquam invenies.*

In posterum, ait, mortalium animas non amplius emes, neque liberos homines in servitutem rediges; neque in pinguibus illis et splendidis, in quibus olim volutabaris, posthac volutabere, aut quidquam ex iis ad usum habebis.

Καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων · καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ · καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ [τὰ] λαμπρὰ ἀπῆλθετο ἀπὸ σοῦ · καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ εὑρῇς αὐτά.

Καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων. — Οὔτε ψυχὰς ἀνθρώπων ἐμπορεύσῃ, φησὶ, τοῦ λοιποῦ καταδουλοῦσα τοὺς ἐλευθέρους · οὔτε τῶν πάλαι λιπαρῶν καὶ λαμπρῶν ἕξεις τὴν ἀπόλαυσιν.

XVIII, 15-17. *Mercatores horum, qui divites facti sunt, ab ea longe stabunt, propter timorem tormentorum ejus, flentes, et lugentes, et dicentes : Væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta erat bysso, et purpura, et cocco ; deaurata erat auro, et lapide pretioso, et margaritis : quoniam una hora destitutæ sunt tantæ divitiæ.*

Οἱ ἔμποροι τούτων, οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν στήσονται, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, καὶ λέγοντες · Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσον καὶ πορφύραν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις · ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος.

Ob oculos ponit insignem Babylonis hujus cladem et afflictionem ; per luctus et lamentationes, calamitatis, quam perpessura illa quæ ante ob regiam dignitatem et majestatem, elato collo incedebat, magnitudinem apposite delineans.

Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη. — Ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ τῆς Βαβυλῶνος ταύτης πάθη, διὰ τῶν ἐπ' αὐτῇ θρήνων τὸ τῆς συμφορᾶς διαγράφων μέγεθος · ὅπερ πείσεται ἡ τὸ πρὶν αὐχοῦσα ἐπὶ βασιλικῷ ἀξιώματι.

XVIII, 17-19. *Et omnis gubernator, et omnes qui in locum navigant, et nautæ, et qui in mari operantur, longe steterunt, et clamaverunt, videntes fumum incendii ejus, dicentes : Quæ similis civitati huic magnæ ? Et miserunt pulverem super capita sua, et clamaverunt flentes, et lugentes, dicentes : Væ, væ, civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari, de pretiis ejus ; quoniam una hora desolata est.*

Καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς [ὁ] ἐπὶ τῶν πλοίων πλέων, καὶ ναῦται καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἐστηκότες ἔκραζον, βλέποντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, [καὶ ἔλεγον · Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ ; καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν · καὶ ἔκραζον, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, καὶ] λέγοντες · Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη · ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς · ὅτι [ἐν] μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη.

Etsi præsens vita *mare* per metaphoram appellatur, ut quæ fluctibus et tempestatibus sit plena ; et quotquot in ipsa negotiantur, curis et sollicitudinibus, quas ipsa affert, haud secus fere jactentur atque pisces, qui in pelago natantes, undis procellisque jactari solent, attamen non est a vero alienum, civitatem, quæ isthæc incommoda perpessura hic traditur, quampiam ex earum numero esse, quæ vero mari adjacens, ea quæ mare sulcantes important, suscipere assueta erat : quæ sua proinde solitudine et vastitate nautis et mercatoribus justam luctus materiam sit paritura. Idem, velint nolint, mundanæ hujus Babylonis et confusionis

Οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ. — Εἰ καὶ *θάλασσα* τροπικῶς ὁ παρὼν βίος ὡς πολυκύμων εἴρηται, καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἐμπορευόμενοι, οἱ τῷ βιωτικῷ ὡς ἰχθύες νηχόμενοι κλύδωνι · ἀλλ' εἰκὸς καὶ τὴν ταῦτα πάσχουσαν πόλιν, αἰσθητῇ θαλάσσῃ γειτνιῶσαν, [καὶ] τὰ παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ πλεόντων δεχομένην, πένθους τούτοις διὰ τῆς οἰκείας ἐρημώσεως ὑπόθεσιν ἔσεσθαι. Ταυτὸν δὲ παθεῖν ἐπάναγκες καὶ τοὺς τῆς παγκοσμίου Βαβυλῶνος ἡγουν συγχύσεως ἐμπόρους, ἐν τῇ συντελείᾳ τῶν ὁρωμένων, θρηνεῖν ἀπαραμύθητα, τῶν ἡδέων τοῦ παρόντος βίου ἀβουλήτως χωριζομένους καὶ κεντουμένους ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐπὶ ταῖς οἰκείαις πράξεσιν.

negotiatores patientur: dum sub sæculi finem oracula hæc consummabuntur. Lugebunt enim et lamentabuntur, nullam admittentes consolationem, cum a vitæ hujus voluptatibus et deliciis sese vel invitos abduci, stimulisque conscientiæ propter flagitia perpetrata citra intermissionem compungi animadverterint.

Εὐφραίνου ἐπ' αὐτὴν, οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγιοι, καὶ A *οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται· ὅτι ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς.*

Διὰ τοῦ *οὐρανοῦ* ἢ τοὺς ἀγγέλους φησὶν, ἢ τοὺς ἐν αὐτῷ ἔχοντας ἁγίους τὸ πολίτευμα· μεθ' ὧν τοῖς ἀποστόλοις καὶ προφήταις τὴν εὐφροσύνην ἐγκελεύεται· ὅτιπερ ἐφ' οἷς ὑβρισμένοι παρ' αὐτῆς εἰσιν, ἐκδεδίκηνται· ἢ ὡς πολλάκις διὰ τῆς παραβάσεως τῶν θείων ἐντολῶν ἀτιμασθέντες, ἅτε ἐμβοήσαντες ἀνόνητα τοῖς τῆς λεχθείσης πόλεως; οἰκήτορσιν· ἢ ὡς ἐν τῇ καθ' ὅλης τῆς γῆς συγκεχυμένῃ δυναστείᾳ διὰ τὸν Θεὸν σφαγιασθέντες, ὅτι τοῖς λόγοις αὐτοῦ διηκονήσαντο· ὅθεν οἱ μὲν προφῆται ὑπὸ Ἰουδαίων, οἱ δὲ ἀπόστολοι ὑπὸ τῶν ἐθνῶν, οἷς μάλιστα τὸν λόγον ἐκήρυξαν, ἀπεκτάνθησαν. Οὐχ ὡς χαιρεσίκακοι δὲ τῇ τῶν παιδειῶν ἐπιφορᾷ χαίρουσιν· ἀλλ' ὡς ἐπιθυμίαν διάπυρον περὶ τὴν διακοπὴν τῆς ἁμαρτίας ἔχοντες· ὡς ἂν οἱ ταύτῃ δουλωθέντες, ἡμερωτέρας τύχωσι τῆς κολάσεως ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] δι' ὧν ἐνταῦθα μερικῶς μαστίζονται.

84 XVIII, 20. *Exsulta super eam, cœlum, et sancti apostoli et prophetæ, quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa.*

Per *cœlum* vel angelos vel sanctos accipe, qui suam in illo conversationem habent; cum quibus apostolis simul et prophetis lætitia festumque gaudium indicitur; ob id nimirum quod vindicta semel ab iis exigatur, a quibus magnam sæpe injuriam acceperant; et magno rursum mœrore et contumelia propter divinorum præceptorum prævaricationem affecti sæpenumero fuerant: quippe qui, nullo fere fructu, divina animæque salutaria documenta prædictæ civitatis habitatoribus occinuerant. Aut ob id sane, quod a confusa orbis terræ potentia, propter Deum ejusque verbum, quod B fideliter administrabant, trucidati, justam ultionem tandem aliquando videant. Constat namque sanctos prophetas a Judæis, apostolos autem a gentibus, quibus Evangelium præcipue prædicaverant, occisos fuisse. Gaudent autem sancti, dum impii et peccatores flagellantur, pœnasque promeritas pendunt; non quod ex aliorum malis oblectationem capiant, sed quod peccatum exscindi et coerceri summopere desiderent; quo hac ratione servi illius mitiores pœnas in futuro seculo luant, propterea quod in hoc præsenti aliqua jam ex parte videantur castigati.

Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον μέγαν ὡς μύλον· καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων· Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγαλόπολις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι· καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν, καὶ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν, οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι [καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι·] καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι, ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς· καὶ ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐν αὐτῇ αἵματα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

Καθάπερ, φησὶν, ὁ μύλος καταδύει ὁρμήματι εἰς τὴν θάλασσαν, οὕτω καὶ ἡ τῆς Βαβυλῶνος ταύτης ἀθρόον ἔσται καθαίρεσις· ὥστε μήτε ἴχνος αὐτῆς φυλαχθῆναι εἰς τὸ μετέπειτα· τοῦτο γὰρ σημαίνει ἡ τῶν κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ τῶν λοιπῶν [ᾠδῶν] ἔκλειψις. Τὴν δὲ αἰτίαν φησὶν, ὅτι D πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῇ οἰκείᾳ [μελῳδίᾳ καὶ] φαρμακείᾳ ἐπλάνησε, καὶ σιμάτων προφητικῶν καὶ λοιπῶν ἁγίων γέγονε δοχεῖον· δι' ὧν ἁπάντων [καὶ] τὴν ἀσεβῆ παρὰ Πέρσαις Βαβυλῶνα δηλοῦσθαι εἰκὸς, ὡς πολλῶν ἁγίων κατὰ διαφόρους καιροὺς μέχρι τοῦ νῦν δεξαμένην αἵματα, καὶ ὡς μαγείαις καὶ ἀπάταις διηνεκῶς χαίρουσαν. Καὶ τοῦτο ἡμῖν εὐχῆς ἔργον, ταύτην τὰ προφητευθέντα δέξασθαι τῆς κατὰ Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ δούλων ἀλαζονείας ἐπίχειρα [φέρουσαν]· ἀλλ' ἐναντιοῦσθαί πως δοκεῖ τῇ ὑπολήψει ταύτῃ τὸ ἐκ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἐκκλησίας

XVIII, 21-24. *Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, et misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna; et ultra tam non invenietur: et vox citharœdorum et musicorum, et tibia canentium et tuba, non audietur in te amplius; et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius; et vox molæ non audietur in te amplius; et lux lucernæ non lucebit in te amplius; et vox sponsi et sponsæ non audietur posthac in te: quia mercatores tui erant principes terræ; quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes: et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est, et omnium qui interfecti sunt in terra.*

Quemadmodum molaris lapis magno impetu ad maris fundum fertur, ita, inquit, Babylonis hujus interitus usque adeo subitus, impetuosus et absolutus erit, ut ne vestigium quidem post se reliquum faciat. Hoc enim per citharœdorum et musicorum, et reliquorum ejusmodi defectionem significatur. Causam autem defectionis hujus non aliam reddit, quam quod gentes omnes musicæ suæ suavitate, suisque veneficiis et incantationibus seduxerit, sanguinisque prophetarum et reliquorum sanctorum receptaculum exstiterit. Per quæ omnia videri queat, impiam illam Babylonem, quæ apud Persas exstat, denotari: ut quæ multorum sanctorum sanguinem diversis temporibus effuderit, et usque ad præsentem diem effundere non desinit, magiisque et incantationibus et cæteris superstitionibus studiose semper dedita fuerit. Et quidem optari possit

hanc eam ipsam esse, quæ superbiæ et insolentiæ adversus Christum et servos ejus declaratæ pœnas, de quibus dictum est, luat. Verum huic opinioni adversari videtur, quod plerique veteres Ecclesiæ doctores hæc contra eam Babylonem prædicta tradant, quæ apud Romanos exstat; cum ob alia, tum vero maxime, quod in quarta bestia, nempe in Romano **85** imperio, visa sint decem cornua, e quibus unum inde enatum, tria mox radicitus evertit, cætera vero sibi subjugat. Tum rursum quod Antichristus, ubi venerit, tanquam rex Romanorum in medium proditurus sit, eo quidem colore et prætextu quasi illorum imperium velit instaurare et confovere, necnon adversus hostes cum illis conspirare; cum re ipsa tamen consummatam illius eversionem et vastitatem moliturus sit. Eapropter, ut ante quoque dictum est, rectius per regnum hoc accipitur orbis imperium, in unum quasi corpus ex variis membris, quæ jam inde ab initio usque modo exstiterunt, conflatum rerumque potitum. Hoc enim illud est, quod revera apostolorum et prophetarum et martyrum sanguinem effudit et non una aliqua singularis civitas. Qui igitur urbem hanc magnam hoc sensu interpretatus fuerit, haud facile ille a scopo aut decoro aberraverit. Etenim ut unus chorus, et unus exercitus, et una civitas dicitur, etiamsi multitudo, quæ unumquodque istorum membrorum constituit, identidem mutetur; ita unum etiam regnum dici potest, etiamsi in multa loca et tempora distinguatur et discindatur.

διδασκάλων κατὰ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις Βαβυλῶνος ταῦτα φάναι προφητεύεσθαι· διὰ τὸ ἐν τῷ τετάρτῳ θηρίῳ ἐωρᾶσθαι τὰ δέκα κέρατα, τουτέστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ· καὶ ἐξ αὐτῆς τὸ ἓν βλαστάνον ἐκριζοῦν τὰ τρία, καὶ τὰ λοιπὰ ὑποτάττειν, καὶ ὡς βασιλέα Ῥωμαίων ἐλεύσεσθαι προσχήματι μὲν τοῦ θάλπειν καὶ συγκροτεῖν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν· τῇ δὲ ἀληθείᾳ, τοῦ τὴν τελείαν αὐτῆς λύσιν ἐργάσασθαι. Διό, ὡς εἴρηται, τὴν ὡς ἐν ἑνὶ σώματι ἀρχῆθεν μέχρι τοῦ νῦν κρατήσασαν βασιλείαν ταύτην τις ἐκλαβών, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀποστόλων καὶ προφητῶν καὶ μαρτύρων ἐκχέασαν αἵματα, οὐκ ἂν διαμάρτοι τοῦ προσήκοντος· καὶ γὰρ ὥσπερ εἷς χορὸς καὶ στρατὸς καὶ μία πόλις λέγεται, κἂν ὑπαλλαγῶσιν οἱ ἀναπληροῦντες τούτων ἕκαστον, οὕτω καὶ βασιλεία μία, κἂν εἰς πολλοὺς χρόνους καὶ τόπους κατακερματίζηται.

CAPUT LVI.

De sanctorum hymnis et laudibus, triplicique Alleluia, quod propter subversam Babylonem cecinerunt sancti.

XIX, 1-4. *Post hæc audivi quasi vocem tubarum multarum in cœlo dicentium, Alleluia, laus et gloria et virtus Deo nostro est: quia vera et justa judicia ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua; et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus. Et iterum dixerunt, Alleluia: et fumus ejus ascendit in sæcula sæculorum. Et ceciderunt viginti quatuor seniores, et quatuor animalia, et adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes, Amen: Alleluia.*

ΚΕΦΑΛ. ΝϚ'.

Περὶ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας καὶ τοῦ τριπλοῦ ἀλληλούϊα, ὅπερ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Βαβυλῶνος ᾄδουσιν [οἱ ἅγιοι.]

Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνῆς ὄχλου πολλοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ λεγόντων· Ἀλληλούϊα· ἡ σωτηρία καὶ ἡ δόξα, [καὶ ἡ τιμὴ] καὶ ἡ δύναμις [Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν·] ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ· ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις διέφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς· καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς. Καὶ δεύτερον εἰρήκασιν· Ἀλληλούϊα. Καὶ ὁ καπνὸς [αὐτῆς] ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ ἔπεσον οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ [τοῦ] θρόνου, λέγοντες· Ἀμήν, ἀλληλούϊα.

Vox *Alleluia*, divinam laudem; vox autem *Amen*, *vere*, aut *fiat*, significat: utraque [vero propter unam Deitatem in tribus personis, Patris nimirum, et Filii, et Spiritus sancti, subsistentem trifariam, cum ab angelicis virtutibus, tum ab hominibus quoque angelicæ puritatis æmulis, ad Deum transmittitur. Laudant autem illi Deum, quod servorum suorum sanguinem de manu Babylonis vindicaverit, ejusdemque habitatores per temporarium cruciatum beneficio affecerit, quippe qui jam aliquatenus puniti, moderatiorem in futuro sæculo pœnam daturi sunt, æternam tamen; peccandi facultate prorsus orbati. Quod autem accensæ civitatis *fumus in sæcula sæculorum ascendit*, illud tormenta ejus nunquam finem habitura, neque ullo unquam tempore in oblivionem ventura, innuit.

Τὸ μὲν Ἀλληλούϊα, θεῖον αἶνον σημαίνει· τὸ δὲ Ἀμήν, ἀληθῶς, ἢ γένοιτο· ἅπερ κοινῶς ἔκτε τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, ἔκ τε τῶν ἰσαγγέλων ἀνθρώπων, τῷ Θεῷ φησιν ἀναπέμπεσθαι τρισσῶς, διὰ τὴν τρισυπόστατον [τοῦ] Πατρὸς [καὶ τοῦ] Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐνιαίαν θεότητα· ὅτι καὶ τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ [τῆς] χειρὸς Βαβυλῶνος ἐξεδίκησε, καὶ τοὺς αὐτῆς οἰκήτορας διὰ τῆς κολάσεως εὐηργέτησεν, ἐκκοπὴν τῆς ἁμαρτίας ἐργασάμενος. Διὰ δὲ τοῦ *εἰς αἰῶνας αἰώνων τὸν καπνὸν ἀναβαίνειν* τῆς πόλεως, δηλοῦται ἢ τὸ εἰς τὸ διηνεκὲς τῶν ἐπελθουσῶν αὐτῇ κολάσεων ἀνεπίληστον· ἢ τὸ μερικῶς αὐτὴν δοῦσαν δίκας, μετριωτέρας μὲν, αἰωνίως δὲ ὅμως ἐν τῷ μέλλοντι κολασθήσεσθαι.

Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα· Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, [καὶ] οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι.

Θρόνος δὲ *τοῦ Θεοῦ*, τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφίμ· ἀφ' ὧν ὑμνεῖν αὐτὸν ἐγκελεύονται, οὐχ οἱ μεγάλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μικροὶ ἐν κατορθώμασι, καταλλήλως ἕκαστος τῆς οἰκείας δυνάμεως. Οἶμαι δὲ, καὶ οἱ νῦν μικροὶ τῇ ἡλικίᾳ καὶ ἀτελεῖς παῖδες [θνήσκοντες], μεγάλοι ἀνιστάμενοι, τὸν μεγαλουργὸν Θεὸν ὑμνήσουσιν.

novissimo illo die magnos resurrecturos, Deumque turos.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνῆς ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνῆς βροντῶν ἰσχυρῶν, λεγούσης· Ἀλληλούϊα· ὅτι ἐβασίλευσεν [Κύριος] ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ· χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιῶμεν, καὶ δώσομεν τὴν δόξαν αὐτῷ· ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ Ἀρνίου.

Ἡ δὲ *φωνὴ τοῦ ὄχλου καὶ τῶν πολλῶν ὑδάτων καὶ τῶν βροντῶν* δηλοῖ τὸ διαπρύσιον ἐν ὑμνολογίᾳ, πασῶν τῶν ἀγγελικῶν καὶ οὐρανίων ἀριθμήτων οὐσῶν δυνάμεων (ἃς τινὲς *τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν* ἐνόησαν)· μεθ' ὧν καὶ ἅπαν τὸ τῶν δικαίων σύστημά τε καὶ πλήρωμα δοξολογεῖ τὸν κτίσαντα. Ἐβασίλευσε δὲ ὁ [Κύριος Ἰησοῦς] Χριστὸς, ὧν φυσικῶς ὡς δημιουργὸς ἐδέσποζε, τούτων διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως βασιλεύσας, ἢ κατὰ γνωμικὴν οἰκείωσιν, ἢ καὶ ἐξουσίαν βασιλεῖ καὶ κριτῇ πρέπουσαν. Γάμον δὲ Ἀρνίου τὴν τῆς Ἐκκλησίας πρὸς Χριστὸν λέγει συνάφειαν· ἧς ἁρμόσονται οἱ θεῖοι γεγόνασιν ἀπόστολοι· δι' ὧν αὐτῇ ὁ ἀῤῥαβὼν ἐδόθη τοῦ Πνεύματος, ὡς ἀποληψομένῃ τότε τὴν πρόσωπον κατὰ πρόσωπον εἰλικρινῆ [τούτου] συνάφειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΝΖ'.

Περὶ τοῦ μυστικοῦ γάμου καὶ [τοῦ] δείπνου τοῦ Ἀρνίου.

Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν· καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. Τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων ἐστί. Καὶ λέγει μοι· [Γράψον·] Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον [τοῦ γάμου] τοῦ Ἀρνίου κεκλημένοι· καὶ λέγει μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ.

Τὸ *βύσσινον* τὴν Ἐκκλησίαν *ἐνδεδύσθαι*, δηλοῖ τὸ λαμπρὸν ἐν ἀρεταῖς, καὶ ἐννοήσει λεπτὸν, καὶ ὑψηλὸν ἐν θεωρήμασι· τούτοις γὰρ τὰ θεῖα ἐξυφαίνονται δικαιώματα. *Δεῖπνον* δὲ *Χριστοῦ*, ἡ τῶν σωζομένων ἑορτὴ καὶ εὐφροσύνη ἐναρμόνιος· ἧς μακάριοι οἱ τευξόμενοι, καὶ τῷ ἁγίῳ τῶν καθαρῶν ψυχῶν Νυμφίῳ εἰς τὸν αἰώνιον νυμφῶνα, συνεισελευσόμενοι. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀγαθῶν, καὶ πᾶσαν ὑπερβαινόντων διάνοιαν, πολυωνύμως [καὶ] ἡ τούτων μετοχὴ προφέρεται· ποτὲ μὲν, ὡς *βασιλεία οὐράνιος*, διὰ τὸ ἔνδοξον αὐτῆς καὶ τίμιον· ποτὲ δὲ, ὡς *παράδεισος*, διὰ τὴν ἀνέκλειπτον τῶν ἀγαθῶν πανδαισίαν· ποτὲ δὲ, ὡς *κόλποι Ἀβραάμ*,

A XIX, 5. *Et vox de throno exivit, dicens : Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus, et qui timetis eum, pusilli et magni.*

Thronus Dei sunt Cherubim et Seraphim ; a quibus et magni et in virtutibus præclari, et facinoribus parvi, Deum laudare jubentur, unusquisque tamen secundum propriæ virtutis modum et rationem. Existimo autem illos quoque, qui adhuc parvi et imperfecti, hoc est, in puerili vel infantili ætate etiamnum **86** constituti, vita nunc defunguntur, qui magna operatur, cum cæteris beatis lauda-

B XIX, 6. *Et audivi vocem quasi tubæ magnæ, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium : Alleluia : quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens.*

Per *tubæ multarumque aquarum et tonitruorum vocem*, omnium angelorum cœlestiumque virtutum (quæ utique numerum omnem excedunt ; adeo ut non desint qui per *aquas quæ super cœlos sunt*, cœlestes mentes designatas existiment) claritatem et in divina laude concentum hoc loco insinuat : una autem cum iis universus justorum cœtus et sanctorum plenitudo Deum creatorem glorificat et celebrat. Porro Deus et Dominus noster Jesus Christus, ob id regnasse perhibetur hic : Nam quibus ante dominabatur naturaliter, tanquam rerum C Opifex, horum post humanæ naturæ susceptionem factus est rex quadam œconomica ratione et proprietate ; hoc est, secundum potestatem in Regem et Judicem convenientem.

CAPUT LVII.

De mysticis Agni nuptiis, ejusdemque Agni cœna.

XIX, 7-9. *Gaudeamus et exultemus, et demus gloriam ei ; quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti et candido. Byssinum enim justificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scribe : Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* D *Et dicit mihi. Hæc verba Dei vera sunt.*

Per *Agni nuptias* Christi cum Ecclesia conjunctionem intellige, quas præ cæteris divini apostoli conciliarunt : hi enim sunt per quos Spiritus sancti pignus datum est Ecclesiæ ; quæ suo postea tempore plenum subitura est sponsi complexum, hoc est, facie ad faciem Deum visura est. Cæterum quod Ecclesiam, de qua hic sermo, *byssinum indutam* asserit, id virtutum illius splendorem notitiæque subtilitatem, et contemplationis sublimitatem significat. Per hæc namque divinæ justificationes contexuntur. *Christi* autem *cœna* est læta eorum festivitas qui salvi fiunt, ordinatissimaque et concinnissima eorumdem lætitia et jucunditas. Qua proinde qui potientur, beati erunt ; necnon cum casto munda-

rum animarum sponso in æternum thalamum ingredientur. Verax est enim mentirique nescius qui promisit. At vero cum varia et magna futuri sæculi sint bona, quæ omnem mentem et cogitationem multis partibus superant, illorum usus et participatio variis multisque nominibus exprimitur. Quandoquidem propter incomparabilem gloriæ splendorisque magnitudinem, beatorum merces aliquando *regni cælestis* nomine designatur. Nonnunquam vero, quod bonorum omnium copia, quæ nunquam deficiunt, affluat, et esculentorum spiritalium omnium apparatu abundet, *Paradisus* vocatur; quandoque autem *sinus Abrahæ* appellatur; ea fortassis de causa, quod vita defuncti ibi sortiantur requiem. Interdum denique *thalami* et *nuptiarum* vocabulo insinuantur; idque, ut nobis videtur, non modo propter continuam lætitiam et oblectationem, verum etiam propter sinceram et inexplicabilem Dei ad servos suos conjunctionem; quæ tantum excedit corporum copulam, quantum lumen tenebras, et pretiosum unguentum cujusque cadaveris fœtorem et graveolentiam.

διὰ τὴν ἐκεῖ τῶν κεκμηκότων ἀνάπαυσιν· ποτὲ δὲ, ὡς *νυμφὼν* καὶ *γάμος*· οὐ μόνον διὰ τὴν εὐφροσύνην τὴν ἄληκτον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς αὐτοῦ δούλους συνάφειαν, τοσοῦτον ὑπεραίρουσαν τὴν τῶν σωμάτων πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν, ὅσον φῶς σκότους καὶ μύρον δυσωδίας διέστηκε.

87 XIX, 10. *Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum; et dicit mihi, Vide ne feceris: conservus tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Jesu. Deum adora: testimonium enim Jesu est spiritus prophetiæ.*

Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ. Καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σού εἰμι καὶ τῶν ἀδελφῶν σου [καὶ] τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ. Τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.

Ne me adores, inquit divinus angelus; quasi ex me quæ futura sunt prædixerim. Etenim confessio et testimonium Christi ejus ponderis sunt, ut propheticum spiritum largiantur. Quin alio quoque sensu exponi hæc possunt; nempe prophetiam ob id obtingere, quo Christi testificatio firmetur, fidesque sanctorum attestatione corroboretur. Eapropter cave conservum adores: sed si adorare lubet, eum adora, qui dominium in omnes obtinet. Atque hinc quoque humilem submissumque sanctorum angelorum sensum et mentem cognoscere licet. Clare namque ex hoc loco constat, divinam gloriam, ut effrontes lascivique dæmones solent, neutiquam sibi arrogare; verum quidquid ejusmodi exsistit, id totum Domino deferre. Faxit Deus, ut nos quoque humilitatis exemplo invicem prælucentes, divinum sermonem impleamus, qui ait: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris* [a]; futurique sæculi quietem ac refrigerii locum adipiscamur; ubi omnis dolor, et tristitia, et gemitus aufugit, omniumque lætantium est habitatio, lumine vultus Christi Dei nostri mirifice illustrata. Illum decet omnis honor, et gloria, et adoratio, cum Patre, et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Μή· σύνδουλός σού εἰμι. — Μὴ προσκύνει με· φησὶν ὁ θεῖος ἄγγελος, ὡς τὰ μέλλοντα προλέγοντα· ἡ γὰρ εἰς Χριστὸν ὁμολογία ἤγουν μαρτυρία, αὕτη χορηγός ἐστι προφητικοῦ Πνεύματος. Καὶ ἑτέρως δὲ νοητέον· ὅτι διὰ τοῦτο ἡ προφητεία, ἵνα βεβαιωθῇ ἡ Χριστοῦ μαρτυρία, καὶ ἡ πίστις ὑπὸ τῶν ἁγίων διαμαρτύρηται· διὸ μὴ [μοι] τῷ συνδούλῳ προσκύνει, ἀλλὰ τῷ πάντων τὸ κράτος ἔχοντι. Κἀκ τούτου δὲ τὸ ταπεινὸν φρόνημα τῶν ἁγίων ἀγγέλων μανθάνομεν, πῶς οὐ σφετερίζονται τὴν θείαν δόξαν κατὰ τοὺς ἀλάστορας δαίμονας, ἀλλὰ ταύτην τῷ Δεσπότῃ προσφέρουσι. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς τῇ ταπεινοφροσύνῃ προηγουμένους ἀλλήλων, τὸ Δεσποτικὸν πληροῦν λόγιον, τὸ φάσκον· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*, καὶ τυχεῖν τῆς ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] ἀναπαύσεως, ἔνθα ἀπέδρα [πᾶσα ὀδύνη,] λύπη, καὶ στεναγμός· ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία· καταυγαζόμενοι τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ᾧ πρέπει πᾶσα δοξολογία, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CAPUT LVIII. SERMO XX.

Ut Christum viderit Evangelista angelicarum virtutum agminibus cinctum, alboque equo insidentem.

potiantur, omnique voluptatum genere perfruantur ; post hoc autem tempus elapsum, universalem omnium, hoc est non justorum tantum, verum etiam peccatorum, resurrectionem fore. Sed Ecclesia neutrum horum recipit ; nosque cum Christum ad Sadducæos dicentem audimus, justos vitam in cœlo angelis Dei similem acturos : et Apostolum asserentem, regnum Dei non esse cibum aut potum : per mille annos universum evangelicæ prædicationis tempus designatum putamus. Nam, ut ante scriptum est, nulla necessitas nos cogit ut ad mille annos absolute illud tempus constringamus : neque enim illud quod in Canticis dicitur : *Unusquisque pro fructu suo mille argenteos apponet* [62] : rursum, *Mille Salomoni, et ducenti iis qui servant fructum ejus* [63], numerum hunc absolute designat, sed fructuum tantum multitudinem, fructificationisque ubertatem ; quemadmodum hoc quoque loco per mille annos perfecta fidei fructificatio significatur. Post quam filius perditionis, homo ille iniquitatis veniet, ut judicentur omnes qui veritati non crediderunt, sed, juxta Apostoli doctrinam, quam Christum confirmat, in iniquitate vitam traducere optimum duxerunt. Christi verba sunt : *Ego veni in nomine Patris mei, et non suscepistis me ; alius veniet in nomine suo, et illum suscipietis* [64]. Tunc igitur, ut dictum est, Satanas e carcere solutus seducet omnes gentes ; et Gog preterea et Magog ad totius orbis vastitatem et desolationem concitabit in prælium. Sunt autem ex veteribus qui per *Gog* et *Magog* gentes quasdam Scythicas et Aquilonares insinuatas existimant (quæ alio nomine *Hunni* appellantur), bellica virtute et militum numero quavis terrena potentia finitimoque regno potentiores. Quare sola quoque Dei manu et potestate coerceri dicuntur, ne toto terrarum orbe potiantur, suoque eumdem imperio subjugent ; idque usque ad Antichristi Satanæque adventum. Cæterum quod nomen *Gog*, si Latine ex Hebræo interpreteris, sonet colligentem vel collectionem, *Magog* autem elevationem vel elevatum, quidam per ejusmodi nomina ingentem hominum turbam hinc inde collectam, summamque mentis elationem significata arbitrantur. Advertendum est præterea Ezechielem queque vaticinatum, gentem, de qua hic sermo, magna cum potentia novissimis diebus venturam, ingentique **95** bellica multitudine terram pressuram, igneque et armis late omnia vastaturam. Hoc tamen oraculum quidam ex interpretibus ad casum Assyriorum, qui tempore Ezechiæ regis sub Senacherib militabant, retulerunt ; sed perperam : siquidem Assyriorum clades multo tempore ante editam Ezechielis prophetiam accidit. Alii proinde transferunt ad gentium populorumque interitum, qui invaserunt eos qui, ex Babylonica captivitate reversi, Jerusalem instaurare instituerant : primo quidem Cyro Per-

[62] Cant. VIII, 11. [63] ibid. 12. [64] Joan. V, 43.

A των ἡ Ἐκκλησία δέδεκται, περιττόν ἐστι λέγειν. Ἡμεῖς τοίνυν ἀκούοντες τοῦ Κυρίου πρὸς τοὺς Σαδδουκαίους λέγοντος, ὅτι *Ὡς οἱ ἄγγελοι* [*τοῦ*] *θεοῦ ἐν* [*τῷ*] *οὐρανῷ, οὕτως* [*καὶ*] *οἱ δίκαιοι ἔσονται·* καὶ τοῦ Ἀποστόλου φήσαντος, [ὅτι] *Ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι βρῶσις καὶ πόσις*, τὸν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος χρόνον τὴν χιλιετίαν ἐξελάβομεν. Ὡς γὰρ προγέγραπται, οὐκ ἀνάγκη τὰ τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ νοῆσαι τὰ χίλια [ἔτη]· οὐδὲ γὰρ τὸ ἐν τοῖς Ἄσμασιν εἰρημένον, *Ἀνὴρ θήσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίου·* καὶ πάλιν, *Οἱ χίλιοι τῷ Σολομῶν, καὶ οἱ διακόσιοι.* [Καὶ ὁ Ἰησοῦς] τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ, τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐδήλωσεν· ἀλλὰ [καὶ] τὸ πλῆθος καὶ τὸ ἐν καρποφορίᾳ τέλειον· ὥσπερ κἀνταῦθα ἡ τελειοτάτη καρποφορία τῆς πίστεως· μεθ' ἣν ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας, ἐλεύσεται· ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ κατὰ τὸ Δεσποτικὸν λόγιον, φῆσαν· *Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με· ἄλλος ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῷ οἰκείῳ ἐλεύσεται, καὶ ἐκεῖνον λήψεσθε.* Τότε τοίνυν, ὡς εἴρηται, λυόμενος ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, πλανήσει πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ κινήσει εἰς πόλεμον πρὸς τὴν τῆς οἰκουμένης ἐρήμωσιν. Εἶναι δὲ τὸν *Γὼγ* καὶ τὸν *Μαγὼγ* τινὲς μὲν Σκυθικὰ ἔθνη νομίζουσιν ὑπερβόρεια, ἅπερ καλοῦμεν *Οὐννικά*, πάσης ἐπιγείου βασιλείας [καὶ ἔθνους], ὡς ὁρῶμεν, πολυανθρωπότερά [τε] καὶ πολεμικώτερα· μόνῃ δὲ τῇ θείᾳ χειρὶ πρὸς τὸ κρατῆσαι τῆς οἰκουμένης πάσης ἐπεχόμενα, ἄχρι [τῆς] τοῦ διαβόλου λύσεως. Τινὲς δὲ τὸν *Γὼγ* ἀθροίζοντα ἢ ἄθροισμα· καὶ τὸν *Μαγὼγ*, ἐπηρμένον, ἐκ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης ἑρμηνεύουσιν, ὡς διὰ τῶν ὀνομάτων ἢ τὸ ἄθροισμα τῶν ἐθνῶν, ἢ τὸ ὑπερήφανον διασημαίνεσθαι. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ [ὁ] Ἰεζεκιὴλ ταῦτα τὰ ἔθνη προεφήτευσεν ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἐλευσόμενα σὺν δυνάμει βαρείᾳ ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ πεσεῖσθαι, καὶ ἐπταετίαν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὅπλοις, ὡς διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν πῦρ καίεσθαι· ὅπερ τῶν ἑρμηνευτῶν τινὲς μὲν εἰς τὴν ἐπὶ Ἐζεκίου τῶν σὺν τῷ Σεναχηρεὶμ Ἀσσυρίων πτῶσιν ἐξελάβοντο, πρὸ πολλῶν χρόνων γεγενημένην τῆς τοῦ Ἰεζεκιὴλ προφητείας· τινὲς δὲ, εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀπώλειαν τῶν ἐπιθεμένων τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλωνίων ἅλωσιν ἀνατειχίζειν μέλλουσι, πρώτου Κύρου τοῦ Πέρσου, καὶ μετ' αὐτὸν Δαρείου τοῖς τῆς Ἀσσυρίας ἐπάρχοις τοῦτο κελεύσαντος· τινὲς δὲ, εἰς τὰς Ἀντιόχου δυνάμεις τοῖς Μακαβαίοις ἠττηθείσας. Ὅτι δὲ μᾶλλον τοῖς ἐσχάτοις ἁρμόζει χρόνοις ἡ τούτων ἔλευσις, δῆλον· πρῶτον μὲν, τῷ μηδαμοῦ γεγράφθαι Σκυθικὰ ἔθνη κατὰ Ἰουδαίων τοιγενικαῦτα ἄρασθαι πόλεμον, ἀλλὰ μόνα τὰ περίοικα, τῆς ἐθνικῆς εὐδαιμονίας τούτοις βασκαίνοντα· δεύτερον δὲ, τῷ γεγράφθαι περὶ τοῦ Γὼγ, [ὅτι] ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ἑτοιμασθήσεται, καὶ ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἐλεύσεται· τρίτον δὲ, τῷ ἐν τῇ παρουσίᾳ ἀποκαλύψει προφητευ-

οὐσῃ τὰ μέλλοντα γεγράφθαι [πρὸς τῷ τέλει τοῦ αἰῶνος τούτου, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ ἐλεύσεσθαι].

A sarum rege, post illum vero Dario, Syriæ præfectis opem eam in rem conferre mandantibus. Non desunt deniqne qui a l Antiochi vires, quas Maccabæi fregerunt et superarunt, istud vaticinium spectasse putent. At certum est Gogi et Magogi adventum multo rectius quadrare in novissima tempora. Primo enim nequaquam scriptum exstat, Scythicas gentes contra Judæos tunc temporis bellum collegisse, sed solum populos qui in circuitu habitabant, qui subitæ Judæorum felicitati invidebant. Deinde vero quod Scriptura de Gogo asserat, ab antiquis diebus ad hoc præparatum et destinatum esse, ut novissimis temporibus veniat, terramque perturbet. Postremo autem, quod in præsenti Apocalypsi, quæ de futuris vaticinatur, doceatur ad sæculi hujus finem Gogum et Magogum in medium prodituros.

Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς· καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ [ἀπὸ τοῦ Θεοῦ,] καὶ κατέφαγεν αὐτούς· καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτούς, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ θείου· ὅπου [καὶ] τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης· καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων.]

XX, 8-10. *Et ascenderunt super latitudinem terræ; et circuierunt castra sanctorum, et civitatem dilectam. Et descendit ignis a Deo de cœlo, et devoravit eos. Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris; ubi et bestia et pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte, in sæcula sæculorum.*

Ὡς ἐκ φωλεῶν τινων θῆρες ἄγριοι, οὕτω, φησὶν, ἐκ τῶν οἰκείων τόπων ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δαιμόνων στρατηγούμενοι, ἐν τῇ γῇ καταπλατυνθήσονται, ὡς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων (δηλαδὴ τὴν Ἐκκλησίαν [τοῦ Χριστοῦ,] τὴν ἐν τοῖς τέσσαρσι μέρεσι τῆς οἰκουμένης ἡδρασμένην) πορθήσοντες· ἀγνοοῦντες ὅτι οὐχ εἷς μόνον ἄγγελος, ἀλλὰ πολλοὶ κύκλῳ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν παρεμβαλοῦσι, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον· προσέτι δὲ καὶ τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἠγαπημένην πόλιν, χειρωσόμενοι· ἐξ ἧς ὁ θεῖος νόμος διὰ τῶν ἀποστόλων εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμεν. Ἔνθα καὶ τὸν Ἀντίχριστόν φασιν ἐν τῷ ναῷ καθεδεῖσθαι [τοῦ Θεοῦ]· εἴτε ἐν τῷ Ἰουδαϊκῷ τῷ πάλαι [μὲν] θείῳ, καθαιρεθέντι δὲ διὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ τόλμαν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀνορθοῦσθαι προσδοκωμένῳ τοῖς θεομάχοις Ἰουδαίοις· εἴτε ἐν τῷ ἀληθῶς θείῳ ναῷ, τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, τὰ ἀλλότρια σφετεριζόμενον, καὶ ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἔστι Θεὸς, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν [φησὶ] πῦρ οὐρανόθεν κατιὸν, εἴτε ὁρατὸν [πῦρ] ὡς τοὺς δύο πεντηκοντάρχους ἐπὶ Ἠλιοῦ, εἴτε ἡ Χριστοῦ ἔνδοξος παρουσία, ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ τούτους τε καὶ τὰ προλεχθέντα ἔθνη καταφάγεται, καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν τὸν διάβολον [καὶ] τῇ τοῦ πυρὸς λίμνῃ παραδώσει σὺν τῷ Ἀντιχρίστῳ καὶ τῷ ψευδοπροφήτῃ βασανισθησομένους εἰς αἰῶνας αἰώνων. Ἡμεῖς δὲ, παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ διδαχθέντες εὔχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, ἐκτενῶς τοῦτο προσευξώμεθα, τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἐπιγινώσκοντες, τῆς τῶν προφητευθέντων πείρας ῥυσθῆναι, καὶ μήτε τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου θεάσασθαι ἔλευσιν, μήτε τῶν προλεχθέντων ἐθνῶν τὴν κίνησιν, μήτε κίνδυνον θανατηφόρον, τῆς σωτηρίου πίστεως ἀποστῆναι βιαζόμενον· ἀλλὰ τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως κατὰ τὸ δυνατὸν φυλάττοντες ἄτρωτον, καὶ τῆς πρὸς τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι [Χριστὸν] ἀγάπης τὸ διάπυρον δι' ἀγαθῶν ἔργων ἐπιδεικνύμενοι, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐλπίσωμεν τὴν ἀπόλαυσιν, τοῖς πλουσίοις τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοῖς πρὸς τοῦτο νευρούμενοι. Ὧν τυχεῖν ἡμᾶς; γένοιτο ἐν αὐτῷ τῷ Σωτῆρι [καὶ] Λυτρωτῇ ἡμῶν Χριστῷ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ

B Quemadmodum agrestes feræ e cavernis ad prædam prorepunt; ita innumera hominum multitudo Satanæ, et dæmonum qui cum illo faciunt, opera e suis locis in prœlium excita, super terram se diffundet; quo sanctorum castra, Christi nimirum Ecclesiam, quæ in quatuor orbis partibus firmam sedem obtinet, depopulentur penitusque evertant; ignari non unum tantum angelum, sed permultos in circuitu timentium Dominum castra metari, idque jussu et mandato Dei, secundum Psalmistam. Neque his contenti, novam quoque Jerusalem, civitatem illam Deo dilectam, capere et subjugare contendent, ex qua lex divina per apostolos egressa, terrarum orbem percurrit. Ubi ipsum etiam Antichristum in templo sessurum a nonnullis traditur; sive C in Judaico, olim quidem divino et admodum religioso; postea vero, propter audax et nefarium illud Judæorum contra Christum facinus, solo æquato; verum ab ipso Antichristo secundum Deo rebellium Judæorum exspectationem, tum denuo instaurato; sive etiam in vero Dei templo, nempe in Ecclesia catholica, aliena usurpans, et seipsum, secundum divini Apostoli oraculum, pro Deo venditans. At non in longum tempus illius regnum perstabit: ignis namque cœlitus dilapsus illum absumet; sive is sensilis futurus sit; cujusmodi erat qui tempore Eliæ duos illos quinquagenarios militum duces absumpsit; sive gloriosus Christi adventus, qui spiritu oris sui ipsum interfecturus scribitur. Denique ignis prædictas gentes pari modo devorabit, D et ducem 96 illorum diabolum una cum Antichristo et pseudopropheta in stagnum ignis contradet; ubi in sæcula sæculorum torquebuntur, dirisque suppliciis excruciabuntur. Nos autem, tentationum impetus orationis præsidio depellere a Christo Servatore nostro edocti, agnita nostra infirmitate, jugiter ipsi preces et supplicationes offeramus; quo a prædictorum malorum periculo citra experientiam eruamur; neque pseudoprophetæ adventum unquam videamus; neque gentium supra nominatarum motum, neque lethiferum eorum discrimen, qui a salutari fide vi decedere compellunt, experiamur; sed

bonæ conscientiæ testimonium pro viribus illæsum conservantes, necnon per bona opera incensam erga illum dilectionem ostendentes, qui pretioso sanguine suo nos mercatus est, æternorum bonorum fruitionem speremus; opulentis Christi miserationibus ad hoc corroborati et confirmati: quæ utinam per Servatorem et Redemptorem nostrum Christum consequamur; cum quo Patrem una cum sancto et vivifico Spiritu decet gloria, et imperium, et honor, et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A [καὶ ζωοποιῷ] Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CAPUT LXIV. SERMO XXII.

De sedente super thronum, et communi resurrectione.

ΚΕΦΑΛ. ΞΔ'. ΛΟΓΟΣ ΚΒ'.

Περὶ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως [καὶ κρίσεως.]

XX, 11. *Et vidi thronum magnum candidum, et sedentem super eum; a cujus conspectu fugit terra et cœlum, et locus non est inventus eis.*

Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτῷ· οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός· καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.

Per *candidum thronum*, Christi resurrectio denotatur; tum quies illa quam Deus in sanctis capit, qui virtutum ornamentis splendent. At vero *cœli et terra fuga*, illorum transitionem, et in melius mutationem significat. In quibus proinde postea nullus amplius conversionis aut mutationis locus invenietur. Si enim nostri causa, juxta Apostoli doctrinam, creatura mutationi et corruptioni obnoxia facta est, nobis in libertatem gloriæ filiorum Dei mutatis et translatis, et ipsa itidem innovabitur, et in lætiorem formam transformabitur: in interitum autem non vertetur, neque, uti Irenæus, Antipater, et alii sancti viri recte tradiderunt, in solidum corrumpetur. Verba Irenæi ita sonant: *Creaturæ substantia et quidditas neutiquam interitura est: verus est namque et stabilis, qui illam formavit et condidit: sed species, et pars illa mundi in qua transgressio accidit, et homo inveteratus est, transibit. Enimvero cum Deus humani lapsus præscius esset, voluit partem illam universitatis, quæ humanis usibus ad tempus serviret, temporariam et omnino ejusmodi esse, qua in meliorem et stabiliorem statum mutari aliquando posset.* Et magnus patriarcha Methodius, in sermone de resurrectione, de his ita disserit: *Non placet quod nonnulli asserunt, nempe rerum universitatem totam simul interituram, cœlumque et terram et aerem amplius reliqua non futura. Inflammabitur sane ad repurgationem universus orbis, igne quasi diluvio quodam inundatus; attamen non transibit in omnimodum interitum, aut in omnino nihilum.* Et infra rursum: *Et Paulus quoque diserte testatur, dicens: Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat: vanitati enim* **97** *creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* [48], et quæ sequuntur. Et ante hos sanctos beatus David quoque, cum Dominum laudare vellet, ita aiebat: *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur; et renovabis faciem terræ* [49]. Cui cognatum est illud Isaiæ: *Ecce ego creo cœlos novos, et terram novam; et non erunt in memoria priora; et non ascendent super cor; sed gaudebitis et exsultabitis*

Διὰ τοῦ *θρόνου* τοῦ *λευκοῦ* δηλοῦται ἡ ἀνάπαυσις τοῦ Θεοῦ· ἣν ἐν τοῖς λαμπροῖς ταῖς ἀρεταῖς ἁγίοις ποιήσεται, τούτοις ἐνθρονιζόμενος. Ἡ δὲ *φυγὴ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς* τὴν τούτων σημαίνει παρέλευσιν, καὶ εἰς τὸ βέλτιον ἀνανέωσιν. Ἐν οἷς τόπος τροπῆς οὐχ εὑρεθήσεται. Εἰ γὰρ ἡ κτίσις δι' ἡμᾶς τῇ φθορᾷ ὑπετάγη, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, μεταποιηθήσεται σὺν ἡμῖν εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῶν τέκνων τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἀνακαινιζομένη ἐπὶ τὸ φαιδρότερον, καὶ οὐ παντελῆ ἀφανισμὸν ὑπομένουσα, καθὼς τοῖς μακαρίοις Εἰρηναίῳ [καὶ] Ἀντιπάτρῳ καὶ ἑτέροις ἁγίοις ἔδοξεν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Εἰρηναῖός φησιν· *Οὐχὶ ἡ ὑπόστασις, οὐδὲ ἡ οὐσία, τῆς κτίσεως ἐξαφανίζεται· ἀληθὴς γὰρ καὶ βέβαιος ὁ συστησάμενος αὐτήν· ἀλλὰ τὸ σχῆμα παράγει τοῦ κόσμου τούτου· τουτέστιν, ἐν οἷς ἡ παράβασις ἐγένετο· ὅτι ἐπαλαιώθη ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦτο πρὸς καιρὸν ἐγένετο, προειδότος τὰ πάντα τοῦ Θεοῦ.* Ὁ δὲ [μέγας] Μεθόδιος ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγῳ [αὐτοῦ] ἐξέθετο οὕτως· *Οὐκ ἀρεστὸν δὲ οὐδ' ἐκεῖνο τὸ λέγειν εἰς ἅρδην ἀπολεῖσθαι τὸ πᾶν, καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ οὐρανὸν μὴ ἔσεσθαι· ἐκπυρωθήσεται μὲν γὰρ πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀνακαινισμὸν [κατὰ Βασίλειον] πᾶς κατακλυζό[με]νος ὁ κόσμος πυρί· οὐ μὴν εἰς ἀπώλειαν ἐλεύσεται παντελῆ καὶ φθοράν.* Καὶ προϊὼν φησι· *Καὶ ὁ Παῦλος σαφῶς μαρτυρεῖ λέγων· Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται· [τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη,] οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα [αὐτὴν] ἐπ' ἐλπίδι. Διότι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς,* καὶ τὰ ἑξῆς. Πρὸ δὲ τῶν μακαρίων τούτων [καὶ] ὁ ἅγιος Δαυὶδ ψάλλων πρὸς Κύριον ἔλεγεν· *Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.* Καὶ ὁ Ἡσαΐας δέ φησιν· *Ἔσται ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινή· καὶ οὐ μὴ μνησθῶσι τῶν προτέρων, καὶ οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν [πόνος]· ἀλλ' εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ.* [Καὶ] εἰκότως· τῇ ὑπερβολῇ γὰρ τῆς ἀληκτου εὐφροσύνης, καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπάθλων, τῶν ἐν τοῖς ἁγίοις

[48] Rom. VIII, 19, 21. [49] Psal. CIII, 30.

βίων καὶ πόνων ἐπιλήσονται. Καὶ ἑτέρωθι δὲ ὁ αὐτός φησιν· *Ὃν τρόπον ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινὴ, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μενεῖ ἐνώπιόν μου· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν.* Ὥστε τὴν δι' ἡμᾶς γεγενημένην κτίσιν, μεθ' ἡμῶν τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν ἀκόλουθον δέχεσθαι, μὴ χωροῦσαν εἰς ἀνυπαρξίαν, ὥσπερ οὐδὲ ἡμεῖς μετὰ θάνατον.

A *usque in sempiternum in his quæ ego creo* [67]. Hæc ille, et merito; siquidem summa nunquam deficientis lætitiæ et voluptatis affluentia, præmiorumque ex legitimis certaminibus ortum ducentium magnitudo, omnium laborum et molestiarum ante susceptorum oblivionem facile inducit. Et alio rursum loco idem : *Sicut cœli novi, et terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus : sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum* [68]. Rationi proinde illorum sententia consentanea est, qui creaturam, quæ nostri causa facta est, mutationem quidem ad meliorem statum una nobiscum suscepturam asserunt, in nihilum autem nequaquam concessuram; sicut neque nos quoque post mortem in illud transibimus quod non est.

Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς τοὺς μεγάλους καὶ τοὺς μικροὺς, ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ βιβλία ἠνοίγησαν· καὶ ἄλλο βιβλίον ἠνοίγη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς· καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

XX, 12. *Et vidi mortuos magnos et pusillos, stantes in conspectu throni; et libri aperti sunt : et alius* B *liber apertus est, qui est vitæ : et indicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum.*

Νεκροὺς δέ φησιν, ἢ πάντας ἀνθρώπους, ὡς τὴν τοῦ σώματος νέκρωσιν ὑπομείναντας· ἢ τοὺς νεκρωθέντας τοῖς παραπτώμασι. *Μεγάλους* δὲ καὶ *μικροὺς*, [καθὼς προέφημεν,] ἢ τοὺς τῇ ἡλικίᾳ τοῦτο ὄντας· ἢ τοὺς μᾶλλον [καὶ] ἧττον τὰ τῆς νεκρώσεως ἔργα πράξαντας, καὶ ἀναλόγως ταῖς πράξεσι κολασθησομένους· ἢ [τὸ] *μεγάλους* μὲν, τοὺς δικαίους· *μικροὺς* δὲ [τῷ ὄντι] καὶ μηδαμινοὺς, τοὺς ἁμαρτωλοὺς, διὰ [τὴν] τῆς ψυχῆς [ἐξ ἁμαρτιῶν] εὐτέλειαν. Τὰ δὲ *βιβλία τὰ ἀνοιγόμενα*, σημαντικά ἐστι τῶν ἑκάστου πράξεων, καὶ τῆς ἑκάστου συνειδήσεως. Ἡ δὲ μία βίβλος, [φησὶ,] τῆς ζωῆς ἐστιν, ἣ τὰ τῶν ἁγίων γέγραπται ὀνόματα.

Mortuos vocat aut omnes omnino homines, tanquam qui corporis mortem sustinuerant; aut eos qui vitiis et peccatis nuntium miserant. *Magni* autem et *parvi* illi nominantur (ut ante quoque indicavimus) qui ætate et statura pusilli adhuc erant : aut ii certe qui minori contemptu mortis opera designarant, adeoque operum ratione minores pœnas daturi erant. Aut *magnos* appellat justos, *pusillos* autem, peccatores : hi enim propter animæ vilitatem ex peccatis ortam, nullius re ipsa sunt momenti. *Libri* autem *aperti* uniuscujusque opera et C cujuslibet rursum conscientiam denotant. Ast unus ille liber, ut ipse fatetur, est liber vitæ, in quo sanctorum nomina scripta sunt.

Καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς· καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐκρίθησαν, ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

XX, 13. *Et dedit mare mortuos qui in eo erant; et mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant; et judicatum est de singulis secundum opera ipsorum.*

Ἕκαστον δὲ, φησὶ, σῶμα εἰς ἅπερ ἀναλύεται, ἐξ ἐκείνων καὶ συνίσταται καὶ ἀναδίδοται, εἴτε γῇ εἴτε θαλάσσῃ παραδοθῇ. *Θάνατος* δὲ καὶ *ᾅδης*, οὐ ζῶα ἔμψυχα, ὡς ὑπό τινων γράφονται· ἀλλὰ *θάνατος* μὲν, χωρισμὸς ψυχῆς καὶ σώματος· *ᾅδης* δὲ, τόπος [ἡμῖν ἀειδὴς, ἤγουν] ἀφανὴς [καὶ ἄγνωστος,] ὁ τὰς ψυχὰς [ἡμῶν] ἐντεῦθεν ἐκδημούσας δεχόμενος. *Νεκραὶ* δὲ ψυχαὶ, αἱ τὰς νεκροποιοὺς πράξεις ἐπιφερόμεναι. *Δικαίων* γὰρ *ψυχαὶ, ἐν χειρὶ Θεοῦ*, καθὼς σοφός τις ἔλεγε· *καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος.*

Unumquodque corpus ex illis, inquit, instaurabitur et reparabitur, in quæ dum resolvebatur abierat; sive illud in terram illatum, sive in mare abjectum erat. *Mors* autem et *infernus* non sunt viva animalia, sicut a quibusdam describuntur; sed *mors* est separatio animæ a corpore : *infernus* autem est locus obscurus nobisque incognitus : D neque enim locus ille sub sensum venit, qui excipit animas mortuas hinc emigrantes. *Mortuæ* autem illæ dicuntur, quæ actiones mortiferas secum deferunt : At *justorum animæ*, ut Sapiens ait, *in manu Dei sunt, et non tanget illas tormentum mortis* [69].

Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. Οὗτος ὁ θάνατός ἐστιν ὁ δεύτερος, ἡ λίμνη τοῦ πυρός. Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

XX, 14, 15. *Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda; et qui non est inventus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.*

Τὸ δὲ τὸν *θάνατον καὶ τὸν ᾅδην εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς βάλλεσθαι*, δηλοῖ ἢ τὸ γεγραμμένον· *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος*· ἢ τὰς προξένου τοῦ τῆς ἁμαρτίας [βαρυτάτου καὶ πονη-

98 *Mortem et infernum in stagnum ignis conjecta esse*, vel illud significat quod scriptum est, nempe, *Novissime vero inimica destruetur mors* [70] : aut nequam spiritus. Illi enim sunt, qui gravissimam

[67] Isa. LXV, 17, 18. [68] Isa. LXVI, 22. [69] Sap. III, 1. [70] I Cor. XV, 26.

deterrimamque peccati mortem conciliant; quorum etiam domicilium est infernus; ad quem amandant omnes quotquot hic sibi obsequentes habent, et a Judice ad ignem condemnantur. Ut enim *civitas* dicuntur qui illam inhabitant; ita *mors* quoque et *infernus*, qui horum incolæ, vel causæ quoque sunt. Cum enim omnia quæ Deus condidit sint valde bona, ignis ille ea tantum absumere natus est quæ talia non sunt. Scriptum enim exstat, *Deus mortem non fecit* [11]. Per hanc igitur mortis et inferni in stagnum injectionem, insinuatur, apud eos qui in libro vitæ scripti sunt, nullam amplius mortem aut corruptionem regnum obtenturam, sed vitam tantum et incorruptionem. Neque mireris, si omnes qui in libro illo scripti non sunt, in unum ignis stagnum mittantur. Nam ut apud Deum et Patrem multæ salvandorum sunt mansiones, ita ibi quoque diversa erunt loca suppliciorum. Alia enim sunt acerbiora, alia mitiora: quibus illi tentabuntur in æternum, qui in libro viventium scripti non sunt.

A

B

ροῦ] θανάτου πονηρὰς δυνάμεις, τὰς τὸν ᾅδην ἐχούσας [ἴδιον] κατάλυμα, κἀκεῖσε τοὺς πιθομένους παραπεμπούσας, εἰς τὸ πῦρ [καταδικάζεσθαι]. Ὥσπερ γὰρ *πόλις* οἱ ταύτης οἰκήτορες λέγονται, οὕτω καὶ *θάνατος* καὶ *ᾅδης*, οἱ τούτων αἴτιοι. Πάντων γὰρ τῶν ἐκ Θεοῦ γεγονότων καλῶν λίαν ὑπαρχόντων, τῶν μὴ τοιούτων ἔσται ἀφανιστικὸν ἐκεῖνο τὸ πῦρ. Γέγραπται γὰρ, [ὅτι] *Θάνατον ὁ Θεὸς οὐκ ἐποίησεν*. Διὰ τούτου τοίνυν τὸ μηκέτι ἔσεσθαι θάνατον ἢ φθορὰν, ἀλλ' ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν βασιλεύειν σημαίνεται. Εἰ δὲ πάντες οἱ μὴ γεγραμμένοι ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς βληθήσονται, θαυμάζειν οὐ χρή. Καὶ γὰρ ὡς μοναὶ πολλαὶ παρὰ τῷ [Θεῷ καὶ] Πατρὶ τῶν σωζομένων, οὕτω κἀκεῖ διάφοροι τρόποι [καὶ τόποι] κολάσεως· τῶν μὲν δριμυτέρων, τῶν δὲ μαλακωτέρων· ὧν οἱ μὴ ἠξιωμένοι τῆς βίβλου τῆς ζωῆς πειραθήσονται.

CAPUT LXV.

De cœlo novo, et terra nova, supernaque Jerusalem.

XXI, 1. *Et vidi cœlum novum et terram novam: primum enim cœlum, et prima terra abiit, et mare jam non est.*

Et hic quoque locus nullam creaturæ demolitionem aut interitum significat, sed rerum tantum quæ exstant in meliorem statum transmutationem et innovationem; nam et ipsa etiam creatura, ut Apostolus loquitur, liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et divinus Psalmista ait: *Mutabis eos, et mutabuntur; et tanquam indumentum involves eos* [12]. Etenim rei obsoletæ vel inveteratæ innovatio, non significat substantiæ illius interitum vel essentiæ abolitionem, sed senii tantum abscessionem, rugarumque inductionem. Nam nos quoque de homine, qui mores in melius aut pejus ex parte mutavit, dicere consuevimus: *Alius ex alio factus est*. Observandum est autem de cœlo quidem et terra hic asseri, transiisse, hoc est, mutata esse et, ad nostri similitudinem, quamdam quodammodo mortem pertulisse: subierunt namque prioris constitutionis in meliorem formam, mutationem et sortem: de mari autem, non amplius exsistere. Quid enim opus est mari, cum omnis apud homines cessabit navigatio, et ad regiones longe positas peregrinarum et advectitiarum mercium causa profectio? Adhæc cum *mare* sublimiori quodam sensu significet quoque præsentem hanc mortalemque vitam fluctibus et perturbationibus plenam, in hac etiam notione nullus illius erit usus aut locus: siquidem nihil turbationis aut formidinis in sanctis tunc reliquum erit. Confirmat illud Isaiæ: *Qui dicit abysso, In desertum redigeris, et omnia flumina tua desiccabo* [13].

C

D

99 XXI, 2. *Et ego Joannes vidi sanctam civitatem*

[11] Sap. I, 13. [12] Psal. CI, 27. [13] Isa. XLIV, 27.

ΚΕΦΑΛ. ΞΕ'.

Περὶ καινῶν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.

Κἀνταῦθα οὐκ ἀνυπαρξίαν δηλοῖ τῆς κτίσεως, ἀλλ' ἀνακαινισμὸν ἐπὶ τὸ βέλτιον, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· Αὕτη ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὁ θεῖος μελῳδὸς [φησιν· *Ὡσεὶ περιβόλαιον*] *ἀλλάξεις αὐτούς, καὶ ἐναλλαγήσονται*. Τὸ γὰρ παλαιωθὲν ἀνακαινιζόμενον, οὐ τῆς οὐσίας ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τοῦ γήρως καὶ τῶν ῥυτίδων σημαίνει τὴν ἀπόξεσιν. Καὶ ἡμῖν δὲ ἔθος ἐπ' ἀνθρώπων κατά τι βελτιωθέντων ἢ καὶ χειρόνων γεγενημένων λέγειν· *Ἄλλος ἐξ ἄλλου γέγονε*. Σημειωτέον δὲ, ὅτι περὶ μὲν οὐρανοῦ καὶ γῆς φησιν, ὅτι *παρῆλθεν*, ἀντὶ τοῦ, ἠλλάγη, καὶ καθάπερ ἡμεῖς, οἷόν τινα θάνατον τὴν ἀλλαγὴν τῆς προτέρας ἐδέξατο καταστάσεως, καὶ [τῆς] εἰς τὸ κρεῖττον λήξεως. Περὶ δὲ τῆς θαλάσσης φησὶν, ὅτι *Ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι*. Τίς γὰρ χρεία θαλάσσης, μὴ δεομένων ἀνθρώπων τοῦ πλέειν αὐτὴν, ἢ δι' αὐτῆς πορίζεσθαι τὰ ἐν ταῖς μακρὰν κειμέναις χώραις γεωργούμενα ἀγώγιμα; μετὰ τοῦτο καὶ τὸν ταραχώδη βίον καὶ πολυκύμονα σημαινούσης τῆς θαλάσσης, μὴ εἶναι αὐτῆς τότε χρείαν. Οὐδὲν γὰρ λείψανον ταραχῆς ἢ φόβου ἐν τοῖς ἁγίοις τότε καταλειφθήσεται. [Πιστοῦται δὲ ταύτην τὴν ὑπόνοιαν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, προφέρων τὴν τοῦ Ἡσαΐου χρῆσιν φάσκουσαν· *Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ, καὶ πάντας τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ.*] hanc opinionem magnus quoque Basilius, allegans

Καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν

εἶδον καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

Ἐκ δὲ τοῦ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν θεάσασθαι, δείκνυται τὸ τῆς καινότητος ὄνομα, τῆς ἐπὶ τὸ φαιδρότερον μεταπριήσεως γνώρισμα, ἧς ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τεύξεται, ἐκ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἔγωθεν μέχρις ἀνθρώπων καταβαίνουσα, διὰ τὸ κοινὴν γενέσθαι κεφαλὴν ἀμφοτέρων Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν. Αὕτη δὲ ἡ πόλις ἐξ ἁγίων ἁρμολογεῖται· περὶ ὧν γέγραπται· *Λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς*· ἀκρογωνιαῖον τὸν Χριστὸν ἔχουσα. Λέγεται δὲ πόλις μὲν, ὡς τῆς βασιλίδος Τριάδος οἰκητήριον· ἐνοικεῖ γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ ἐμπεριπατεῖ, καθὼς ἐπήγγελται· *νύμφη* [δὲ,] ὡς κολλωμένη τῷ Δεσπότῃ, καὶ συναπτομένη εἰς ἄκραν καὶ ἀδιάστατον συνάφειαν· *κεκοσμημένη* δὲ, ὡς ἔσωθεν, κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν, τὴν δόξαν καὶ τὴν ὥραν ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἀρετῶν ἔχουσα.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης· Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων· καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν· καὶ αὐτοὶ λαὸς αὐτοῦ ἔσονται· καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν [*Θεὸς αὐτῶν*]· *καὶ ἐξαλείψει* [*ὁ Θεὸς*] *πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.*

Οὐρανόθεν ὁ ἅγιος διδάσκεται, ἀληθινὴν εἶναι ταύτην τὴν σκηνήν· ἧς ἦν ἡ τῷ Μωϋσῇ παραδειχθεῖσα τύπος, μᾶλλον δὲ προτύπωσις τύπου, τῆς σήμερον Ἐκκλησίας τύπος τυγχάνουσα· ἐν ταύτῃ τῇ ἀχειροποιήτῳ σκηνῇ οὐκ ἔσται κλαυθμὸς, οὔτε δάκρυον. Ὁ γὰρ τῆς ἀεννάου χαρᾶς χορηγὸς τὸ ὁρᾶσθαι πᾶσι δωρήσεται τοῖς ἁγίοις τὴν εὐφροσύνην τὴν ἄληκτον.

Καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, [*οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος, οὐκ ἔσται ἔτι*·] *ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον.*

Καὶ [τοῦτο] κατὰ τὸ γεγραμμένον· [*Ἔνθα*] *ἀπέδρα ὀδύνη* [*καὶ*] *λύπη καὶ στεναγμός.* Τὸ δὲ, *Τὰ πρῶτα ἀπῆλθον*, σημαίνει ὅτι ἡ τῶν ἁγίων κακοπάθεια καὶ τῶν ἀσεβῶν ἡ ἀλαζονεία πέρας εἴληχεν, ἑκατέρῳ τούτων κατάλληλον.

ΚΕΦΑΛ. ΞϚ'.

Περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος.

Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ· Ἰδοὺ καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι· Γράψον ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι· καὶ εἶπέ μοι· Γέγονα [*ἐγὼ*] *τὸ α καὶ τὸ ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος.*

Ἀληθινοὶ οἱ λόγοι οἱ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐκφερόμενοι, καὶ μηκέτι διὰ συμβόλων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων γινωσκόμενοι. Ἀρχὴ δὲ καὶ τέλος ὁ Χριστὸς, ὡς πρῶτος, διὰ τὴν θεότητα· καὶ ἔσχατος, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν ἀσωμάτων κτίσεως μέχρι τῶν τελευταίων ἀνθρώπων τὴν οἰκείαν ἐκτείνων πρόνοιαν.

Jerusalem novam, descendentem de cœlo, a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo.

Et hinc rursum ostenditur, novitatis nomen transformationis in lætiorem statum notam esse, quam superna illa Jerusalem consequetur; quæ ex virtutibus corporis expertibus exorsa usque ad homines descendit; unumque est et appellatur corpus, eo quod Christus Deus et Dominus noster commune utrorumque sit caput. Hæc autem civitas constituitur ex sanctis, de quibus scriptum est: *Lapides sancti volvuntur in terra* [76]: Christum angularem lapidem sortita. Dicitur autem *civitas*, quasi reginæ Triadis domicilium; habitat enim et ambulat in illa, juxta promissionem suam. Vocatur rursum *sponsa*, tanquam Domino cohærens, summaque et individua conjunctione illi unita. *Ornata* denique, tanquam quæ præclaram intra se gloriam et pulchritudinem ex virtutum varietate natam, secundum Psalmistam, contineat.

XXI, 3, 4. *Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: et habitabit cum eis, et ipsi populi ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.*

Sanctus evangelista e cœlo docetur, tabernaculum hoc verum esse; cujus typus ostensus fuerat Moysi; vel quædam verius typi protyposis et simulacrum; cum præsentis hujus Ecclesiæ typus exstiterit. In hoc autem tabernaculo, quod hominum manibus factum non est, nullus erit fletus, nullæ lacrymæ. Nam qui æternum gaudium largitur, sanctis omnibus lætitiam finis expertem impertietur.

Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra; quia prima abierunt.

Hoc ipsum est quod alibi scriptum exstat; nempe, *Aufugit dolor, tristitia, et gemitus* [77]. Quod autem *prima abiisse* dicuntur, hoc cum sanctorum afflictionem, tum impiorum quoque insolentiam, finem utrique horum congruentem fecisse significat.

CAPUT LXVI.

Cujusmodi ab eo dicta sint qui sedebat in throno.

XXI, 5, 6. *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: quia hæc verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum A et Ω, initium et finis.*

Vera sunt hæc verba, utpote ab ipsa veritate profecta, neque per figuras aut symbola, ut olim, sed per res ipsas cognita. Est autem idem Christus *principium et finis, primus itidem et ultimus*; hoc quidem, propter assumptam humanitatem; illud vero, propter increatam divinitatem. Dicitur alia quoque ratione A et Ω, quia nimirum a prima rerum corporis expertium substantia, usque ad ultimum hominem sua providentia attingit.

[76] Zach. IX, 16. [77] Isa. LI, 11.

Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.

Α *Ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν.*

100 Sitienti justitiam vivificî Spiritus gratiam se daturum pollicetur; quam in Evangelio quoque illis promittit, qui in ipsum crediturî essent. *Gratis* autem et hanc et quæ hanc sequuntur largitur, quia præsentis temporis afflictiones non sunt dignæ quæ cum futura gloria, quæ sanctis obveniet, comparentur. Aut gratis; quia pecuniis parari nequit, sed bonis tantum operibus, ejusque clementia qui præbebit.

Τῷ δὲ διψῶντι τὴν δικαιοσύνην, παρέξειν ἐπαγγέλλεται τὴν χάριν τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, ἣν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὑπέσχετο τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι. Δωρεὰν δὲ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν τοῖς ἁγίοις ἀποκαλύπτεσθαι. Ἢ δωρεὰν, ὅτι οὐκ ἔστι ταύτην χρήμασιν, ἀλλ' ἔργοις ἀγαθοῖς κτήσασθαι, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ παρέχοντος.

XXI, 7. *Qui vicerit, possidebit hæc; et ero illi Deus, et ille erit mihi filius.*

Ὁ νικῶν κληρονομήσει ταῦτα· καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι υἱός.

Qui, inquit, victoriam adversus hostes qui sub aspectum non veniunt, obtinuerit, bona de quibus Β hic sermo est, consequetur, Dei nimirum filius effectus, bonisque paternis atque deliciis tuto potitus.

Ὁ δὲ νικῶν, φησὶ, τὸν πρὸς τοὺς ἀοράτους δαίμονας πόλεμον, τῶν ἀγαθῶν τούτων τεύξεται, υἱὸς Θεοῦ γενόμενος, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἐντρυφῶν ἀγαθοῖς.

XXI, 8. *Timidis autem, et incredulis, et exsecratis, et homicidis, et fornicatoribus, et veneficis, et idololatris, et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.*

Τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις [καὶ ἀμαρτωλοῖς καὶ] *ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ φαρμακοῖς καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ. πυρὶ καὶ θείῳ· ὅ ἐστιν* [σ] *δεύτερος θάνατος.*

Deus salutem nostram avide sitiens, ad illorum bonorum hæreditatem, quæ ipse nobis præparavit, partim quidem per læta et jucunda, partim rursum per tristia et acerba, ad officium faciendum subinde nos hortatur. Modo namque supernæ Jerusalem C splendorem ob oculos nobis proponit: modo rursum obscuram dolorisque plenam gehennæ iguis acerbitatem in memoriam reducit; quo vel æternæ gloriæ desiderio, vel infinitæ confusionis metu, dum tempus sinit, operemur bonum. Cum repudiatis et exsecratis, cæterisque qui ad secundam mortem condemnantur, timidos quoque, hoc est, in ferendis laboribus et molestiis effeminatos, necnon in lucta contra diabolum ignavos et quasi fractos recenset. Utinam eum, qui sacrificio misericordiam anteponere consuevit, peccatorumque conversionem magis quam illorum mortem desiderat, bonis operibus ita placemus propitiumque reddamus, ut dona illa et beneficia, quæ non solum per sermones exhortatorios, verum etiam per opera et D afflictiones nobis conciliare studuit, feliciter consequamur. Cum enim sat illi esse potuisset ad bonum tantum nos exhortari, et a malo absterrere, et post hoc gloria aut pœna dignos, honorare aut punire, non fuit hisce contentus; verum pati quoque nostri causa voluit; quo hac ratione neque voluntatis nostræ libertatem læderet, neque quidquam eorum quæ ad nostram medicinam et emendationem facerent, prætermisisse palam appareret. Ne proinde in vanum Dei gratiam suscipiamus, verum per conversionem bonorumque operum exercitationem, beneficia illius efficacia in nobis faciamus; quo promissorum bonorum thesauro tandem potiamur, in ipso Christo Deo nostro, cum quo Patri et sancto vivificoque Spiritui sit gloria, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ὁ γὰρ διψῶν τὴν σωτηρίαν ἡμῶν Θεὸς, πάντοθεν ἡμᾶς εἰς τὴν κληρονομίαν τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἀγαθῶν, διά τε χρηστῶν διά τε σκυθρωπῶν προτρέπεται· ὑπ' ὄψιν ἡμῖν ἄγων τὴν τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ λαμπρότητα, [καὶ] τῆς γεέννης τοῦ πυρὸς τὴν ἀφεγγῆ καὶ ὀδυνηρὰν σκυθρωπότητα· ἵνα ἢ [τῷ] πόθῳ τῆς αἰωνίου δόξης, ἢ φόβῳ τῆς ἀπεράντου αἰσχύνης, ἕως καιρός ἐστι, τὸ ἀγαθὸν ἐργασώμεθα· ὡς τοὺς λοιποὺς ἀπηγορευμένους, καὶ τοὺς δειλοὺς καὶ ἀνάνδρους ἐν τῇ κατὰ τοῦ διαβόλου πάλῃ, τῷ δευτέρῳ θανάτῳ φήσας καταδικασθήσεσθαι. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς τὸν θελητὴν τοῦ ἐλέους, τὸν μὴ τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν ὑποστροφὴν θέλοντα, ἐξιλεουμένους ἀγαθαῖς πράξεσι, τῶν αὐτοῦ τυχεῖν δωρεῶν, ἃς ἡμῖν οὐ μόνον ταῖς διὰ λόγων παραινέσεσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς δι' ἔργων καὶ παθῶν προὐξένησεν. Ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀρκεσθῆναι μόναις ταῖς τοῦ ἀγαθοῦ [τε] καὶ κακοῦ προτροπαῖς [τε καὶ ἀποτροπαῖς,] καὶ μετὰ τοῦτο ἢ κολάσαι ἢ τιμῆσαι τοὺς ἀξίους ἢ κολάσεως ἢ δόξης, ὁ δὲ καὶ παθεῖν δι' ἡμᾶς οὐκ ἀπηξίωσεν· ἵνα μήτε τῷ αὐτεξουσίῳ λυμήνηται, μήτε φανῇ τι παριδὼν τῆς ἡμῶν ἰατρείας καὶ ἐπανορθώσεως ἕνεκεν. Μὴ τοίνυν εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δεξώμεθα, ἀλλ' ἐμπράκτους αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας δι' ἐπιστροφῆς καὶ ἔργων ἀγαθῶν ἐπιδείξεως ποιήσωμεν, ὅπως τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν ἐν [αὐτῷ] Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων] δόξα, κράτος. Ἀμήν.

ΚΕΦΑΛ. ΞΖ. ΛΟΓΟΣ ΚΓ'. A CAPUT LXVII. SERMO XXIII.

Περὶ ἀγγέλου δεικνύοντος [αὐτῷ] τὴν τῶν ἁγίων πόλιν, καὶ τὸ ταύτης τεῖχος σὺν τοῖς πυλεῶσι διαμετροῦντος.

101 *De angelo qui sanctam civitatem illi ostendit ejusdemque muros et portas dimetitur.*

Καὶ ἦλθεν εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας [τὰς] γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων· καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων· Δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τοῦ Ἀρνίου τὴν γυναῖκα.

XXI, 9. *Et venit ad me unus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis; et locutus est mecum, dicens : Veni, ostendam tibi sponsam, uxorem Agni.*

Διὰ τούτων δείκνυται, μὴ μόνον τὰς κακωτικὰς ἐπάγειν πληγὰς τοὺς ἀγγέλους, ἀλλὰ [καὶ] ὡς ἰατροὺς, ποτὲ μὲν τέμνοντας, ποτὲ δὲ ἥπια φάρμακα ἐπιπάσσοντας. Ὁ γὰρ τότε τὴν πληγὴν τοῖς ἀξίοις ἐπάγων, νῦν τὴν μακαριότητα τῆς Ἐκκλησίας τῷ ἀγίῳ ὑποδείκνυσι. Καλῶς δὲ τὴν *νύμφην* τοῦ Ἀρνίου γυναῖκά φησιν· ὅτε γὰρ ὡς ἀμνὸς ἐσφαγιάσθη ὁ Χριστὸς, τότε αὐτὴν τῷ οἰκείῳ αἵματι ἐνυμφεύσατο. Ὥσπερ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ καθεύδοντος, διεπλάσθη ἡ γυνὴ τῇ τῆς πλευρᾶς ἀφαιρέσει, οὕτω καὶ τῷ Χριστῷ ἐν τῷ σταυρῷ ἑκουσίως διὰ θανάτου ὑπνώσαντι, τῇ ἐκχύσει τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς αἵματος ἡ Ἐκκλησία συστᾶσα, τῷ τυθέντι δι' ἡμᾶς ἥρμοσται.

Per hæc planum fit angelos non semper calamitates et plagas inferre, sed peritorum medicorum more interdum quidem loca affecta ferro incidere, nonnunquam vero mitia pharmaca vulneribus adhibere. Qui enim cladem promeritis plagam ante irrogaverat, nunc Ecclesiæ beatitudinem Theologo B demonstrat. Scite autem *sponsam* Agni uxorem appellat. Quando namque veluti agnus occisus est Christus, tunc illam proprio sanguine sibi desponsavit. Quemadmodum enim Adamo dormienti adempta est costa, ex qua deinde mulier formata est, ita Christo per spontaneam mortem in cruce consopito, sanguine qui ex latere illius fundebatur, Ecclesia constituta, ipsique propter nos patienti consociata est.

Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν· καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

XXI, 10, 11. *Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem, descendentem de cœlo a Deo, habentem claritatem Dei.*

Τὸ δὲ *ἀπενεχθῆναι ἐν πνεύματι* δηλοῖ τὸ ἐκ γῆς ἀρθῆναι τῷ φρονήματι διὰ τοῦ πνεύματος πρὸς τὴν C τῶν ἐπουρανίων κατανόησιν· *ἐπ' ὄρος δὲ μέγα*, τὴν ἀνηγμένην καὶ ὑπερκόσμιον [τὴν] τῶν ἁγίων ζωὴν [αἰνίττεται.]

Cum *spiritu in montem se abductum* affirmat, mente et intelligentia a rebus terrenis ad cœlestium rerum considerationem sese subvectum fuisse indicat. Per *montem* porro *magnum et altum* sublimem mundique captu superiorem sanctorum vitam esse insinuare videtur.

Ἐν ᾗ ἡ γυνὴ τοῦ Ἀρνίου, ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ὑπὸ Θεοῦ κοσμηθήσεται καὶ δοξασθήσεται· καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ [ὡς λίθῳ] ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι.

In illo autem monte uxor Agni, superna videlicet Jerusalem, a Deo condecorabitur, ingentique gloria cumulabitur. Et lumen ejus simile lapidi pretioso, tanquam lapidi jaspidis, sicut crystallum.

Φωστὴρ τῆς Ἐκκλησίας, ὁ Χριστός· διὰ μὲν τῆς *κρυσταλλιζούσης ἰάσπιδος*, ὡς ἀειθαλὴς καὶ ζωοδώρος καὶ [ὡς] καθαρός· δι' ἑτέρων δὲ ἑτέρως σκιαγραφούμενος· οὐδὲ γὰρ ἑνὸς εἴδους παραδείγματι τῶν ποικίλων αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς εὐεργεσιῶν τὸ πολύτροπον διαγραφῆναι δύναται.

Lumen Ecclesiæ est Christus. Hic autem per *jaspidem instar crystalli lucentem* delineatur, tanquam perpetuo virens, cunctisque viventibus vitam largiens, et incredibili munditia præstans. Per alia autem alio modo describitur : neque enim unius ge- D neris exemplo tanta illa erga genus nostrum beneficiorum multitudo et diversitas commode describi potest.

Ἔχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλὸν, καὶ [ἔχουσα] πυλεῶνας ιβ', καὶ ἐπὶ τοῖς πυλεῶσιν ἀγγέλους ιβ', καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἃ ἐστι τῶν ιβ' φυλῶν τοῦ Ἰσραήλ.

XXI, 12. *Et habebat murum magnum et altum, habentem portas duodecim; et in portis angelos duodecim; et nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.*

[Ὥσπερ καὶ] τεῖχος μέγα τῆς Ἐκκλησίας ὑψηλόν [τε] καὶ φρουρητικὸν τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει ὁ Χριστός ἐστιν. Ἐν ᾧ πυλῶνες δώδεκα, οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι [αὐτοῦ εἰσι]· δι' ὧν τὴν προσαγωγὴν καὶ τὴν εἴσοδον πρὸς τὸν Πατέρα ἐσχήκαμεν· καὶ αὐτοὶ δὲ συνεργούμενοι ὑπ' ἀγγέλων δώδεκα τῶν προύχόντων καὶ μᾶλλον πλησιαζόντων Θεῷ, κατὰ τὴν ἀγχιστείαν τὴν ἐν ἁγιότητι. Εἰ γὰρ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἄγγελον

Murus magnus et altus Ecclesiæ est Christus : hic enim propugnat et custodit illos qui versantur in sancta hac civitate. *Duodecim* autem illius *portæ* duodecim sunt apostoli; per quos introitum simul et accessum ad Patrem nacti sumus. Ipsi vero peculiare subsidium et robur accipiunt, a duodecim præstantioribus propiusque ad Deum accedentibus angelis. (Propius autem illi ad Deum accedunt

eidemque assistunt, qui majori præditi suut scientia et sanctimonia). Si enim **102** unumquemlibet hominem fidelem angelum, qui custodis fidique pædagogi munus obeat, sortitum credimus, quanto justius credere debemus primos Ecclesiæ fundatores, verbique evangelici proseminatores, ad Evangelii prædicationem eos ex angelis habuisse adjutores, qui primas inter omnes obtinebant? Cæterum *nomina tribuum spiritalis Israelis apostolicis ingressibus inscripta* dicuntur. Nam eadem in externi sensilisque pontificis epomide olim quoque secundum tempus inscripta continebantur. Ad præsentem autem nominum inscriptionem quod spectat, illa præclarum curæ et sollicitudini, quam apostoli circa fideles habuere, testimonium perhibent. Sed neque apostolus Paulus quoque incassum omnium Ecclesiarum cura se tangi, suumque cor, quo omnes quos per Evangelium genuerat capere posset, dilatari prædicabat.

A ἔπεσθαι φύλακα πεπιστεύκαμεν, πολλῷ μᾶλλον τοῖς θεμελιωταῖς τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου σπορεῦσι, τοὺς ἐν ἀγγέλοις πρωτεύοντας συνεργοὺς πρὸς τὸ εὐαγγελικὸν [εἶναι] κήρυγμα νοεῖσθαι ἀκόλουθον. Τὰ δὲ *ὀνόματα τῶν φυλῶν* τοῦ *νοητοῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ ταῖς ἀποστολικαῖς εἰσόδοις* γέγραπται· ἐπειδὴ καὶ τὰ τοῦ αἰσθητοῦ ἐν τῇ ἐπωμίδι τοῦ πάλαι κατὰ καιρὸν ἀρχιερέως ἐγέγραπτο· καὶ γὰρ ἡ Γραφὴ νῦν διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων τὴν περὶ τῶν πιστῶν μέριμναν τοῖς ἀποστόλοις προσμαρτυρεῖ· καθὼς ὁ Παῦλός φησιν ἔχειν τὴν μέριμναν πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ πεπλατύνθαι, καὶ πάντας χωρεῖν οὓς αὐτὸς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγέννησε.

XXI, 13. *Ab oriente portæ tres, et ab aquilone portæ tres, et ab austro portæ tres, et ab occasu portæ tres.*

B Ἀπὸ *ἀνατολῆς, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ βορρᾶ, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ νότου, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ δυσμῶν, πυλῶνες τρεῖς· καὶ ἀπὸ μεσημβρίας, πυλῶνες τρεῖς.*

Quadripartita portarum figura, et triplex earumdem explicatio, sanctissimæ adorandæque Trinitatis agnitionem per quadripartitum orbem diffusam significat: quæ sane agnitio per vivificam crucem obtigit nobis: siquidem portarum compositio et dispositio ejusmodi est, ut crucis speciem præ se ferat. Sunt enim digestæ ad formam duodecim boum, qui mare æneum a Salomone confectum sustentabant, tripartitumque apostolorum quaternionem, sanctæ Trinitatis præconem, designabant; et quatuor itidem evangelistarum ad quatuor terræ fines emissionem. Per quod etiam spiritale sacri C baptismatis mare, quod mundum a peccatis expiat, per mysticum Salomonem constitutum et institutum, adumbrabatur.

Τὸ δὲ τετραμερὲς σχῆμα τῶν πυλώνων, καὶ ἡ τρισσὴ αὐτῶν ἀνάπτυξις, τὴν ἐκ τῆς τετραπεράτου οἰκουμένης τῆς προσκυνητῆς [παναγίας] Τριάδος δηλοῦν [τὴν] ἐπίγνωσιν, ἣν διὰ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ εἰλήφαμεν, ἐξείληπται. Σταυροειδὲς γὰρ τὸ σχῆμα τῆς τῶν πυλώνων θέσεως, κατὰ τὸ εἶδος τῶν ιβ' βοῶν, οἳ τὴν ὑπὸ Σολομῶντος κατεσκευασμένην θάλασσαν ἐβάσταζον, χαρακτηρίζοντες τὴν τριαδικὴν τῶν ἀποστόλων τετρακτύν, τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος κήρυκα· καὶ τὴν τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων ἐκπομπὴν εἰς τὰ τέσσαρα τῆς γῆς πέρατα· δι' ἧς ἡ νοητὴ θάλασσα τοῦ [ἁγίου] βαπτίσματος, ἡ ἀποκαθαίρουσα τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν, [ἡ] ἐκ τοῦ νοητοῦ συστᾶσα Σολομῶντος, εἰκονίζεται.

XXI, 14. *Et murus civitatis habebat fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina, duodecim apostolorum Agni.*

Καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα· καὶ ἐπ' αὐτῶν δώδεκα ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ Ἀρνίου.

Fundamenta muri, inquit, beati sunt apostoli; super hos enim Christi Ecclesia fundata est. Quorum nomina in illis veluti in tabula quadam inscripta sunt, ad commodam eorum qui legunt, aut legere volunt, instructionem.

Θεμέλιοι δὲ τοῦ τείχους, [καθώς φησιν,] οἱ μακάριοί εἰσιν ἀπόστολοι· ἐφ' οἷς ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία τεθεμελίωται· ὧν τὰ ὀνόματα, ὡς ἐν προγραφῇ, τούτοις ἐπιγέγραπται, πρὸς τὴν τῶν ἀναγινωσκόντων εὐμάθειαν.

XXI, 15. *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem, et portas ejus et murum.*

Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε [μέτρον] κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας [αὐτῆς] καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς.

Mensura aurea utrumque, et mensurantis (quem in hominis quoque specie cernebat) excellentiam et dignitatem, et mensuratæ rursum civitatis præstantiam, significat; cujus murum Christum esse jam ante indicavimus. Mensuratur autem hæc civitas, non ab omnibus, sed ab angelis; ad designandam singularem naturarum supermundanarum mundítiam et sapientiam. Est præterea supernæ illius civitatis magnitudo et elegantia præ cæteris, ut versimile fit, illis cognita. Per *murum* autem divinæ munitionis atque protectionis septum, in quo sancti tute custodientur, accipi hoc loco posse arbitramur.

D Ὁ *χρυσοῦς* δὲ *κάλαμος* δηλοῖ τὸ τίμιον τοῦ τε μετροῦντος ἀγγέλου, ὃν ἀνθρωποειδῶς ἐθεώρησε, καὶ τῆς μετρουμένης πόλεως, ἧς τεῖχος τὸν Χριστὸν ἐξελάβομεν· οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων, ὑπὸ δὲ ἀγγέλου μετρουμένης, διὰ τὸ καθαρὸν καὶ σοφὸν τῶν ὑπερκοσμίων φύσεων· αἷς, ὡς εἰκὸς, ἔγνωσται τῆς ἄνω πόλεως τό τε μέγεθος, ἥ τε εὐπρέπεια· ἡγούμεθα δὲ *τεῖχος* ἐνταῦθα καὶ τὴν θείαν περιβολὴν καὶ σκέπην νοεῖσθαι, ἐν ᾗ οἱ ἅγιοι φυλαχθήσονται.

103 XXI, 16. *Et civitas in quadro posita est;*

Καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται· καὶ τὸ μῆκος

αὐτῆς ὅσον τὸ πλάτος· καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν A *et longitudo ejus tanta est, quanta et latitudo. Et*
ἐν τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων· τὸ
μῆκος αὐτῆς, καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος, ἴσα
ἐστί.

mensus est civitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia; et longitudo et latitudo et altitudo ejus æqualia sunt.

Τετράγωνος δὲ ἡ πόλις κεῖται, διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ πάγιον· τὸ γὰρ κατά τε βάθος καὶ μῆκος καὶ πλάτος ἰσόπλευρον *κύβος* τισὶν ὠνόμασται· ἑδραιότητα δὲ δηλοῦν λέγεται. Αἱ δὲ *δώδεκα χιλιάδες τῶν σταδίων*, ἃς ἔχειν φησὶ τὴν πόλιν, ἴσως μὲν σημαίνουσι τὸ ταύτης μέγεθος· ὑπὲρ γὰρ ψάμμον, ὥς φησιν ὁ Δαυΐδ, οἱ ταύτης οἰκήτορες πληθυνθήσονται· ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, δι' ὧν αὕτη κατοικίζεται. Καὶ ὁ ἑβδοματικὸς [δὲ] ἀριθμὸς, μυστικὸς ὤν, διά τινος ἀναλύσεως παρίστησι τὸ ζητούμενον. Αἱ γὰρ ῥηθεῖσαι χιλιάδες τῶν σταδίων, *σημεῖα* ἀποτελοῦσι τὰ λεγόμενα *μίλια*, *ψιδ'* · τῶν B μὲν *χιλίων* δηλούντων τῆς ἀπεράντου ζωῆς τὴν τελειότητα· τῶν δὲ *ἑπτακοσίων*, τὸ ἐν ἀναπαύσει τέλειον· τῶν δὲ *δεκατεσσάρων*, τὸν διπλοῦν σαββατισμὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Δὶς γὰρ ἑπτὰ, δεκατέσσαρα.

Quadrata hæc *civitas* describitur, ad designandum immotam illius firmitatem. Quod enim secundum profunditatem et altitudinem et longitudinem æquilaterum est, illud *cubus* a quibusdam appellatur. Cubica autem figura præ cæteris firma et stabilis habetur. At vero *duodecim millia stadiorum*, quot civitas, de qua hic agitur, habere asseritur, illius forte magnitudinem denotant. Nam, ut propheta David vaticinatur, illius incolæ super arenam maris multiplicabuntur. Fortassis per duodecim apostolorum numerum, per quos ipsa inhabitatur, et septenarium, qui ipse itidem mysticus est, facta quadam calculatione et resolutione, quod quæritur invenietur. Etenim prædicta duodecim stadiorum millia, mille septingenta et quatuordecim *signa*, quæ vulgo *miliaria* appellantur, conficiunt. E quibus *mille*, interminabilis vitæ perfectionem insinuant : *septingenta* autem, perfectam requiem : *quatuordecim* vero, duplicem Sabbatismum, animæ nimirum et corporis quietem. Bis enim septem constituunt quatuordecim.

Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων πηχῶν· μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου.

XXI, 17. *Et mensus est murum ejus, centum quadraginta quatuor cubitorum; mensura hominis, quæ est angeli.*

Τὸ μέτρον τοῦ βάθους τοῦ τείχους, πηχῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων· δωδεκάκις γὰρ ὁ δώδεκα ἀριθμὸς συντιθέμενος, ὁ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἐμφαίνων, τοῦτον ἀποτελεῖ τὸν ἀριθμόν.

Mensura profunditatis muri erat cubitorum mille quadraginta quatuor : duodenarius enim numerus in seipsum multiplicatus, qui apostolicæ doctrinæ C ubertatem ob oculos nobis ponit, hunc numerum absolvit.

Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς, ἴασπις· καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν, ὅμοιον ὑάλῳ καθαρῷ.

XXI, 18. *Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide; ipsa vero civitas aurum mundum, simile vitro mundo.*

Ἡ δὲ ἐνδόμησις τοῦ τείχους, ἴασπις, τὴν ἀειθαλῆ καὶ ἀμάραντον ζωὴν τῶν ἁγίων ἐνδείκνυται, καθὼς πολλάκις εἴρηται. *Καθαρὸν* δὲ τὸ *χρυσίον* αὐτῆς ὡς *ὕαλος*, διὰ τὸ διαυγὲς καὶ λαμπρὸν τῶν αὐτῆς οἰκητόρων.

Structura muri ejus jaspis; quæ beatam semperque vernantem sanctorum vitam demonstrat, ut sæpe jam ante dictum est. *Aurum* autem ejus dicitur *purum tanquam vitrum;* ad significandum illorum splendorem conspicuamque claritatem qui in ea habitant.

Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως, παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι.

XXI, 19, 20. *Et fundamenta muri civitatis, omni lapide pretioso ornata.*

19. *De his qui servantur a plaga quatuor angelorum, nempe centum quadragintaquatuor millibus.*
20. *De innumerabili turba eorum qui ex gentibus una cum Christo regnabunt.*
21. *Solutio septimi sigilli, quod angelicæ virtutes ad Deum ferant sanctorum preces tanquam thymiamata.*
22. *De septem angelis, quorum primo tuba canente, grando et ignis ac sanguis in terram feruntur.*

23. *De secundo angelo, quo tuba canente pereunt quæ in mari vivebant.*
24. *Tertius angelus aquas fluminum reddit amaras.*

25. *Quartus angelus tertiam luminis solaris ac lunaris partem obscurat.*
26. *De quinto angelo et spiritualibus locustis ascendentibus ex abysso terræ, deque varia specie ipsarum.*
27. *De sexto angelo, et solutio angelorum qui super Euphratem alligati erant.*
28. *De angelo circumdato nube ac iride, qui communem omnium finem pronuntiabat.*
29. *Quod libellum de manu angeli evangelista acceperit.*
30. *De Enoch et Elia, qui Antichristum coarguunt.*

31. *Quod occisi ab Antichristo Enoch et Elias resurgent, et eos qui seducti fuerant, terrore consternabunt.*
32. *De septima tuba et sanctis Deum laudantibus ob futurum judicium.*

33. *De prioribus Ecclesiæ persecutionibus, et iis quæ sub Antichristo fient.*
34. *De commisso prælio inter sanctos angelos et pravas potestates, et de casu draconis.*

β'. Ὀπτασία ἐν ᾗ τὸν Ἰησοῦν ἐθεάσατο ἐν μέσῳ λυχνιῶν ἑπτά.
γ'. Τὰ γεγραμμένα πρὸς τὸν τῆς Ἐφεσίων Ἐκκλησίας ἄγγελον.
δ'. Τὰ δηλωθέντα τῷ ἐν τῇ Σμυρναίων Ἐκκλησίᾳ ἀγγέλῳ.
ε'. Τὰ σημανθέντα τῷ τῆς Περγαμηνῶν Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.
ς'. Τὰ γεγραμμένα τῷ τῆς Θυατείρων Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.
ζ'. Τὰ ἀπεσταλμένα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας.
η'. Τὰ γραφέντα πρὸς τὸν τῆς Φιλαδελφέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.
θ'. Τὰ δηλωθέντα πρὸς τὸν τῆς Λαοδικέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.
ι'. Περὶ τῆς ὁραθείσης αὐτῷ θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἐξῆς δειχθέντων.
ια'. Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης σφραγῖσιν ἑπτὰ τῆς ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι δύναται τῆς κτιστῆς φύσεως.
ιβ'. Περὶ τοῦ ἀρνίου τοῦ τὰ ἑπτὰ κέρατα ἔχοντος ὅπως τὴν βίβλον ἀνέῳξεν.
ιγ'. Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος, τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν σημαίνουσα.
ιδ'. Λύσις τῆς δευτέρας σφραγῖδος, δηλοῦσα τὸν τῶν ἀπίστων κατὰ τῶν πιστῶν πόλεμον.
ιε'. Λύσις τῆς τρίτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τῶν μὴ παγίως πεπιστευκότων Χριστῷ τὴν ἔκπτωσιν
ις'. Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας παιδευτικὰς μάστιγας τοῖς δι' ἀνυπομονησίας ἀρνησαμένοις τὸν Κύριον.
ιζ'. Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, τὴν τῶν ἁγίων ψυχῶν σημαίνουσα πρὸς Κύριον καταβόησιν ὥστε γενέσθαι συντέλειαν.
ιη'. Λύσις τῆς ἕκτης σφραγῖδος, τὰς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγομένας πληγὰς σημαίνουσα.
ιθ'. Περὶ τῶν σωζομένων ἐκ πληγῆς τῶν τεσσάρων ἀγγέλων χιλιάδων ρμδ'.
κ'. Περὶ τοῦ ἀναριθμήτου ὄχλου τῶν ἐξ ἐθνῶν Χριστῷ συμβασιλευσάντων.
κα'. Λύσις τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος, δηλοῦσα ἀγγελικὰς δυνάμεις προσάγειν Θεῷ τὰς τῶν ἁγίων προσευχὰς ὡς θυμιάματα.
κβ'. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, ὧν τοῦ πρώτου σαλπίσαντος, χάλαζα καὶ πῦρ καὶ αἷμα ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται.
κγ'. Περὶ τοῦ δευτέρου ἀγγέλου, οὗ σαλπίσαντος, τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐμψύχων ἀπώλεια γίνεται.
κδ'. Ὁ τρίτος ἄγγελος τὰ τῶν ποταμῶν πικραίνει ὕδατα.
κε'. Ὁ τέταρτος ἄγγελος τὸ τρίτον τοῦ ἡλιακοῦ καὶ σεληνιακοῦ φωτὸς σκοτίζει.
κς'. Περὶ τοῦ πέμπτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐκ γῆς ἀβύσσου ἀναερχομένων νοητῶν ἀκρίδων, καὶ του ποικίλου τῆς μορφῆς αὐτῶν.
κζ'. Περὶ τοῦ ἕκτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ λυομένων ἀγγέλων ἐπίλυσις.
κη'. Περὶ ἀγγέλου περιβεβλημένου νεφέλην καὶ Ἶριν, καὶ τὸ κοινὸν τέλος προμηνύοντος.
κθ'. Ὅπως τὸ βιβλιδάριον ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ὁ εὐαγγελιστὴς εἴληφεν.
λ'. Περὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλία διελέγχειν μελλόντων τὸν Ἀντίχριστον.
λα'. Ὅπως ἀναιρεθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου ἀναστήσονται, καὶ τοὺς ἠπατημένους ἐκπλήξουσιν.
λβ'. Περὶ τῆς ἑβδόμης σάλπιγγος, καὶ τῶν ὑμνούντων τῷ Θεῷ ἁγίων ἐπὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει.
λγ'. Περὶ τῶν διωγμῶν τῆς Ἐκκλησίας τῶν προτέρων, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου.
λδ'. Περὶ τοῦ γενομένου πολέμου μεταξὺ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, καὶ τῆς καταπτώσεως τοῦ δράκοντος.

λε'. Ὅπως ὁ δράκων διώκων τὴν Ἐκκλησίαν οὐ παύεται.
35. *Quod draco non cesset persequi Ecclesiam.*

λς'. Περὶ τοῦ θηρίου τοῦ ἔχοντος κέρατα δέκα καὶ κεφαλὰς ἑπτὰ, ὧν μίαν ὡς ἐσφαγμένην ἔφη.
36. *De bestia habente cornua decem et capita septem, quorum unum dicit veluti occisum.*

λζ'. Περὶ ἑτέρου θηρίου δύο κέρατα ἔχοντος, καὶ τῷ πρώτῳ τοὺς ἀνθρώπους προσάγοντος.
37. *De alia bestia habente duo cornua quæ homines ad priorem bestiam adducebat.*

λη'. Περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου.
38. *De nomine bestiæ.*

λθ'. Περὶ τῶν ρμδ' χιλιάδων τῶν σὺν Ἀρνίῳ ἑστώτων ἐν ὄρει Σιών.
39. *De centum quadraginta quatuor millibus, qui cum Agno stabant in monte Sion.*

μ'. Περὶ ἀγγέλου προαγορεύοντος τὴν ἐγγύτητα τῆς κρίσεως τῆς μελλούσης.
40. *De angelo qui denuntiabat propinquum esse futurum judicium.*

μα'. Περὶ δευτέρου ἀγγέλου, τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος κηρύσσοντος.
41. *De secundo angelo casum Babylonis prædicante.*

μβ'. Περὶ τρίτου ἀγγέλου ἀσφαλιζομένου τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν, μὴ δέξασθαι τὸν Ἀντίχριστον.
42. *De tertio angelo muniente populum Domini ne susciperet Antichristum.*

μγ'. Ὅτι ὁ ἐν τῇ νεφέλῃ καθήμενος, τῷ δρεπάνῳ συντελεῖ τὰ ἐκ τῆς γῆς βλαστάνοντα.
43. *Quod is qui sedebat in nube demetebat falce quæ ex terra germinabant.*

μδ'. Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τρυγῶντος τὴν τῆς πικρίας ἄμπελον.
44. *De alio angelo qui vindemiabat vineam amaritudinis.*

με'. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐπαγόντων τοῖς ἀνθρώποις τὰς πληγὰς πρὸ τῆς συντελείας. Καὶ περὶ τῆς ὑαλίνης θαλάσσης, ἐν ᾗ τοὺς ἁγίους ἐθεάσατο.
45. *De septem angelis qui in homines plagas inducebant ante consummationem, et de mari vitreo in quo sanctos conspexerat.*

μς'. Ὅπως τῆς πρώτης φιάλης ἐκχυθείσης, ἕλκος κατὰ τῶν ἀποστατῶν γίνεται.
46. *Quod effusa prima phiala fiat ulcus adversus apostatas qui a Deo defecerunt ad Antichristum.*

μζ'. Πληγὴ δευτέρα κατὰ τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐπιτιμωμένων.
47. *Plaga secunda adversus ea quæ objurgantur in mari.*

μη'. Ὅπως διὰ τῆς τρίτης, οἱ ποταμοὶ εἰς αἷμα μετακιρνῶνται.
48. *Quod per tertiam plagam mutentur flumina in sanguinem.*

μθ'. Ὅπως διὰ τῆς τετάρτης, καυματίζονται οἱ ἄνθρωποι.
49. *Quod per quartam plagam æstu exurantur homines.*

ν'. Ὅπως διὰ τῆς πέμπτης, ἡ βασιλεία τοῦ θηρίου σκοτίζεται.
50. *Quod per quintam plagam regnum bestiæ obscuretur.*

να'. Ὅπως διὰ τῆς ἕκτης, ἡ ὁδὸς διὰ τοῦ Εὐφράτου τοῖς ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου βασιλεῦσιν ἀνοίγεται.
51. *Quod per sextam plagam via per Euphraten aperitur regibus orientalibus.*

νβ'. Ὅπως διὰ τῆς ἑβδόμης, χάλαζα καὶ σεισμὸς κατὰ τῶν ἀνθρώπων γίνεται.
52. *Quod per septimam plagam grando et terræmotus fiant adversus homines.*

νγ'. Περὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων δεικνύντος τῷ εὐαγγελιστῇ τὴν τῆς πόρνης πόλεως καθαίρεσιν· καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν, καὶ τῶν δέκα κεράτων.
53. *De uno ex septem angelis qui ostendit evangelistæ subversionem civitatis meretricis, et de septem capitibus decemque cornibus.*

νδ'. Ὅπως ὁ ἄγγελος τὸ ὁραθὲν αὐτῷ μυστήριον ἡρμήνευσεν.
54. *Quod angelus visum ab ipso mysterium interpretatus sit.*

νε'. Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος δηλοῦντος, καὶ οὐρανίου φωνῆς τὴν ἐκ τῆς πόλεως φυγὴν ἐντελλομένης, καὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν τερπνῶν ὧν τὸ πρὶν ἐκέκτητο.
55. *De alio angelo casum Babylonis significante, et cœlesti voce quæ fugam ex ipsa præcipiat : deque rejectione delectabilium quæ antea acquisierat.*

νς'. Περὶ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας, καὶ τοῦ τριπλοῦ ἀλληλούϊα ὅπερ ἐψάλλον ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Βαβυλῶνος.
56. *De cantu sanctorum, et de triplici alleluia quod cecinerunt pro subversione Babylonis.*

νζ'. Περὶ τοῦ μυστικοῦ γάμου, καὶ τοῦ δείπνου τοῦ Ἀρνίου.
57. *De mysticis nuptiis, et cœna Agni.*

νη'. Πῶς τὸν Χριστὸν ὁ εὐαγγελιστὴς ἔφιππον μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν ἐθεάσατο σὺν φόβῳ.
58. *Quomodo viderit evangelista Christum equo insidentem cum potestatibus angelicis terrorem incutientem.*

νθ'. Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαλλομένων εἰς γέενναν.
59. *De Antichristo, et his qui cum eo projicientur in gehennam.*

ξ'. Ὅπως ὁ Σατανᾶς ἐδέθη ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας μέχρι τῆς συντελείας· καὶ περὶ τῶν χιλίων ἐτῶν.
60. *Quod Satanas ligatus sit a Christi adventu usque ad consummationem : et de mille annis.*

ξα'. Περὶ τῶν ἡτοιμασμένων θρόνων τοῖς φυλάξασι τὴν Χριστοῦ ὁμολογίαν.
61. *De sedibus quæ paratæ sunt illis qui servaverunt Christi confessionem.*

ξβ'. Τί ἐστιν ἡ πρώτη ἀνάστασις, καὶ τίς ὁ δεύτερος θάνατος.
62. *Quæ sit prima resurrectio, et quæ secunda mors.*

ξγ'. Περὶ τοῦ Γὼγ καὶ Μαγώγ.
63. *De Gog et Magog.*

ξδ'. Περὶ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως καὶ κρίσεως.
64. *De sedente in throno et communi resurrectione ac judicio.*

ξε'. Περὶ καινῶν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.
65. *De cœlo et terra novis, supernaque Jerusalem.*

ξς'. Περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος καὶ ὁραθείς.
66. *De his quæ dixit is qui visus est in throno sedens.*

ξζ'. Περὶ τοῦ ἀγγέλου δεικνύντος αὐτῷ τὴν τῶν ἁγίων πόλιν καὶ τὸ ταύτης τεῖχος σὺν τοῖς πυλῶσι διαμετροῦντος.
67. *De angelo qui ostendit ipsi sanctorum civitatem, et dimensus est murum ac portas ipsius.*

ξη'. Περὶ τοῦ καθαροῦ ποταμοῦ τοῦ ὀπτανθέντος ἐκ τοῦ θρόνου πορεύεσθαι.
68. *De fluvio puro qui visus est ex throno procedere.*

69. *Quod fide digna sint quæ ab Apostolo visa sunt.*

70. *Quod Christus sit Deus prophetarum ac Dominus omnium.*

71. *Quod jussum ipsi fuerit ne obsignaret, sed ut prædicaret hanc revelationem.*

72. *Quod Ecclesia et spiritus qui in ea est gloriosum expetant Christi adventum, et de maledictione cui sunt obnoxii, qui librum hunc adulterant ac depravant tanquam irritum et abrogatum.*

ξθ'. *Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ Ἀποστόλῳ.*

ο'. *Ὅτι Θεὸς τῶν προφητῶν ὁ Χριστὸς καὶ Δεσπότης τῶν ἁπάντων.*

οα'. *Ὅπως ἐκελεύσθη μὴ σφραγίσαι, ἀλλὰ κηρύξαι τὴν Ἀποκάλυψιν.*

οβ'. *Ὅπως ἡ Ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα προσκαλοῦνται τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν· καὶ περὶ τῆς ἀρᾶς ᾗ ὑποβάλλονται οἱ τὴν βίβλον παραχαράττοντες ὡς ἄκυρον.*

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΚΑΙ ΗΓΑΠΗΜΕΝΟΥ

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ.

JOANNIS THEOLOGI AC DILECTI

APOCALYPSIS.

645 CAPUT PRIMUM.

Præmium Apocalypsis, et quod per angelum ipsi data sit.

1, 1, 2. *Apocalypsis Jesu Christi quam dedit illi Deus, ut palam faceret servis suis quæ oporteat fieri cito : et significavit mittens per angelum suum servo suo Joanni, qui testificatus est sermonem Dei et testimonium Jesu Christi, et quæcunque vidit, et quæcunque audivit, et quæ oportet fieri posthæc.*

Quidam veterum librum hunc alienum esse dicunt a dictione et lingua Joannis dilecti, ipsum ad alium referentes. Sed non ita est. Siquidem Gregorius ejusdem cum hoc cognominis (Theologus cognominatus) hunc inter germanos ac legitimos libros connumeravit. « Sicut me docet, inquit, Joannis Apocalypsis. » Sane incipiens Evangelium scribere, Christum theologice disserendo, præmittit : « In principio, inquiens, erat Verbum. » Præterea in Epistola idem habet proœmium ac similis theologiæ, præmittens, « Quod erat ab initio. »

Apocalypsis Jesu Christi quam dedit illi Deus. **646** Tanquam diceret : Hæc mea Apocalypsis data quidem est Filio a Patre, porro a Filio data est nobis servis suis. Ab humilioribus namque incipiens dispensationem, ad ea processit quæ Deum magis decent. Quemadmodum enim et divinus apostolus Petrus in sua confessione cum dixisset, « Christus, » mox subjunxit quod perfectissimum est, nempe, « Filius Dei [1], » tanquam non potens Christi dispensationem dignis exprimere verbis. Ita ergo et hic cum nomine « Christus, » conjunxerit « servis suis, » divinitatem quæ in Christo est designavit.

[1] Matth. xvi, 16.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Προοίμιον της Ἀποκαλύψεως, καὶ ὅτι δι' ἀγγέλου αὐτῷ δέδοται.

A Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα τε εἶδεν, καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.

Τινὲς τῶν ἀρχαιοτέρων νοθεύουσι ταύτην τῆς Ἰωάννου τοῦ ἠγαπημένου γλώττης, ἑτέρῳ ταύτην ἀνατιθέντες. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως. Ὁ γὰρ συνεπώνυμος τούτῳ Γρηγόριος ἐνέκρινε ταύτην ταῖς ἀνοθεύτοις, « Ὡς ἡ Ἰωάννου, φήσας, διδάσκει με Ἀποκάλυψις. » Ἀρχόμενος δὴ γράφειν τοῦ Εὐαγγελίου, τὸν Χριστὸν θεολογῶν πρόεισιν. « Ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἦν ὁ Λόγος. » Καὶ τῆς Ἐπιστολῆς δὲ αὐτὸ τὸ προοίB μιον τῆς αὐτῆς ἔχεται θεολογίας, « ὃ ἦν ἀπαρχῆς, » προβαλλόμενος.

Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεός. Ὡσεὶ ἔλεγεν· Ἡ παροῦσά μου Ἀποκάλυψις δέδοται μὲν παρὰ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ, δέδοται δὲ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἡμῖν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων γὰρ τῆς οἰκονομίας ἀρξάμενος, ἐπὶ τὰ θεοπρεπέστερα προέβη. Ὡς γὰρ καὶ Πέτρος ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὁμολογίᾳ τὸ, « Χριστὸς, » εἰπὼν ὄνομα, τὸ τελειώτατον ἐπήνεγκε τὸ, « ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, » ὡς τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἀξιολόγως τὴν οἰκονομίαν παριστᾶν ἔχοντος· οὕτως οὖν καὶ νῦν τῷ, « Χριστὸς, » ὀνόματι οὕτος συνάψας τὸ, « τοῖς δούλοις αὐτοῦ, » τὴν ἐν τῷ Χριστῷ θεότητα ὑπεσήμανε.

Τίνος γὰρ ἦσαν οἱ ἅγιοι δοῦλοι, εἰ μὴ τοῦ Θεοῦ; πρὸς ὃν καὶ εἴρηται, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Ἐπενεγκὼν δὲ, τὸ τὴν μυσταγωγίαν οὐ τὸν Χριστὸν αὐτόχρημα αὐτῷ καταπρᾶξαι, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, τὸ φιλάληθες τοῦ τὴν Ἀποκάλυψιν εἰληφότος ὑπέδειξεν. Ἀποκάλυψις δέ ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς, εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων, εἴτε καθάπαρ ἐκ θείας ἐλλάμψεως. Δοθῆναι δὲ τὴν Ἀποκάλυψιν ταύτην φησὶν, ἀνθρωπινώτερον διαχειριζόμενος, τὸν λόγον ὁ θεῖος οὗτος Ἀπόστολος, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τῇ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν θειοτέρων τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον ποιούμενος τὸν λόγον καὶ ἐνδιατρίβων αὐτοῖς, οὕτω καὶ νῦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων, ὡς ἂν ὑποφήνῃ σαφῶς, ὡς Ἄμφω τὰ θειότερα λέγω καὶ τὰ ἀνθρώπινα, τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ἐνθεωρεῖται Χριστῷ μεταπρέποντα. Διὰ γὰρ τοῦ διακονοῦντος ἀγγέλου, καὶ τοῦ ὀνόματος τῶν μανθανόντων, ὅτι δοῦλοι, τὸ τῆς θεότητος Χριστοῦ ἐμφαίνει μέγεθος, καθὸ καὶ εἴρηται, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Τὴν ἔκβασιν δὲ τῶν χρηματιζομένων ἐν τάχει ὑπισχνεῖται προβῆναι, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ παραμετρῶν τὰ ἀνθρώπινα τοῖς θείοις, εἷς καὶ τὰ πολυχρονίως καὶ χιλιοστῶς ἐκτελούμενα, « ὡς ἡ χθὲς ἡμέρα, καὶ ἡ ἐν νυκτὶ φυλακὴ » κρίνεται. Ἢ καὶ φιλοτιμότερον προσβαλεῖν τῷ, *Ἐν τάχει*, τοῦ ἀνυπερθέτως παριστῶντός ἐστι τὴν ἔκβασιν λήψεσθαι τὰ δηλούμενα, μηδὲν τῆς παρατάσεως οἵας τε οὔσης τὸ συντελεσθῆναι λυμήνασθαι, ὡς οὐδὲ τὸ σήμερον τοῦ ἐχθὲς παρατεινομένου, ἐὰν μὴ εἰς ὅπερ ἁφῖχθαι ἀποκείμενον εὐκαίρως παρῇ μηδεμιᾶς ὑπολιπομένης τῷ πράγματι βραδυτῆτος πρὸς καταδοχήν, ἀποδιαπομπήσασθαι εὐπρεπές. Δι' ἀγγέλου δὲ ὁ χρηματισμὸς τῷ δούλῳ αὐτοῦ, ὃς δοῦλος ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ, φησί. Τούτῳ τῷ σχήματι τὴν διδασκαλικὴν αὐτοῦ ἀλήθειαν συνιστῶν, καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἐχρήσατο εἰπών· « Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτου καὶ γράψας ταῦτα, καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. » Ὡς οὖν ἐν ἐκείνῳ, οὕτω καὶ νῦν φησιν, ὅτι μάρτυς ἐστὶ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως τῆς δοθείσης αὐτῷ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίας· μαρτυρίας, λέγων, οἱονεὶ διαμαρτυρίας τοῦ διαμαρτύρασθαι δηλονότι πρὸς οὓς ὁ λόγος αὐτῷ, εἰς ἐξαθώωσιν ἑαυτοῦ, μάρτυρα εἶναι ἑαυτὸν τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ θείου λόγου διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως. Τίνα δὲ διαμαρτύρασθαι καὶ κηρύξαι εἰς ἐξαθώωσιν ἑαυτοῦ; Τά τε ὄντα, τά τε ἐσόμενα, ἃ καὶ παραστατικὰ, ἅτε προφήτου, τοῦ τε ἐνεστῶτος χρόνου καὶ τοῦ μέλλοντος.

A Cujus namque servi sunt sancti, nisi Dei? ad quem etiam dictum est: « Quoniam omnia serviunt tibi. [1] » Subjungens autem quod Christus sacram hanc doctrinam non proprio oraculo ad ipsum pertulerit, sed tantum per angelum suum, amorem veritatis indicavit in eo qui Apocalypsim acceperat. Est autem Apocalypsis secretorum mysteriorum manifestatio: illustrata animi mente, sive per divina somnia, sive ex divina evidentique affulgentia. Hanc vere Apocalypsim datam esse dicit, magis humano more sermonem disponens divinus hic apostolus: et non quemadmodum in Evangelio et Epistola sua, a divinioribus potius quæ in Christo sunt sermonem texit et in eis versatur, ita et nunc, sed ab humilioribus: tanquam aperte significaret quod utraque, divina, inquam, et humana, in uno eodemque Christo convenienter perspiciuntur. Siquidem per ministrantem angelum, et nomen eorum qui docentur, nempe quod servi sint, majestatem divinitatis Christi manifestat: juxta id quod etiam scriptum est, « Quoniam omnia serviunt tibi. » Porro eventum eorum quæ tractantur brevi pollicetur eventurum: non vulgari modo, sed metiens humana divinis: quorum collatione etiam ea quæ longissimo tempore et post multos annorum millenarios eveniunt, « tanquam dies hesterna et nocturna vigilia [2] » reputantur. Aut etiam curiosius et exactius, quod addat, *Cito*, infallibiliter demonstrantis est quod ea quæ manifestantur sint eventum sortitura, sicut nihil impedimenti possit afferre dilatio quin compleantur. Quemadmodum neque hesterni diei protensio impedire potest hodiernum, nisi quod oporteat differri donec opportune adsit, quod in hoc repositum est ut contingat, nulla huic rei mora relicta ad successionem. **647** Per angelum autem fit vaticinium servo ipsius, qui servus testimonium perhibuit sermoni Dei et sermoni suo, inquit. Hoc dicendi tropo quo suam veritatem docendo aptam ostendit et commendat, etiam in Evangeliis usus est, dicens: « Ille est discipulus ille qui testimonium perhibet de his et scripsit hæc, et scimus quod verum est testimonium ejus. [3] » Sicut ergo in eo libro, ita et nunc dicit quod testis sit ejus quod sibi demonstratum est, propter testimonia datæ sibi a Christo apocalypsis, testimonia dicens veluti protestationes quasdam, protestando videlicet adversus illos quibus ipsi sermo erat, ut sese a peccato incontaminatum redderet, quod testis erat divini sermonis per revelationem sibi demonstrati. Quænam autem protestari ac prædicare oportuit, ut sese a peccato incontaminatum redderet? Et quæ præsentia erant et quæ futura: quæ etiam tanquam prophetæ dicta, tempus præsens ac futurum manifestant:

Ὅσα τε εἶδεν. Ἐν ἑτέρῳ ἀντιγράφῳ πρόσκειται καὶ ταῦτα· *καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.* Ὁ Χριστός μοι, φησὶν, ἐφανέρωσεν ὡς δεσπότης τῷ δούλῳ αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ διὰ τῶν ὁραθέντων διαμαρτύρασθαι καὶ

Et quæcunque vidit. In alio exemplari adduntur et hæc, *Et quæcunque audivit, et quæ sunt, et quæ oportet fieri posthæc.* Christus, inquit, mihi manifestavit tanquam Dominus servo suo: ut per ea quæ visa sunt protestarer ac prædicarem, ad conversionem auditorum:

[1] Psal. cxviii, 91. [2] Psal. lxxxix, 4. [3] Joann. xxi, 24.

et quæ sunt latentque homines, et quæ futura sunt : utraque enim prophetice vidit : veluti ex eo manifestum est quod dixit, Quæ sunt et quæ oportet fieri. Nam hæc demonstrativa sunt temporis præsentis ac futuri, circa quæ etiam est approbatio prophetarum.

A κηρύξαι πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἀκουόντων, τά τε ὄντα καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνοντα, τά τε μέλλοντα ἔσεσθαι. Προφητικῶς γὰρ ἐώρακεν ἀμφότερα. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι, *Ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι.* Ταῦτα γὰρ παραστατικὰ τοῦ ἐνεστῶτος χρόνου καὶ τοῦ μέλλοντος, περὶ ἃ καὶ τῶν προφητῶν τὸ εὐδόκιμον.

Beatus qui legit et qui audiunt verba prophetiæ et servant ea quæ in ipsa scripta sunt. Tempus enim prope est.

Prudenter admodum beatos prædicat, non qui solum legunt : siquidem multi ita forent beati legendo : sed qui etiam audiunt, efficaci videlicet et operativo auditu : quibus etiam Dominus testatus est vere esse auditum, cum his verbis de eis ait : « Qui habet aures audiendi, audiat. [a] » Et quis est B hic ? is qui habitu audiendi paratus est ad observandum et custodiendum, tanquam divinas leges ea quæ dicta sunt, qui etiam compositus est ad spiritualiter vivendum : non sicut animalis homo, sive qui juxta sensualitatem eligit vivere, quemadmodum animalia sermone carentia : sed qui despecto omni eo quod ad consuetam hanc et placidam vivendi rationem attinet, ad id quod in nobis divinum est traductus, 648 totus compositus est ad bonitatem, ac providentiam ejus qui ipsum initio formavit, propterea quod ad suam imaginem ipsum effinxerat.

Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα.

Μακαρίζει προμηθῶς ἄγαν οὐ τοὺς ἀναγινώσκοντας μόνους (πολλοὶ γὰρ ἂν ἦσαν μακάριοι οὕτως οἱ ἀναγινώσκοντες), ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐμπράκτῳ δηλαδὴ ἀκοῇ. Οἷς καὶ ὁ Κύριος τῷ ὄντι ἐμαρτύρησεν ἀκοὴν, πρὸς τῶν, ἐν οἷς φησιν· « Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. » Καὶ τίς οὗτος ; ὁ τὴν ἀκουστὴν ἕξιν εὐπρεπῶς εἰς τὸ διατηρεῖν καὶ φυλάσσειν ὡς θείους νόμους τὰ εἰρημένα, ὃς καὶ πνευματικῶς ζῆν κατηρτισμένος, οὐχ ὡς ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος, εἵτουν ὁ κατ' αἴσθησιν ζῆν προαιρούμενος, ὥσπερ τὰ λόγου ἔρημα ζῶα, ἀλλ' ἀτιμάσας μὲν πᾶν τὸ περὶ τὸ σύντροφον τοῦτο ζῆν καὶ χειρονηδὺ [? χειρόηθες], μεταταξάμενος δὲ πρὸς τὸ Θεῖον τὸ ἐν ἡμῖν, ὅλος γέγονε τῆς κατ' ἀρχὰς τοῦ Πλάστου ἐπὶ τῷ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ πλάσματι, χρηστότητος καὶ κηδεμονίας.

Tempus enim prope est. Tempus sive opportunitas propinqua est ad beatitudinem : id enim contingit per accensionem charitatis eorum qui Dei præcepta C servant : ideo quod robur ac tolerantia in agendo circa ista his adjungitur, ut nihil ducatur temporis prorogatio aut innovatio. Atque hujus rei testis est septennis patriarchæ Jacob ob uxorum susceptionem tolerantia, velut unus dies reputata. Aut, tempus præmiorum propinquum est, si conferamus præsentis vitæ brevitatem ad futuri sæculi interminabilitatem.

Ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς. Ἐγγὺς ὁ καιρὸς τῆς μακαριότητος. Τῷ διαπύρῳ γὰρ τοῦτο τῆς ἀγάπης τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ τὸ ἀνένδοτον τῆς περὶ ταῦτα περιγίνεται αὐτοῖς ἐργασίας, οὐδ' εἰς παράτασιν χρόνου ἢ ἀποκατάστασιν νομισθείη. Καὶ μάρτυς ἡ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τῶν γυναικῶν ἑπταέτης καρτερία, ὡς μία ἡμέρα λογιζομένη. Ἡ ἐγγὺς ὁ τῶν ἐπάθλων καιρὸς τῷ παραμετρεῖσθαι τὴν τοῦ παρόντος βίου σμικρότητα, πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος ἀπειρίαν αἰῶνος.

I, 4, 5. *Joannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia : gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venit : et a septem spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt. Et ab Jesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, et princeps regum terræ.*

Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ [ἐστιν] ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

Per septem ecclesias numerumque septenarium, multitudinem significavit ecclesiarum ubique locorum sitarum, quæ in præsenti vita sibi mutuo cognatæ sunt, eo quod septenaria dierum periodus inchoata, habitantem in corruptibili creatura potentiam suam designat, ut quæ per omnia ostenditur. Aut etiam supervacaneum non existimabitur, si in sententiam eamus Philonis maxime contemplativi viri Judæi, libro suo quem scribit in philosophiam Mosaicam. His autem Ecclesiis etiam præfectos æquali numero angelos beatus Joannes nunc demonstravit. Porro quod dicitur, *Ab eo qui est, et qui erat, et qui venit*, tantumdem est ac si diceret : A Deo omnium nostrum. Siquidem ipse pater cum Mose loquens in monte

Διὰ τῶν ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν, καὶ τοῦ ἑβδοματικοῦ ἀριθμοῦ, τὸ τῶν ἁπανταχῇ Ἐκκλησιῶν ἐσήμανε πλῆθος τῶν τῷ παρόντι βίῳ συστοίχων, καθ' ὧν ἡ ἑβδοματικὴ τῶν ἡμερῶν περίοδος κατάρξασα, τὴν ἐνοικοῦσαν τῇ φθαρτῇ κτίσει δύναμιν ἑαυτῆς ὑπέφηνεν ὡς διὰ πάσης διήκουσαν. Ἢ καὶ Φίλωνι τῷ θεωρητικωτάτῳ Ἰουδαίῳ ἀνδρὶ, ἐν λόγῳ αὐτοῦ τῷ εἰς τὴν κατὰ Μωϋσέα φιλοσοφίαν ὑποσυνάδειν οὐ περιττὸν ἡγεῖται. Ταύταις δὲ ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ ἰσαρίθμους ἐφόρους ἀγγέλους ὁ μακάριος νῦν Ἰωάννης ἐνέφηνε. Τὸ δὲ, *Ἀπὸ τοῦ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος*, ἰσοδυναμεῖ τῷ, Ἀπὸ τοῦ πάντων Θεοῦ ἡμῶν. « Ὄντα » μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει ὁ Πατὴρ χρηματίζων τῷ Μωϋσῇ ἐπὶ τοῦ ὄρους. Τὸ δὲ « ἦν, »

[a] Matth. xi, 15.

ὁ παρὼν θεόσοφος εὐαγγελιστὴς προήνεγκεν ἔν τε τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » εἰπὼν, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν καθολικῶν αὐτοῦ Ἐπιστολῶν, « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, » γράψας περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς. Ἐρχόμενον δὲ τὸ θεῖον Πνεῦμα καλεῖ, ὡς οὐ μόνον κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἀπεσταλμένον παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἀεὶ παραγινόμενον τοῖς ἀξίοις αὐτὸ δέξασθαι, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν. Ἴσως δὲ οὐκ ἀδόκιμον καὶ οὕτω ταῦτα νοεῖσθαι ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ, *Θ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος*, ὡς αὐτοῦ περιέχοντος; ἐν ἑαυτῷ πάντων τῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὰ μέσα, καὶ τὰ τελευταῖα.

Καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων. Τινὲς τὰ ἑπτὰ πνεύματα, τὰς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου ὑπέλαβον Πνεύματος. Δοκιμότερον δὲ ἀγγέλους ταῦτα νοεῖν. Οὐ διὰ τὸ συμπαρειλῆφθαι δὲ τῇ παντοκρατορικῇ Τριάδι, ἤδη καὶ ὁμότιμα ταῦτα καταλογίζεσθαι αὐτῇ χρὴ, ἀλλὰ δοῦλα καὶ λειτουργικὰ, εἴγε πειστέον τοῖς προφήταις τοῖς διαμαρτυρομένοις ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ τῷ θεοπάτορι Δαυὶδ, « Εὐλογεῖτε, φάσκοντι, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. » Καὶ τὸ μὲν λέγειν ὅτι τὸ συμπαραλαμβάνειν τὸ Θεῖον καὶ τὴν ἀγγελικὴν φύσιν, παριστῶντός ἐστι τὸ ὁμότιμον εἶναι τῆς παντοκράτορος καὶ πάσης τοῦ εἶναι κτίσεως πραιτίας καὶ τὴν λειτουργικὴν ὑπόστασιν, οὐκ ἔστιν εἰδότος, οὐδὲ ἐγγὺς, ἀλλ' ἀγνοοῦντος, οἶμαι, ὡς τῷ δεσπόζοντι φιλεῖ συνεῖναι καὶ τὸ ὑπηρετοῦν. ὯΙ δὴ καὶ Παῦλος χρώμενος ἐν τῇ πρώτῃ (1-2) πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῇ οὕτω πώς φησι· « Μαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων. » Τοῦτο οὖν καὶ τῷ αὐτῷ ἑπακολουθοῦντός ἐστιν. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνταῦθα προσκεῖσθαι τὸ, *Ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ*, τὴν οἰκετικὴν τάξιν, οὐ τὴν ἰσότιμον αὐτοῖς προσμαρτυροῦντός ἐστιν.

Ὁ μάρτυς ὁ πιστός. Δεῖ προσυπακούειν τὸ, ὃς ἐστιν, ἵν' ᾖ· Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἐστιν ὁ μάρτυς. Ἐπισκοπητέον δὲ ὅτι πρότερον ὡς περὶ ἀσάρκου γράψας τοῦ θείου Λόγου ἐν οἷς ἔλεγεν, « Ὁ ἦν, » νῦν περὶ σεσαρκωμένου αὐτοῦ διαλέγεται, φήσας, *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, οὐ διαιρῶν αὐτὸν εἰς δύο, διὰ τὸ ἐπαγαγεῖν τὸ, *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ἀλλὰ τοῦτό τε καὶ ἐκεῖνο περὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ μαρτυρῶν, ὅτι τέ ἐστι τοῦ Πατρὸς, καὶ ὅτι ἐσαρκώθη. Τοῦτο γὰρ βούλεται δηλοῦν τὸ, *Χριστὸς*, ὄνομα. Ὡς Χριστὸς κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον ἐμαρτύρησεν ἄτε μάρτυς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὁπηνίκα ἔφασκεν πρὸς αὐτόν· « Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. » Νοεῖν γὰρ ἀπὸ τούτων διανίστησι τῶν λόγων, ὡς καὶ Θεός ἐστιν ὁ ὡς ἄνθρωπος ὁρώμενος, καὶ ταυτὸν φθεγγόμενος. Μάρτυς μὲν οὖν διὰ τοῦτο. Πιστὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀληθὴς, Θεὸς καὶ

A seipsum nominat; « Qui est. » Præsens autem Evangelista protulit, « Erat, » et in Evangelio suo cum dixit, « In principio erat Verbum, [6] » et in prima suarum Epistolarum catholicarum cum scripsit de verbo vitæ, « Quod erat ab initio. [7] » Porro divinum Spiritum vocat eum qui venit, veluti non solum die Pentecostes missum a Patre, sed semper ad eos accedentem qui digni sunt suscipere, etiam per sanctum baptisma.

Ab eo qui est. Fortassis autem non erit absurdum, ut hæc quoque ita intelligantur de Patre, nempe *Qui est, et qui erat, et qui venit:* ut qui in seipso contineat omnium quæ sunt originem **649** et media ac fines.

B *Et a septem spiritibus.* Nonnulli septem spiritus acceperunt septem operationes sancti Spiritus. Est autem probabilius hos accipere angelos : non quod cum omnipotenti Trinitate comprehendantur, sive etiam æqualis esse cum ea honoris arbitrari oporteat : sed quod ei famulentur et obsequantur, si prophetis credendum est attestantibus quod omnia serviant ipsi : et progenitori Dei Davidi, dicenti : « Benedicite, omnes angeli Dei, potentes virtute qui expletis sermonem ipsius. [8] » Et certe dicere quod simul comprehendere divinitatem et naturam angelicam sit demonstrare æqualitatem esse honoris inter omnipotentem Trinitatem et qui omnis creaturæ auctor est, ac ministerialem substantiam, non est intelligentis aut propemodum intelligentis, sed ignorantis, ut opinor, quod gaudeat ea creatura assistere C dominatori, eique ministrare : quo schemate et Paulus in Epistola prima ad Timotheum utens, in hunc quodammodo loquitur modum : « Obtestor in conspectu Dei et electorum angelorum. [9] » Hoc igitur idem quoque prosequentis est. Quin etiam addere hoc loco; *Qui in conspectu throni Dei sunt*, attestantis est ministerialem ordinem, non æqualem ipsis honorem.

Testis fidelis. Oportet subintelligere ὃς ἐστιν, id est, qui est; ut sit sensus : Qui est testis. Considerandum est autem quod prius de Verbo divino tanquam non incarnato locutus, cum diceret. *Qui erat* : nunc de ipso incarnato disserit, dicens : *Et ab Jesu Christo*, non dividendo ipsum in duos per hoc quod subjungit : *Et ab Jesu Christo*, verum et hoc et illud de D eodem, testificando et quod patris sit et quod incarnatus sit. Nam hoc significare vult nomen Christus : qui Christus juxta B. Paulum testimonium tulit tanquam testis sub Pontio Pilato, cum dixit ad eum: « Regnum meum non est ex hoc mundo. [10] » His itaque sermonibus excitat ad intelligendum quod etiam Deus sit qui tanquam homo conspicitur et hæc loquitur. Propter hoc igitur testis est : fidelis autem, sive verax, Deus et homo : ideo etiam tanquam homo mortuus est, surrexit vero tanquam

[6] Joan. I, 1. [7] Joan. I, 1. [8] Psal. CXVIII, 102. [9] I Tim. V, 21. [10] Joan. XVIII, 36.

(1-2) Vulg. om. πρώτῃ.

Deus : surrexit enim non sicut ii qui divina virtute ab aliis excitati sunt, qui etiam rursum mortui sunt : sed sua potentia surrexit tanquam Deus : **650** et primus auctor fuit perpetuæ ac interminabilis reviviscentiæ quæ ex ipso et per ipsum speratur. Ideo quoque primogenitus dicitur mortuorum, quasi solus ipse auspicatus sit nobis hujusmodi gratiam bonorum. Princeps autem regum terræ dicitur Christus, quandoquidem et Daniel Babylonico regi dicebat quod regnaret excelsus et dominaretur regno hominum. Quod si hoc in divina ac primaria intelligitur et conspicitur dominatione, quid veritatis habebit adversariorum sermo qui ait, universa quæ divino modo dicuntur de supersubstantiali Trinitate, nulli seorsim trium personarum appropriandum aut adaptandum esse, præter illa quæ productivam sive personalem harum cognitionem inducunt, sed obstinate audet delirando asserere, singulas trium personarum seorsim vindicare sibi divinam operationem ? Et hæc quidem cum divus Gregorius acceperit usum sermonum : *Qui est, qui erat, et qui venit*, de Filio : quasi apte quadrent divina nomina et communiter et particulatim tribus personis ? Porro id ex eo quoque manifestum est quod sanctissimum hymnum seraphicorum spirituum in Evangelio quidem dicimus ad Filium referri, quem Paulus in Actis concionem habens Spiritui applicuit : nos vero juxta Patrum traditionem in tremenda et incruenta hostia Patri attribuimus, quemadmodum beatus Epiphanius libro *De Spiritu sancto* disserit.

A ἄνθρωπος. Διὸ καὶ ὡς ἄνθρωπος ἀπέθανεν, ἀνέστη δὲ ὡς Θεός. Ἀνέστη γὰρ, οὐχ ὡς οἱ ἐπὶ θείᾳ δυνάμει ὑφ' ἑτέρων ἀναστάντες, οἳ καὶ πάλιν ἀπέθανον. Οἰκείᾳ δὲ δυνάμει ἀνεστὰς, ἅτε Θεὸς, πρῶτος ἀπήρξατο τῆς ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν ἐλπιζομένης ἀτελευτήτου καὶ αἰωνίου παλιγγενεσίας. Διὸ καὶ πρωτότοκος λέγεται τῶν νεκρῶν, ὡς μόνος αὐτὸς κατάρξας τῆς τοιαύτης ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν χάριτος. Ἄρχων δὲ τῶν βασιλέων τῆς γῆς ὁ Χριστὸς, ἐπεὶ καὶ Δανιὴλ πρὸς τὸν Βαβυλώνιον ἔφη, βασιλεύειν τὸν Ὕψιστον καὶ κυριεύειν τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων. Εἰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τῆς θεαρχικῆς νοεῖται καὶ ἐνοῦται κυριότητος, τίς ὁ ἀντιστατῶν λόγος ὁ πάντα τὰ θεοπρεπῶς λεγόμενα ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος μὴ καθ' ἑκάστης λέγων τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐξιδιοῦσθαι καὶ ἐναρμόττεσθαι, πλὴν ταῦτα ἃ τὴν προαγωγὴν τούτων B ἡγοῦν τὴν ὑποστατικὴν γνώρισιν ἐμποιοῦνται, ἀλλ ἀποτεταγμένως κατατολμῶν εἰς ἐξιδιάζουσαν ἑαυτῇ θείαν ἐνέργειαν ἑκάστην ὑπόστασιν τῶν τριῶν μεταχωροῦσαν παραληρεῖν, καὶ ταῦτα Γρηγορίου μὲν τοῦ θείου τῶν λόγων τὴν χρῆσιν, τοῦ, *Ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος*, εἰς τὸν Υἱὸν ἐξειληφότος, ὡς ἐφαρμοζόντων τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων καὶ καινῇ καὶ ἰδίᾳ ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι ; Δῆλον δὲ, καὶ ἐξ ὧν τὸν Τρισάγιον τῶν Σεραφὶμ ὕμνον κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον, εἰς τὸν Υἱὸν μανθάνομεν λέγεσθαι, ὃν ὁ Παῦλος δημηγορῶν ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰς τὸ Πνεῦμα ἀπένειμεν· ἡμεῖς δὲ πατροπαραδότως ἐν τῇ φρικτῇ καὶ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ εἰς Πατέρα. Ὥσπερ ὁ μακάριος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ C ἅγιον διέξεισι.

Et princeps regum terræ. Non tantum super terrenos dominium habet, verum etiam super eos qui in cœlis sunt : atqui nunc de terrenis loquitur, in sequentibus autem ostendit eum etiam dominari sanctis ordinibus qui in cœlis sunt.

Καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς. Οὐ τῶν γηΐνων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς βασιλεύει. Ἀλλὰ νῦν μὲν περὶ τῶν ἐπιγείων λέγει, προϊὼν δὲ δείκνυσιν αὐτὸν καὶ τὸν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων ταγμάτων βασιλεύοντα.

I, 5,6. *Et qui dilexit nos, et qui lavit nos a peccatis nostris per sanguinem suum : et fecit nos regnum, sacerdotes Deo et Patri suo, ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν, ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

. Duplici modo hoc scribitur juxta varium intellectum. Siquidem lavat is qui fœditates ac maculas lustrat aut expiat, solvit vero qui a propriis criminibus liberat. Subaudiendum est autem ad verbum *fecit*, **651** *qui*, relativus articulus, ut sit sensus : qui fecit. Nisi enim eo modo subaudiatur, propter solœcismum erit inepta locutio : non ergo ad propositum dandi casu referatur prolata sententia, sed ex recto subjungatur. — *Alio modo :* Propositæ sententiæ ordinem si quis ut oportet absque defectu intelligat, connexionem adducet. Ostenditur enim hoc per schema nunc tradendum quod vocatur ἀλλοίωσις. Fit autem id, quando ad phrasim propositam subjungitur sententia quæ non coincidenter ad ea quæ expressa sunt profertur, sed ad subsequentem intelligentiam commutatur. Siquidem ad dativum casum qui præpositus fuit in particula λούσαντι ἡμᾶς, id est *lavanti nos*, sive, qui lavit nos,

Διεσογραφεῖται τοῦτο πρὸς διάφορον ἔννοιαν. Λούεται μὲν γὰρ ὁ τὰς κηλῖδας καὶ τοὺς σπίλους ἀποκαθαιρόμενος. Λύεται δὲ ὁ τῶν ἐγκλημάτων ἑαυτοῦ ἀπαλλαττόμενος. Προσυπακουστέον δὲ πρὸς τὸ D *ἐποίησεν*, τὸ ὅς, ἀναφορικὸν ἄρθρον, ἵνα ᾖ, *Ὃς ἐποίησε*. Μὴ γὰρ οὕτως ἐξακουομένου, διὰ τὸν σολοικισμὸν ἡ φράσις ἀχρειωθήσεται. Μὴ ἔστω οὖν πρὸς τὴν προκειμένην δοτικὴν πτῶσιν ἐπιφερομένη ἡ ἔννοια, ἀλλ' ἐξ εὐθείας ἐπαγομένη. — *Ἄλλως.* Τοῦ προκειμένου ἐδαφίου τὴν σύνταξιν ὅπως ὀφείλει νοεῖσθαι ἀνελλιπῶς, τὸ ἐχόμενον παραστήσει. Ἐν σχήματι γὰρ τῷ ῥηθησομένῳ ἐξενήνεκται, ὃ καλεῖται ἀλλοίωσις. Γίνεται δὲ τοῦτο ὅτε τῇ προκειμένῃ φράσει ἡ ἐπιφερομένη ἔννοια μὴ ὁμοιοπτώτως τοῖς φθάσασιν ἐπενεχθῇ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐπαγομένην ἔννοιαν μεταληφθῇ. Δοτικῆς γὰρ πτώσεως προληφθείσης ἐν τῷ, *λούσαντι ἡμᾶς*, ἐπήγαγε τὸ, *ἐποίησεν ἡμᾶς*, ἐλλειπτικῶς τοῦ ἀναφορικοῦ ἄρ-

θρου. Ἦν γὰρ τὸ ἀνελλειπὲς οὕτω· *Τῷ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ποιήσαντι ἡμᾶς.* Κἂν μὲν ἡ ἐπιφερομένη ἔννοια ὁμοιοπτώτως ἐπ[εν]ήνεκτο οὕτω προαγομένη, ᾧ καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς, οὐδὲν νῦν ἡμῖν περὶ τούτου προὔκειτο ζήτημα. Ἐνέργειαν δὲ ὑποστήσαντος διὰ τοῦ, *ἐποίησε*, ῥήματος, ἀναγκαίως ἐπ' εὐθεῖαν πτῶσιν ἀποκλίνομεν, τὸν ἐνεργοῦντα ἐπιποθοῦντες μαθεῖν. Τούτου δὲ πῶς ἂν ἐτυγχάνομεν μὴ τῆς ὀνομαστικῆς πτώσεως παραλαμβανομένης; Δι' ὅπερ τὸ ἐλλεῖπὲς ἄρθρον, ἡ ὀνομαστικὴ εὐθεῖα παρέσχεν οὕτως ἐξακούεσθαι ἀνελλειπῶς· *Ὃς καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν*, οἱονεί, Ἀνήγαγεν ἡμᾶς εἰς βασίλειον δόξαν. Ἦν δόξαν ἡ ἐχομένη ἔγγραφος λέξις ἱκανὴ παραστῆσαι.

A subjunctum est ἐποίησεν ἡμᾶς, id est *fecit nos*, cum defectu articuli relativi. Absque defectu vero ita positum fuisset, τῷ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ποιήσαντι ἡμᾶς, nempe utrumque dativum. Quod si etiam subsequens sententia coincidenter subjuncta fuisset in hunc modum: ᾧ καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς, id est *per quem etiam fecit nos*, nulla tunc fuisset nobis relicta quæstio. Porro actionem quam protulit in verbo ἐποίησε, necessario declinamus ad casum rectum, discere cupientes quis sit qui efficiat. Id autem quomodo consecuti sumus, nisi assumpto nominandi casu propter articulum qui deerat? Nam hoc modo nominativus rectus id effecit ut absque defectu intelligeretur ὃς καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν, qui etiam fecit nos regnum, tanquam reduxerit nos ad regiam gloriam, quam gloriam consequens ascripta dictio apta est proponere.

Αὐτῷ ἡ δόξα. Ἡ σύνταξις τοῦ ῥητοῦ, ἀπὸ τῶν τελευταίων ἐπὶ τὰ πρῶτα ἐπάνεισιν οὕτως· Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἠγάπησεν, ἑαυτὸν δοὺς ἀντίλυτρον ἡμῶν, ὡς ἀμνὸς σφαγιασθείς, καὶ τῷ διὰ σταυροῦ αὐτοῦ αἵματι καὶ ὕδατι λούσας ἡμᾶς, ἡγουν καθάρας τὸν τῶν ἁμαρτιῶν ῥύπον ἡμῶν; καὶ οὐ μέχρι τούτου τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ στήσας εὐεργεσίαν, ἀλλὰ καὶ βασιλείαν ἡμῖν δωρησάμενος; Καὶ τίς ἡ βασιλεία; ὅθεν ἡ δόξα ἡ δοθεῖσα ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ, τοῦ γενέσθαι ἡμᾶς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ προφήτας, τοὺς οὐδὲν προεισενεγκόντας τῆς τοιαύτης ἐπάξιον ἀγαθοδότου καὶ θείας τῷ ὄντι δωρεᾶς. Ἀφ' ὧν δωρεῶν, οὐ μόνον τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ (3) δόξης ἐπήβολοι, ἀλλὰ καὶ τῆς μελλούσης τυχεῖν εὐέλπιδες καθιστάμεθα.

B *Ipsi gloria.* Ordo sententiæ hoc modo a novissimis redit ad prima: Ipsi gloria et imperium qui dilexit nos et lavit nos per sanguinem suum. Quomodo enim? An non dilexit qui seipsum dedit in pretium redemptionis nostræ tanquam agnus jugulatus, ac per passionem suam sanguine et aqua lavit nos, sive purificavit a sordibus peccatorum nostrorum? Et ne hic quidem terminavit sua erga nos beneficia, sed regnum nobis donavit: et quod regnum? unde gloria nobis data est a Christo, ut efficeremur sacerdotes Dei ac prophetæ, cum nihil obtulissemus quod dignum esset hujusmodi magnifico dono ac divino plane munere: quibus donis non in præsenti vita tantum assecuti sumus gloriam, sed et honæ spei reddimur, quod illam in futuro etiam consequemur.

C

Ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ναὶ, ἀμήν. Ἐγώ εἰμι τὸ Ἄλφα καὶ τὸ ω, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ.

632 I, 7, 8. *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui ipsum compunxerunt. Et plangent super eum omnes tribus terræ, Etiam, Amen. Ego sum* A *et* Ω, *dicit Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venit, omnipotens.*

Ἐνταῦθα, φησὶν, ὡς ἀμνὸς σφαγιασθεὶς, καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτοῦ λούσας καὶ ἀπολύσας ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν, οὕτως αὐτὸς ἐλεύσεται, οὐχ ὡς τὸ πρῶτον ἐν παραβύστῳ καὶ συνεσκιασμένως, ὃ καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ διὰ τῆς τοῦ ὑετοῦ ὡς ἐπὶ πόκον ἀφῆς τὶ ἠνίξατο καταβάσεως, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ καὶ φανερῶς ἐν τῇ πατρικῇ δόξῃ, ὥστε παντὶ ὀφθαλμῷ ὁρᾶσθαι κριτὴς ἀδέκαστος ἁπάντων. Νεφελῶν δὲ κἀνταῦθα λόγος, ὡς ἐν τῇ ἀπὸ γῆς αὐτοῦ πρὸς οὐρανοὺς ἀνόδῳ. Λουκᾶς γὰρ ἐν ταῖς Πράξεσι γράφει νεφέλην τὸν Κύριον ὑπολαβεῖν. Μάρκος δὲ ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντι Εὐαγγελίῳ τὸν Κύριον αὐτὸν εἰσάγει περὶ ἑαυτοῦ λέγοντα· « Καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, » τῶν νεφελῶν ἐνταῦθα, εἴτε διὰ τὸ κοῦφον τὰς μεταρσίους καὶ ἀγγελικὰς δηλούντων δυνάμεις, ὡς καὶ Δαυὶδ ὁ θεοπάτωρ ἐν νέφει τὴν ἐπίβασιν αὐτῷ τῷ θείῳ ὑποτιθείς. Ἦν καὶ τοὺς θείους καὶ

D Qui hic velut agnus jugulatus est, inquit, et sanguine suo lavit nos a peccatis, ipse eo modo veniet: non quemadmodum prius abscondite aut obtecte, quod etiam propheta David per descensum pluviæ super vellus [11] sensim et absque strepitu designavit: sed palam ac manifeste in paterna gloria, ut ab omni oculo videatur omnium judex, nullis corruptus muneribus. Nubium autem hic quoque sermo fit, sicut in ascensu ipsius a terra ad cœlos? Lucas namque scribit in Actis, nubem suscepisse Dominum: [12] Marcus vero in Evangelio a se scripto inducit ipsum Dominum de seipso dicentem: « Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli. [13] » Sive hoc loco nubes ob levitatem significent sublimes et angelicas potestates, quemadmodum et Dei progenitor David supponit ipsi Deo ascensum in nube: [14] aut etiam significent homines divino ac spirituali modo vivere eligentes, de quibus idem quoque ita

[10] Psal. LXXI, 6. [11] Act. I, 9. [12] Marc. XIII, 26. [13] Psal. CIII, 3.

(3) Τῆς ἐν παρόντι δόξης vulg.

loquitur : « A fulgore ejus nubes transierunt [15]. » Et filius Amos Isaias de eisdem : « Quinam sunt isti qui ut nubes volant, et quasi pulli aquilarum [16] ? » Manifestum enim est quod de his figurate hæc dicat qui pie vivunt, quod etiam magis suscipiendum est, si præsens quoque dictum conjectura assequi æquum est, quo dicitur judex venire cum nubibus, non autem vehi a nubibus : cui conformis est et Paulus, docens nos in nubibus rapiendos obviam Christo in aera, eos namque qui juxta Pauli doctrinam vixerunt, ut semper cum Domino sint. Quod si etiam aliquibus melius videatur ut vere nubes fuerint, quales fuisse feruntur quæ in monte Thabor Dominum ipsiusque discipulos obumbrasse dicuntur, nihil ob hæc oportet contendere. Venturum autem dicit tali gloria Dominum ut ab omni oculo videatur, et ab his qui ipsius adventum fideliter sperant, **653** et ab illis qui præter spem ab illo circumdabuntur : quorum illos quidem futurum est inde lætaturos, istos vero omnino plancturos. Porro illos dicit compunxisse eum qui in crucis passione clavis et lancea eum vulneraverunt, et eos qui una cum ipsis et propter illos convitiose in eum irruebant. Porro ad ea quæ dicta sunt testimonium addens firmitatis, veluti sigillum adjunxit, dicendo *Etiam* et *Amen* : ut ex Græcorum consuetudine val,id est, etiam, dictorum immutabilitatem exacte absolvat. *Amen* vero apud Hebræos subjungitur, ad denotandum quod nihil potest impedimentum præstare ne contingant quæ conclusa sunt.

Qui est et qui erat et qui venit, omnipotens. Quem in superioribus dixit, *Qui est, et qui erat, et qui venit*, et nunc quoque vocat *omnipotentem* : quem etiam non alium esse quam Christum ostendimus : quatenus ea quæ divino modo, de eo quod vere supersubstantialiter est in divina Trinitate, dicuntur, pie possunt indistincte attribui, rursumque cuivis personarum absque ulla impietate appropriari : hunc eumdem rursum inducit, postquam novissimum suum adventum significavit ipsi futurum, modumque quo hic futurus est, etiam hæc indicantem.

Ego sum A et Ω. A, ab eo quod principium sit : siquidem A quoque initium est in scriptura elementorum : ω, propter finem eorumdem. Principium autem et finem quis non intelliget significari per hoc quod dicitur *primus* ac *postremus*. Per hoc autem quod ait *Primus*, intelligitur non habere initium, quemadmodum etiam per hoc quod ait *Postremus*, carere fine. Quoniam enim apud homines non contingit ut aliquid initio careat ac fine, usus est principio ac fine quæ apud nos sunt, pro eo quod est sine initio ac fine, hoc est, perpetuus. Hæc etiam per Isaiam dixit : « Ego Dominus Deus primus, ego etiam post hæc. [17] » Et ne quis principium ex non entibus introduci suspicetur, subjungit nunc *Qui est, et qui erat, et qui venit*. Quid autem hæc sibi velint dictum est nempe quod ve-

[15] Psal. XVII, 12. [16] Isa. LX, 8. [17] Isa. XLIV, 6.

A πνευματικῶς ζῆν ἑλομένους ἀνθρώπους δηλῶν, περὶ ὧν καὶ ὁ αὐτὸς οὕτως φησίν· « Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον. » Καὶ ὁ Ἀμὼς καὶ Ἡσαΐας περὶ αὐτῶν· « Τίνες οἵδε ὡς νεφέλαι πέτανται καὶ ὡς νεοσσοὶ ἀετῶν ; » Δῆλον γὰρ ὡς περὶ τῶν θεοφιλῶς βιούντων ταῦτά φησι τροπικῶς, ὃ καὶ μᾶλλον παραδεκτέον, εἴγε καὶ τὸ παρὸν ἱκανὸν τεκμηριῶσαι ῥητὸν, μετὰ τῶν νεφελῶν φάσκον ἔρχεσθαι τὸν Κριτὴν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῶν νεφελῶν ἐποχούμενον. Ὃ καὶ Παῦλος συνᾴδει, ἁρπαγήσεσθαι ἡμᾶ, ἐμπεδῶν, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, τοὺς κατὰ Παῦλον δηλαδὴ βεβιωκότας, τοῦ πάντοτε συνεῖναι Κυρίῳ. Εἰ δὲ καὶ νεφέλας τῷ ὄντι νοεῖν τιὰ βέλτιον δοκεῖ τοιαύτας οἵας καὶ ἐν τῷ Θαβὼρ δρει καλύψαι τὸν Κύριον καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ὁ λέ- B γος θρυλλεῖ, οὐδὲν περὶ τούτων διοίσεσθαι δεῖ. Ἐρχόμενον δὲ τὸν Κύριον δόξῃ τοιαύτῃ, ὀφθῆναί φησιν ὑπὸ παντὸς ὀφθαλμοῦ, καὶ τῶν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ πιστῶς ἐλπισάντων, καὶ τῶν ἀπ' ἐλπίδος αὐτὴν θεμένων, ὧν τοὺς μὲν εὐφρανθῆναι, τοὺς δὲ κόψεσθαι παγγενῆ. Τοὺς δὲ ἐκκεντήσαντας λέγει τοὺς κατὰ τὸ σταυρικὸν αὐτοῦ πάθος ἥλοις τε καὶ τῇ λόγχῃ τρώσαντας αὐτὸν, καὶ σὺν τούτοις, τοὺς ἀπ' ἐκείνων βλασφήμως αὐτῷ ἐπιτιθεμένους. Τούτοις δὲ τοῖς εἰρημένοις τὸ βέβαιον ἐπιμαρτυρῶν, ἐπεσφράγισε διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ναὶ* καὶ, *Ἀμήν*. Τοῦ *ναὶ* μὲν, ἐξ Ἑλληνικῆς συνηθείας τὸ ἀμετάπτωτον τῶν εἰρημένων ἐξακριβοῦντος· τοῦ δὲ *Ἀμήν*, παρ' Ἑβραίοις εἰς τὸ μηδὲν ἂν γενέσθαι ἐμποδὼν μὴ ἐκβῆναι τὰ ἠπει- C λημένα, ἐπαγομένου.

Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. Ὃν εἰρηκε ἀνωτέρω, *Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος*, καὶ *ὁ παντοκράτωρ*, ὃν καὶ οὐκ ἄλλον ἢ τὸν Χριστὸν εἶναι ἐδείκνυμεν, καθ' ὅσον τὰ θεοπρεπῶς ἐπὶ τοῦ ὑπερουσίως ὄντος ἐν τῇ Τριάδι λεγόμενα, τὰ αὐτὰ πάλιν ἀδιαστάλτως καὶ καθ' ἑκάστης ἐναρμόττειν τῶν ὑποστάσεων, εὐσεβὲς, ἀλλ' οὐκ ἀσεβὲς, τοῦτον αὐτὸν αὖθις εἰσάγει μετὰ τὸ τὴν ἰσχάτην ἐπέλευσιν αὐτοῦ γνωρίσαι αὐτῷ, καὶ ὅπως αὖτη ἔσται, ἔτι καὶ ταῦτα γνωρίσαντα.

Ἐγώ εἰμι τὸ Ἄλφα καὶ τὸ ω. Ἄλφα διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι, ὅτι καὶ *τὸ Ἄλφα* ἀρχὴ τῶν ἐν γράμματι στοιχείων, ω διὰ τὸ τέλος τῶν αὐτῶν. Ἀρχὴν δὲ καὶ D τέλος τίς οὐκ ἂν ἐννοήσοι τὸ *πρῶτος* σημαίνεσθαι καὶ τὸ *ἔσχατος*; διὰ τοῦ *πρῶτος* δὲ, τὸ *ἄναρχος* ἐννοεῖται, ὡς καὶ διὰ τοῦ *ἐσχάτου* τὸ *ἀτελεύτητος*. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστι παρὰ ἀνθρώποις ἄναρχόν τι καὶ ἀτελεύτητον, τῇ παρ' ἡμῖν ἀρχῇ τε καὶ τῷ τέλει ἀντὶ τοῦ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος κατεχρήσατο. Τοῦτο καὶ διὰ Ἡσαΐου ἔλεγεν· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς πρῶτος, ἐγὼ καὶ μετὰ ταῦτα. » Καὶ ἵνα μή τις τὴν ἀρχὴν ἐξ οὐκ ὄντων εἰσαχθῆναι ὑπολάβοι, ἐπιφέρει νῦν τὸ, *Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος*. Τί δὲ ταῦτα δύναται, εἰρηται, ὅτι ὡς διαιωνίζοντα κατά τε ἀρχὴν καὶ τέλος, κατ' ἀρχὴν μὲν, ἀνελλειπῶς, κατὰ τέλος δὲ, ἀδιαδόχως. Ὁ δὲ ταυτα, καὶ

παντοκράτωρ, ὡς πάσης κτίσεως αἰσθητῆς κατάρχων καὶ νοητῆς, ὁ συναΐδιος τῷ Πατρὶ, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα. Πρὸ βραχέως δὲ τοῖς ταπεινοτέροις καὶ ἀνθρωπικοῖς ἐνδιατρίβων, νῦν καὶ τῶν θειοτέρων καὶ ἀξιοθέων ἐφάπτεται. Ὅ καὶ ἀρχόμενος τῆς προκειμένης πραγματείας ποιεῖ. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὐχ οὕτω τρανῶς, ἐνταῦθα δὲ πεπαρρησιασμένως, καὶ οἷα εἰκὸς τὸ περὶ τῶν θείων ἐρεῖν, ἐκ τῶν ἁγίων λαβόντα προφητῶν τὸ ἐνδόσιμον.

A luti perpetuitatem demonstrent, tum ab initio tum ex fine: ab initio quidem, quod nihil ei præcedentium temporum desit: ex fine vero, quod successione careat. Ad hæc autem est omnipotens, tanquam universæ sensibilis creaturæ auctor et inspector, coæternus Patri, qui reddit unicuique secundum opera sua. Cum autem paulo ante in humilioribus ac humanis versaretur, **654** nunc etiam diviniora Deoque digna attingit: quod etiam faciebat inchoaturus præsens negotium: sed ibi quidem non ita perspicue, hoc autem loco liberius loquens. Et talia dicit, qualia consentaneum erat eum de divinis dicturum esse, qui a sanctis prophetis dicendi ansam assumpserat.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὀπτασία ἐν ᾗ τὸν Ἰησοῦν ἐθεάσατο ἐν μέσῳ λυχνιῶν ἑπτά.

B

CAPUT II.

Visio in qua Jesum vidit in medio septem candelabrorum.

Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ κοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐγενόμην ἐν Πνεύματι ἐν τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἤκουσα φωνὴν ὀπίσω μου μεγάλην ὡς σάλπιγγος λεγούσης· Ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον καὶ πέμψον ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν.

I, 9-11. *Ego Joannes frater vester et particeps in afflictione et regno ac patientia per Christum Jesum, fui in insula quæ appellatur Patmos, propter sermonem Dei et testimonium Jesu Christi. Fui in Spiritu Dominico die, et audivi post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides scribe in libro, et mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, et Smyrnæ et Pergamo, et Thyatiræ et Sardibus, et Philadelphiæ, et Laodiceæ.*

Ἀδελφὸν ἑαυτὸν καὶ κοινωνὸν τῶν θλίψεων καλεῖ, ὃς διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ κήρυγμα ὑπὸ τῶν δεινοτάτων ἔπασχεν τῆς εὐσεβείας (διὸ καὶ αὐτὸν, Πάτμον τὴν νῆσον οἰκεῖν κατακεκρίσθαι)· ἀλλ' ὥσπερ τῶν θλίψεων, οὕτω καὶ τῆς βασιλείας, ἣν αἱ ἐνταῦθα θλίψεις ὑπὲρ Χριστοῦ προξενοῦσιν. Εἰ κατὰ πάντα οὖν κοινωνὸν ἑαυτὸν δείκνυσιν, εἰκότως ἂν καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῶν ἑωραμένων αὐτῷ καὶ ἀκουσθέντων σχοίη.

Fratrem seipsum vocat et participem in afflictionibus quas propter Dei sermonem et prædicationem passus est a persecutoribus pietatis: ideo quoque condemnatus est, ut in insulam Patmon migraret. Sed quemadmodum in afflictionibus particeps fuit, ita et in regno quod toleratæ nunc pro Christo afflictiones conciliant. Si igitur in omnibus seipsum esse participem ostendit, æquum est ut etiam fide dignus habeatur in his quæ a se visa sunt et audita.

C

Διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Λόγον φησὶ τοῦ Θεοῦ καὶ μαρτυρίαν τὸ Εὐαγγέλιον ὃ ἔγραψεν. Ἐξόριστον δὲ αὐτὸν γενέσθαι ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ὑπὸ Δομετιανοῦ, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ Χρονικῷ αὐτοῦ βιβλίῳ παρατίθεται.

Propter sermonem Dei. Sermonem Dei ac testimonium dicit Evangelium quod scripsit. Ipsum autem in Patmo insula relegatum fuisse sub Domitiano, auctor est Eusebius Pamphili in suis Chronicis.

Ἐγενόμην ἐν πνεύματι. Πρόσκειται τὸ, *Ἐν Πνεύματι*, τῷ μηδὲν ἐμφαίνειν ἐνεργεῖσθαι τῆς ἀνθρωπίνης ἐχόμενον χρείας, ἀλλὰ τῶν θείᾳ κατοχῇ κατειλημμένων.

Fui in spiritu. Additur *In spiritu*, eo quod nihil quod humanæ obnoxium est necessitati efficere possit manifestationem, sed quæ divino affectu occupantur.

D

Ἐν ἡμέρᾳ δὲ Κυριακῇ, τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ μνημόσυνον φερούσης, ἀφ' οὗ καὶ εἰκὸς οὐδὲν τῶν πρὸς νεαρὰν τεινόντων ἀσχολίαν τῷ χρηματισμῷ πεπραγματεῦσθαι. Φωνὴν δὲ ὡς σάλπιγγος ὀπισθακουσθῆναι, εἰς τὸ διάπυρόν τε καὶ διαπρύσιον τῆς ἐπηχήσεως χρεωστικῶς εἰς πᾶσαν Ἐκκλησίαν δοθῆναι. Ἑπτὰ δὲ μόναι Ἐκκλησίαι αἷς προστάσσεται γράψας τὰ βλεπόμενα διαπέμψαι, οὐχ ὅτι τοσαῦται αἱ ἐν Ἀσίᾳ πόλεις, ἀλλ' ἐν ἐκείναις προστάσσεται τοῦτο ποιεῖν, ὡς κατηκόοις γενομέναις τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Ἦν καὶ (ὡς πλατύτερον εἴρηται περὶ τούτων) διὰ τὸ τοῦ ἑβδοματικοῦ ἀριθμοῦ τῷ παρόντι φθαρτῷ αἰῶνι σύστοιχον, καταντῶντος δηλαδὴ εἰς τὸν σαββατισμὸν καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος

A etiam Ecclesiam objurgat, **677** ut quæ solum nomen vitæ fidei habeat, mortua vero sit a bonis actionibus. Quemadmodum enim vitam appellare solet Scriptura probitatem, vitam, inquam, secundum Deum, juxta id quod dictum est : « Eloquium tuum vivificavit me [86], » hoc est, in semitis ejus quæ vere vita est collocavit : ita et mortem appellat vitam vitiosam, veluti significat divus Paulus de his qui ab incredulitate ad Christi fidem transierant, cum ita scribit ad illos : « Et cum mortui essetis Christo per delicta [87]. » Et in libro Pastoris dicitur ita quosdam in aquam lavacri descendisse, nempe mortuos, et ascendisse viventes.

Esto vigilans et confirma cætera. Excusso somno socordiæ, membra tua quæ ob incredulitatem perB fecte moritura erant, confirma. Neque enim bonorum initium operatorem coronat, sed perseverantia usque in finem. Non autem utcunque dictum est *Confirma*, sed quasi dixisset : Solida facito ac robora, quæ et mollia sunt et ad casum paratissima. Quatenus igitur modica tibi reliqua sunt virtutum exercitia, attende, inquit, ne penitus intereas. Hæc itaque conserva quæ adhuc vivunt, illa vero confirma quæ jam ad mortem vergunt : nihil enim tuorum studiorum plenum est, sed hæc quidem jam mortua sunt, illa vero moritura. Quod autem ait, *coram Deo meo*, veluti sæpius dictum est, tanquam ex humanitatis assumptione magis condescendendo prolatum est de Filio Dei.

C *Memento quomodo acceperis.* Traditionem, inquit, serva quam ab apostolis accepisti, ac de segnitie resipiscito : et ea quidem opera quæ adhuc vivunt serva in vita : his autem quæ mortua sunt per pœnitentiam conquire reviviscentiam. Porro resipiscentiam dicit mutationem a malis ad id quod melius est.

Et non scies qua hora. Ignotum est enim tempus. Et quemadmodum cuique nostrum ignotum est tempus mortis cujusque nostrum, ita et multo magis tempus secundi adventus Domini.

III, 4-6. *Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinaverunt vestimenta sua, et ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, hic vestietur* D *vestimentis albis, et non delebo nomen ejus* **678** *de libro vitæ, et confitebor nomen ejus coram Patre meo, et coram angelis suis. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Animadvertendum est usum accipiendi hoc modo *nomina*, alienum esse a Græca phrasi, nec satis probatum esse, sed abjectum : satis enim fuisset dixisse : Paucos habes, et non pauca nomina. Quanquam enim proprietas cujusque personæ separetur per nomen Domini, attamen electa Græcæ linguæ vox non novit in numerum assumere quæ cuique

[86] Psal. CXVIII, 50. [87] Ephes. II, 1.

conveniunt ad cognitionem numeri, sed quæ speciem propriissime denotent : dicit enim multos aut paucos, duos aut tres homines, non autem duo aut tria nomina : tanquam illud quidem maxime proprium sit naturæ significativum, quæ permanere nata est, cuique autem specialia successionem significent, quæ ferme corrumpitur sublata de medio cujusque subsistentia.

A εἰς γνῶσιν ἀριθμοῦ, ἀλλὰ τὰ ἰδικώτατα. Πολλοὺς γὰρ ἢ ὀλίγους, ἢ δύο ἢ τρεῖς φησιν ἀνθρώπους, ἀλλ' οὐ δύο ἢ τρία ὀνόματα, ὡς τοῦ μὲν, τοῦ ἰδιωτάτου τῆς φύσεως ὄντος σημαντικοῦ, ἥτις διαμένειν πέφυκε, τοῦ καθ' ἕκαστα δὲ, τῆς διαδοχῆς, ἥτις φθάνει σχεδὸν τῆς ὑπάρξεως ἀφανιζομένης.

Qui non inquinaverunt. Hoc bonum, inquit, nacta es, quod aliquot habeas qui hoc carnis indumentum non inquinaverunt sordidis actionibus, qui mecum in regeneratione fulgebunt atque per hos etiam placatus differo et longanimis sum erga vos. Vestimenta autem non inquinata dicit corpora sanctorum : quemadmodum etiam patriarcha Jacob vaticinatur de eo qui ex Juda germinaret, qui est Christus Jesus : « Lavabit, inquit, in vino stolam suam [92]; » corpus dicens ipsius Domini, quod in purissima sua passione ad nostri illustrationem mundatum est. Nam ipse peccatum non fecit, ait Isaias : « Ob iniquitates populi mei ductus est ad mortem : nam ipse peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus [93]. » Huic Domino veluti opus quoddam dramaticum agens Isaias ait : « Quare rubra sunt vestimenta tua plena tanquam a calcato torcular [94]? » Et de vestimentis quidem ita contemplari dignum est, ut mundities eorum puritatem corporis designet. Porro, *qui vicerit*, inquit. Quænam vicerit? Affectus carnis : hic ergo vestietur suarum virtutum vestimentis, quæ emundavit piis laboribus : et splendebit sicut sol in futuro sæculo, ejusque nomen quod scriptum est in libro viventium indeficienti vita, manebit indelebile, tanquam is quem ego confitebor coram Patre meo. Hujus autem scripturæ et confessionis coram Patre promissæ meminit in divinis Evangeliis dicens suis discipulis : « Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis [95]. » **679** Sed nominis sui confessionis documentum ipsum tunc in Evangeliis traditur, cum paciscitur se illum confessurum coram Patre in secundo suo adventu, qui se coram hominibus confiteretur : quod omnibus quidem sanctis repositum est, præcipue tamen martyribus.

B

C

D

Οἱ οὐκ ἐμόλυναν. Τοῦτο καλὸν κέκτησαι, φησὶν, ἔχουσά τινας τοῦτο τὸ ἱμάτιον τῆς σαρκὸς ῥυπαραῖς πράξεσι μὴ μολύναντας, οἳ μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ λαμπροφορηθῶσι. Τούτοις δὲ καὶ τέως δυσωπούμενος, ἀναβάλλομαι καὶ μακροθυμῶ εἰς ὑμᾶς. Ἱμάτια δὲ μὴ μολυνθέντα, τὰ σώματα λέγει τῶν ἁγίων, ὡς καὶ Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης περὶ τοῦ ἐξ Ἰούδα βλαστήσαντος, ὃς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, θεσπίζει, ὅτι « Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, » τὸ σῶμα τοῦ αὐτοῦ Κυρίου λέγων, ὃ ἐν τῷ ἀχράντῳ αὐτοῦ πάθει εἰς ὑποτύπωσιν ἡμῶν ἐκαθάρθη. Αὐτὸς γὰρ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, φησὶν ὁ Ἡσαΐας, « Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον. Αὐτὸς γὰρ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τούτῳ τῷ Κυρίῳ ὡς περί τε δραματουργῶν ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας φησί· « Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ πλήρη; » Καὶ περὶ μὲν τῶν ἱματίων οὕτω θεωρεῖσθαι ἄξιον, ὥστε τὸ ἀμόλυντον αὐτῶν τὴν καθαρότητα τοῦ σώματος αἰνίττεσθαι. *Ὁ νικῶν* δέ φησιν. Τίνα νικῶν; Τὰ πάθη τῆς σαρκός. Οὗτος οὖν περιβαλεῖται τὰ τῶν οἰκείων ἀρετῶν ἱμάτια ἃ ἐκάθαρεν ἐκ κόπων θεοφιλῶν, καὶ λάμψει ὡς ἥλιος ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὃ ἐγράφη ἐν τῇ βίβλῳ τῶν τὴν μὴ ἐκλείπουσαν ζώντων ζωὴν, ἀνεξάλειπτον ἔσται, ὡς ὁμολογουμένου αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Πατρός μου ὅπ' ἐμοῦ. Ταύτης δὲ τῆς ἐν τῇ βίβλῳ γραφῆς καὶ τῆς ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ὁμολογίας [καὶ αὐτὴ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἐμνημόνευσε, λέγων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς οὕτως· « Χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἡ δὲ τῆς τοῦ ὀνόματος ὁμολογίας (15)] ἐπαγγελία, ἡ αὐτὴ ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἀνάγραφος τηνικαῦτα, ὁπότ' ἂν τὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογοῦντα ἀνομολογήσασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ἐμπεδοῖ, κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν. Ὃ καὶ πᾶσι μὲν ἀπόκειται τοῖς ἁγίοις, διαφερόντως δὲ τοῖς μάρτυσιν.

Coram Patre meo et coram angelis suis. Coram Patre et angelis suis dictum est, quod tanquam angeli sint fideles ac benevoli cultores. Et interdum quidem dicit angelos Patris, interdum autem suos, ut cum ait : « Mittet Filius hominis angelos suos cum voce magna tubæ [96]. » Nunc igitur dicendo angelos Patris, non tollit quin ipsius quoque sint sancti angeli. Nihil enim eorum quæ in divina natura conspiciuntur, invenire licet appropriatum

Ἐνώπιον τοῦ Πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Τὸ ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ εἴρηται, ὡς ὄντων τῶν ἀγγέλων πιστῶν θεραπόντων καὶ εὐνοϊκῶν. Καὶ ποτὲ μὲν τοῦ Πατρὸς, ποτὲ δὲ ἑαυτοῦ τοὺς ἀγγέλους καλεῖ, ὡς ὅταν λέγῃ· « Ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μετὰ σάλπιγγος μεγάλης. » Νῦν οὖν τοὺς ἀγγέλους τοῦ Πατρὸς οὐκ ἀφαιρεῖται, τὸ καὶ αὐτοῦ εἶναι τοὺς ἁγίους ἀγγέλους. Οὐδὲν γὰρ τῇ ἁγίᾳ φύ-

[92] Gen. XLIX, 11. [93] Isa. LIII, 9. [94] Isa. LXIII, 2. [95] Luc. X, 20. [96] Matth. XXIV, 31.

(15) Uncis inclusa deerant in vulg.

σει ἐνθεωρουμένων, τινὶ τῶν τριῶν αὐτῆς ὑποστάσεων εὕροι τις ἂν ἐξιδιαζόμενον, πλὴν ἑνὸς τοῦ ὑποστατικῶς αὐτῷ προσόντος.

alicui trium ipsius personarum, præter id unum quod hypostatice ipsi convenit.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Τὰ γραφέντα πρὸς τὸν τῆς Φιλαδελφέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἅγιος ὁ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυΐδ· Οὐδεὶς κλείσει, εἰ μὴ ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει, εἰ μὴ ὁ κλείων· οἶδά σου τὰ ἔργα. Ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν, ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου.

CAPUT VIII.

Quæ scripta sunt ad angelum Ecclesiæ Philadelphorum.

III, 7, 8. *Et angelo Philadelphorum Ecclesiæ scribe : Hæc dicit sanctus ille verus, qui habet clavem David, Nemo claudet ipsum nisi is qui aperit : et nemo aperiet, nisi is qui claudit : scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum : nullusque potest illud claudere, quia modicam habes virtutem et servasti sermonem meum, et non negasti nomen meum.*

Ἅγιος μέν ἐστιν ὁ ἀληθινὸς ἅγιος, ὃς καὶ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ τρισσῷ τῶν Σεραφὶμ ἁγιαστικῷ ὕμνῳ τὸ ἀληθὲς ἀποφέρεται, ὡς καὶ ἐν τῷ θεαστικῷ Ἡσαΐᾳ κεχρημάτισται, τοῦ τριττοῦ ἁγιασμοῦ εἰς μίαν συγκλειομένου κυριότητα, ἵνα καὶ τὸ τριττὸν δειχθῇ τῶν ὑποστάσεων τῆς ὑπερουσίου Τριάδος, καὶ τὸ ἀδιάσπαστον τούτων τῷ ἑνιαίῳ τῆς κυριότητος. Τοῦτο δὲ τῶν πεζῇ καὶ θνητῶν φύσεων τὸ ὑπερανεστηκὸς ὅσον, τίς ἂν διὰ λόγων παρεμφαίνοιτο; Κλεῖδα δὲ τοῦ Δαυΐδ τὴν παντοκρατορικὴν ἐξουσίαν φησὶ παριστῶν, δι' οὗ οἱ θησαυροὶ μόνοι τῆς θεοσοφίας ἀνοίγονται. Τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐξουσίαν κατὰ ἀνθρωπίνην δέχεται φύσιν, ὡς καὶ αὐτοῦ τοῦτο ἔστιν ἀκοῦσαι· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, » φάσκοντος. Τὴν δὲ δευτέραν ἔχει κατὰ τὸ ἄναρχον τῆς θεότητος. Ἔστι γὰρ Ἐμμανουὴλ Θεὸς ἀληθής, κἂν οὐ βούλεται τοῦτο Νεστόριος, εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. Καὶ δή γε καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς, οὐ φαντάζων τὸν ἄνθρωπον, εἰ καὶ δυσχεραίνει ὁ θεοστυγὴς Εὐτυχής. Ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν, ἀληθῶς Θεός ἐστιν, οὐ κατὰ ἀναφοράν, ὡς Νεστοριανοὶ ληροῦσιν, καὶ ἄνθρωπος ἀληθής, οὐ κατὰ δόκησιν καὶ φαντασίαν, ὡς οἱ ἐμβρόντητοι Εὐτυχιανισταὶ, καὶ τὸ βδελυρώτατον (16) τῶν Μανιχαίων βούλεται φῦλον. Ἐπειδὴ δέ τινα τῶν ἀντιγράφων οὐ τὴν Δαυΐδ ἔχει κλεῖδα, ἀλλὰ τοῦ ᾅδου, οὐδὲν διάφορον οὐδὲ ἐν τούτῳ. Δείκνυται γὰρ ἐκ τούτου, ὡς ζωῆς καὶ θανάτου τὴν κυρίαν ἅτε Θεὸς ὁ Χριστὸς ἀναμφιβόλως ἔχει.

Sanctus quidem est verus ille sanctus, qui et Filius Dei est, et triplici seraphicorum spirituum hymno sanctum prædicante veritas denuntiatur : quemadmodum etiam in contemplativo Isaia appellatus est, triplici sanctificatione in unam conclusa dominationem, ut et ternarius demonstretur personarum supersubstantialis Trinitatis, et harum inseparabilitas unione dominationis. Hoc autem quantum superemineat inferioribus ac **680** mortalibus naturis, quis posset verbis exprimere? Clavem vero David dicit, omnipotentem demonstrando potentiam, per quem solum divinæ sapientiæ thesauri aperiuntur. Primam itaque potentiam juxta humanam suscipit naturam, veluti etiam ab illo hoc audire contigit, dum ait : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [93]. » Secundam vero habet juxta æternitatem divinitatis. Est enim Emmanuel Deus verus, etiam repugnante Nestorio, quanquam homo factus sit. Et sane etiam vere homo, non phantastice exhibens hominem, quanquam id graviter ferat odibilis Deo Eutyches. Sed quod est, vere Deus est, non ex relatione, ut Nestoriani nugantur : et verus homo, non juxta apparentiam et phantasiam quemadmodum volunt stupidi Eutychianistæ et impurissimum Manichæorum genus. Verum quod nonnulla exemplaria non habeant clavem David, sed inferni, ne in hoc quidem accedit aliquid diversitatis. Ostenditur enim ex hoc, quod Christus utpote Deus, vitæ ac mortis habeat dominium.

Ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυΐδ. Κλεῖδα τὴν ἐξουσίαν καλεῖ. Ὁ γὰρ ἔχων ἐξουσίαν τοῦ κλεῖσαι καὶ ἀνοῖξαι τὸν οἶκον, οὗτος καὶ τὸν οἶκον πεπίστευται. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ἐν Εὐαγγελίοις ἔστι μαθεῖν, ἀφ' ὧν πρὸς τὸν Πέτρον φησὶν ὁ Χριστός· « Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. »

Qui habet clavem David. Clavem vocat potestatem. Qui enim habet potestatem claudendi et aperiendi domum, huic etiam domus commissa est. Et hoc manifestius est discere in Evangelio ex eo quod ad Petrum dicit Christus : « Et tibi dabo claves regni cœlorum [94]. »

Καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει. Ἐπειδὴ ἡ κλεὶς τὴν ἐξουσίαν αἰνίττεται, ὁ λέγων ἑαυτὸν ἔχειν τὴν κλεῖν τοῦ Δαυΐδ τί ἄλλο λέγει, εἰ μὴ ὅτι Ὥσπερ ὁ Δαυΐδ τοῦ αἰσθητοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσεν, οὕτω καὶ ἐγὼ πρὸς τῷ αἰσθητῷ καὶ τοῦ νοητοῦ; εἰ καὶ ἐξουσία ἀσύγκρι-

Et nemo aperiet. Quandoquidem clavis potestatem designat : qui seipsum dicit clavem David habere, quid aliud dicit, nisi quod, Quemadmodum David carnali Israeli dominabatur, ita et ego, inquit, carnali ac spirituali? quanquam longe est

[93] Matth. XXVIII, 18. [94] Matth. XVI, 19.

(16) Ἐμβρόντητον vulg.

alia potestas hominis a Dei potestate. Ideo quoque Gabriel dixit ad Virginem, thronum David tanquam temporarii dandum esse Filio a patre : at ipsi, tanquam æterno et finem non habituro : et similiter regnum ac potestatem. Quoniam igitur similitudinem regni David ferebat Christus, merito dicit : *Qui habet clavem David* ad aperiendum et claudendum : aperire quidem vocans justificare, claudere vero vocans condemnare. Sua namque utens potentia et justificat et condemnat.

Ecce dedi coram te ostium apertum. Ostium bonorum datur apertum tanquam paratissimum, ut per ipsum quoque auxilium ad meliora, præbeat introitum ad fruitionem. **681** Ideo etiam Dominus cum ait : « Regnum Dei intra vos est [95], » nempe proposito volentis jam traditum, ostendere videtur ingressum a nullo impediri posse. Et hujus nunc promissio, quod eos qui introducuntur avidos reddit ad aggrediendum, rationem habens difficultatis laborum, et commensurans his qui parva virtute ingredi statuunt, ubi per apertum ostium manifestavit cumulatam bonorum multitudinem his qui ingrediuntur, non jam anxium esse sinit sollicitudine contrahendorum laborum, qui jam ob divinam fruitionem despiciuntur, sed, ne retro quidem aspiciendo, hortatur amplecti labores, reputando suaviorem esse susceptum propter ista laborem quavis relaxatione. Porro quod per labores assequi oporteat æternorum bonorum hæreditatem, satis ostendit in Evangeliis divinum oraculum, quo dicitur vim pati regnum cœlorum. Rursum etiam quod is qui incipit degustare dulcedinem noverit contemnere labores, divinus ipsius David Spiritus docet cum ait : « Gustate et videte quod suavis sit Dominus [96]. » Aut etiam apertum ostium intelligitur ingressus docentis nos prædicationis, qui semel apertus, nullis claudi potest afflictionibus, vincente animi illorum promptitudine qui ingredi elegerunt, ob pulchritudinem eorum quæ reposita sunt, quæ laborem ac difficultatem afflictionum demulcent et quodammodo fraudant. In his, inquit, licet tibi modica sit virtus, sed a me datur apertum tibi ostium ; tu vero etiam supra virtutem quæ in te est tolerasti, nomen meum non abnegans. Non ergo ad modicam tuam virtutem ut mihi moris est, præmium rependam.

III, 9-13. *Ecce do de synagoga Satanæ qui dicunt se Judæos esse et non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos ut veniant et adorent ante pedes tuos, et cognoscant quod dilexerim te quoniam servasti sermonem patientiæ meæ. Et ego servabo te ab hora afflictionis, quæ ventura est in universum orbem ut affligat habitantes in terra. Venio cito, tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. Qui viceri, faciam illum columnam in templo Dei mei, et am-*

τος ἀνθρώπου πρὸς Θεόν. Διὸ καὶ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον εἶπε, τὸν θρόνον Δαυὶδ παρὰ πατρὸς τῷ Υἱῷ ὡς προσκαίρου, καίπερ αἰωνίῳ αὐτῷ καὶ ἀτελευτήτῳ δοθῆναι, ὡσαύτως δὲ καὶ βασιλείαν καὶ ἐξουσίαν. Ἐπεὶ οὖν ὁμοίωμα τῆς βασιλείας Δαυὶδ ἔφερεν ὁ Χριστὸς, εἰκότως λέγει· *Ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαυὶδ*, πρὸς τὸ ἀνοῖξαι καὶ κλεῖσαι· ἀνοῖξαι μὲν τὸ δικαιῶσαι λέγων, καὶ κλεῖσαι τὸ κατακρῖναι. Τῇ γὰρ θείᾳ αὐτοῦ καὶ ἀΐδίῳ χρώμενος ἐξουσίᾳ, καὶ δικαιοῖ καὶ κατακρίνει.

Ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου. Τῶν ἀγαθῶν ἡ θύρα ἀνεῳγμένη δίδοται, ὡς ἑτοιμοτάτη καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς πρὸς τὰ κρείττω ῥοπῆς, παρέχειν τὴν εἴσοδον πρὸς ἀπόλαυσιν. Διὸ καὶ ὁ Κύριος φάσκων, ὅτι « Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, » οἱονεὶ τῇ προθέσει παρεχομένη τοῦ βουλομένου, ὑπ' οὐδενὸς ἐμποδοστατεῖν οἴεται τὴν εἴσοδον. Καὶ τούτου νῦν ἡ ἐπαγγελία λιχνεύοντος τοὺς εἰσαγομένους, πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, τῶν πόνων ὑπολογιζομένη τὸ δυσχερὲς, καὶ τὴν εἴσοδον συμμετρουμένη τοῖς μικρᾷ δυνάμει τὸ εἰσιέναι προαιρουμένοις, ἐπειδὴ τὸν ἀποσωρευθέντα τοῖς εἰστοῦσι τῶν ἀγαθῶν ὄγκον τῇ ἀνεῳγμένῃ θύρᾳ ἐμφανίσῃ, μηκέτι τῇ φροντίδι λυπεῖσθαι ἐᾷ τοῦ ὑπὸ τῶν ἀπόλαυσιν καταβαλλομένων ἐλκύεσθαι πόνων, ἀμεταστρεπτὶ δὲ τῶν πόνων ἀντέχεσθαι παραινεῖ πάσης ἀνέσεως (17) ἡδίω τὸν διὰ ταῦτα κάματον λογιζομένοις. Καὶ ὅτι ἔγκοπος ἡ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν κληρονομία, τὸ ἐν Εὐαγγελίοις ἱκανὸν θεῖον λόγιον παραστῆσαι, « Βιαστὴ, φάσκον, ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ὅτι δὲ καὶ ὁ διὰ τοῦ κατάρξασθαι ἐγγλυκαίνων τὴν αἴσθησιν ἀφειδεῖν οἶδε τῶν πόνων, τὸ Δαυὶδ θεῖον Πνεῦμα διδάσκει, « Γεύσασθε, λέγων, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. » Ἢ καὶ θύρα ἀνεῳγμένη νοεῖται ἡ τοῦ διδασκαλικοῦ κηρύγματος εἴσοδος, ἥτις ἀνοιχθεῖσα οὐ δύναται διὰ πειρασμῶν κλεισθῆναι, νικώσης τῆς προθυμίας τῶν εἰσιέναι ἑλομένων, τῷ κάλλει τῶν (18) ἐναποκειμένων θελχθέντων, τὸ τῶν πειρασμῶν ἐπίπονον. Ἐν οἷς εἰ καὶ τῇ δυνάμει σου σύμμετρος, ἀλλ' οὖν παρ' ἐμοῦ, φησὶν, ἡ ἀνεῳγμένη δίδοταί σοι θύρα. Αὐτὸς δὲ καὶ ὑπὲρ δύναμιν τὴν ὑποῦσάν σοι ἐκαρτέρησας, μὴ ἀρνησάμενος τὸ ὄνομά μου (19). Οὔκουν τῇ μικρᾷ δυνάμει σου παραμετρήσω τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλὰ μεγαλοδωρίᾳ, ὡς ἔθος ἐμοὶ, μετελεύσομαι τὴν ἀντίδοσιν.

Ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ, τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ ψεύδονται. Ἰδοὺ ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν, ὅτι ἠγάπησά σε, ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου. Κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης πειρᾶσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. Ἔρ-

[95] Luc. XVII, 21. [96] Psal. XXXIII, 9.

(17) Αἱρέσεως vulg.
(18) Ἑλομ. διὰ τὸ κάλλιστον τῶν vulg.
(19) Διὰ τὸ ὄνομά μου vulg.

commensurabo retributionem : sed ex munificentia,

χομαι ταχύ. Κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι· καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ μου τῆς καινῆς Ἱερουσαλὴμ, ἡ καταβαίνει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τὸ καινόν. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.

A *plius non egredietur foras :* **682** *et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo a Deo meo : et nomen meum novum. Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Τῆς ὁμολογίας, φησὶ, τῆς περὶ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος ἀντέκτισις ἔσται ἡ τῶν Ἰουδαίων ἐπιστροφὴ καὶ μετάνοια. Οἱ τῆς πρὸς ἐμὲ αὐτῶν προσαγωγῆς τὸν ἐξ ἐμοῦ φωτισμὸν ἀνταλλάξονται τῶν ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας Ἰουδαίων, ἀλλ' οὐ τῶν ἐν τῷ φανερῷ, ὡς καὶ Παύλῳ δοκεῖ, ἑαυτοὺς ἐπιδεικνύντων. Θρόνον δὲ τοῦ Σατανᾶ τὴν τῶν Ἰουδαίων λέγει Συναγωγὴν, ὡς τῷ ψεύδει συγκροτουμένην, ἐπεὶ καὶ τοῦ ψεύδους πατὴρ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἐδείχθη. Τούτοις οὖν προσδραμεῖσθαι οὐ κατὰ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς θερμότητος καὶ συντριβῆς φησι. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται τὸ πρὸς τοὺς πόδας προσκυνῆσαι καὶ ἐν ἐσχάτοις ἐλέσθαι τετάχθαι τῆς Ἐκκλησίας.

Responsio, inquit, confessionis nominis mei erit Judæorum conversio et pœnitentia, qui meam illuminationem qua ipsi ad me adducti sunt, commutabunt in eos qui in abscondito cordis sese Judæos esse demonstrant, et non in propatulo, veluti Paulo quoque videtur. Sedem vero Satanæ dicit Synagogam Judæorum, tanquam præstantem auxilium mendacio : quandoquidem etiam ille mendacii pater a condito sæculo apparuit. Hos igitur B accurrere dicit, non vulgari modo, sed cum magno fervore et contritione : hoc enim designat quod adorent, et inter extremos qui in Ecclesia sunt poni elegerint.

Τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου. Οὐχ ὅτι αὐτὸς ὁ χρηματίζων ὑπέμεινέ τι, ἀλλὰ ὑπομονὴν ἑαυτοῦ τὴν δι' αὐτὸν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν καρτερίαν τῆς πίστεώς φησιν· ὥσπερ καὶ ὅτι ἂν Δαυὶδ αἰτεῖ τὸν Θεόν· « Ἐκ προσώπου σου τὸ κρῖμά μου ἐξέλθοι, » ἀντὶ τοῦ, Ἡ δι' ἐμέ σου δικαιοσύνη.

Sermonem patientiæ meæ. Non quod is qui dat oraculum, aliquid passus sit, sed suam patientiam dicit fidei tolerantiam quæ propter ipsum est et erga ipsum : quemadmodum etiam ubi David petit a Deo, « De vultu tuo judicium meum prodeat [97] : » hoc est, justitia tua quæ fit propter me.

Κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ. Ὥραν πειρασμοῦ, ἢ τὸν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμὸν λέγει, δεύτερον ὄντα μετὰ Νέρωνα, ὡς Εὐσέβιος ἱστορεῖ ὁ Παμφίλου· ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς εἰς τὴν Πάτμον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Δομετιανοῦ κατεκρίθη· ἢ τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου κατὰ Χριστιανῶν ἐσομένην παγκόσμιον, ἀναιροῦντος τοὺς Χριστιανούς. Τούτων οὖν ἀμφοτέρων ἐλευθεροῦν τοὺς ζηλωτὰς αὐτοῦ ὑπισχνεῖται προαναρπαζομένους διὰ τῆς ἐκ τῶν ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, ἵνα μὴ ὑπὲρ τὴν δύναμιν πειρασθῶσι. Διό φησι καὶ ὁ Κύριος· Ἔρχομαι ταχύ· μετὰ γὰρ τὴν θλῖψιν ἐκείνην· Ἔρχομαι ταχὺ, ἀντὶ τοῦ, ἀνυπερθέτως. Τοῦτο γὰρ τὸ ταχύ σημαίνει, οἱονεὶ, Καταπόδας τῶν πειρασμῶν ἐνεργουμένων ἐλεύσομαι. Διὸ καὶ παρεγγυῶ κρατῆσαι τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως ἄσυλον, ἵνα μὴ ὁ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν ἀπόληται στέφανος.

Servabo te ab hora afflictionis. Horam afflictionis aut vocat persecutionem sub Domitiano excitatam, quæ fuit secunda post Neronem, quemadmodum scribit Eusebius Pamphili, quando et ipse evan- C gelista in Patmum ab ipso Domitiano relegatus est : aut eam quæ sub mundi consummationem ab Antichristo adversus Christianos excitabitur per universum orbem, qui Christianos interimet. Ab utraque igitur harum se promittit liberaturum suos sectatores et amatores, præripiendo illos per mortem ab his quæ tunc contingent, ne ultra id quod ferre possunt affligantur. Ideo quoque ait Dominus : *Venio cito*, siquidem post illam afflictionem cito veniam, hoc est absque ulla dilatione : nam hoc significat *cito*, tanquam diceret : Evestigio veniam cum his quæ fient afflictionibus ; propterea etiam denuntio ut tutum conservetis fidei thesaurum, ne pereat corona tolerantiæ vestræ.

Ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου. Προείρηται ὅτι τὸ, *Θεοῦ μου*, οὐχ οὕτω τῆς ἐν τῷ Χριστῷ θείας φύσεως ἐνθεωρουμένης ἀναιρετικὸν, ὅσον τῆς συνουσιώσεως παραστατικόν. Τὸ γὰρ ἀδιάσπαστον εἶναι, τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, θεότητος, φημὶ, καὶ ἀνθρωπότητος, ἐν τῇ κατὰ τὸν Κύριον Ἰησοῦν ὑποστάσει, κἂν μέχρις ἐννοίας ψιλῆς, εἰ καὶ ἀσυγχύτως, παριστᾷ. Ἀντιδιδόασι γὰρ ἀλλήλοις ὑπὲρ κατάληψιν ἀνθρωπίνην οἰκειωτικῶς τὰ θεῖα τοῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῖς θείοις ἰδιώμασι. Στύλος δὲ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ οὗτος καθίσταται, ὑπερείδων τῇ περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἀγαθοδωρίᾳ, καὶ τοὺς πρὸς συντέλειαν τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ πίστεως ἀ-

In templo Dei mei. Prius dictum est quod *Dei mei* non tollat divinam quæ in Christo conspicitur naturam, sed coexsistentiam et unionem ostendit. **683** Demonstrat enim indissolubilem esse duarum naturarum unionem, divinitatis, inquam, et humanitatis in persona Domini Jesu, nisi solo intellectu, quanquam inconfuse. Familiariter namque sibi mutuo reddit ob humanitatis assumptionem, divina humanis, et humana divinis idiomatis. Porro hic templo Dei columna constituitur, ut fulciat et Dei circa se munificentiam, et eos qui debilius affecti sunt, ad perfectionem fidei Christi, quæ in nobis est, exhortans illos, ut et ipsi dono docendi simi-

[97] Psal. xvi, 2.

liter proficiant. *In templo* autem *Dei*, ut semper lætetur. Nam hoc est columna in templo Dei fieri. Siquidem qui vicerit adversarias potestates, columna et firmamentum veritatis constituitur, et ipse firmiter et immutabiliter gaudens, et alios fulciens ne in bono excidant a sua sede.

τός τε εὐφραινόμενος ἀμετατρέπτως, καὶ τοὺς ἄλλους ἐρείδων τοῦ μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς οἰκείας ἐστεῖναι ἕδρας.

Et scribam super eum nomen Dei mei. Super columnam spiritualem, eum nempe qui divinis jussis ad imbecilliorum fulcimentum perfectus est, scribi dicit nomen Dei et nomen civitatis, Jerusalem novæ : novam Jerusalem ejusque nomen ac Dei nomen non aliud quippiam dicens quam gloriam sive cognitionem, sicut et David : « Quam admirabile est nomen tuum in universa terra [96], » hoc est honor et tui cognitio. In tabulis itaque cordis spiritualis columnæ scriptum est nomen Dei, sive cognitionis sive gloriæ, similiter et civitatis Jerusalem : Dei quidem, nempe quod sanctus sit, quod justus, ac reddens unicuique juxta opera, quod omni bonitate plenus, talibusque gaudens cultoribus : ipsius autem Jerusalem, quod dilectum sit Dei tabernaculum et suos cives ad supernam transmittat metropolim : quæ inferior Jerusalem tanquam colonia supernæ constituitur, retinens eos qui interim in ipsa versantur tanquam litteris utentes ac supernæ vitæ inferiorem aptantes. Eos igitur qui mutua hac scriptura tanquam indelebili memoria (hujusmodi enim est scriptura, nempe quæ stabiliora efficiat ea quæ facta sunt) et Dei et supernæ Jerusalem gloriæ gestant insigne, an non divos quosdam dignum est appellare? Porro nomen novum intelligimus sanctis impositum, quod 684 etiam, præter delectationem divini muneris et fruitionem decoris incorruptibilium bonorum, ipsis in futuro sæculo tanquam insigne additur : et præterea his qui nunc invenientur Christi fratres et amici ac cultores.

Καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου. Ἐπὶ τὸν νοητὸν στύλον, ὃς ἐστιν ὁ τοῖς θείοις προστάγμασιν εἰς ἔρεισμα τῶν ἀσθενεστέρων κατηρτισμένος, γραφῆναί φησι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ (17*) Ἱερουσαλὴμ τῆς καινῆς· καινὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ ὄνομα οὐκ ἄλλο τι λέγων, ἢ τὴν δόξαν, ἤτοι τὴν γνῶσιν, καθὼς καὶ ὁ Δαυὶδ· « Ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ ! » ἀντὶ τοῦ, Ἡ τιμή, ἡ περὶ σοῦ γνῶσις. Ἐν ταῖς πλαξὶ τοιγαροῦν τῆς καρδίας τοῦ νοητοῦ στύλου γραφέντος τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τῆς γνώσεως, τῆς δόξης, ὡσαύτως καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· τοῦ μὲν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἅγιος, ὡς δίκαιος καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα, ὡς πάσης ἀγαθότητος πλήρης, καὶ τοιούτοις χαίρων θεράπουσι· τῆς Ἱερουσαλὴμ δέ, ὡς Θεοῦ σκήνωμα ἀγαπητόν ἐστι καὶ τοὺς αὐτῆς πολίτας πρὸς τὴν ἄνω παραπέμπουσα μητρόπολιν, ἥτις κάτω Ἱερουσαλήμ, ὥσπερ μετοίκιον τῆς ἄνω καθίσταται, τοὺς τέως ἐνδιαιτωμένους ἐν αὐτῇ, οἱονεὶ γράμμασι χρωμένους, τῇ ἄνω ἐμβιώσει τὴν κάτω ῥυθμίζοντας κατέχουσα. Τῇ καταλλήλῳ γὰρ οὖν ταύτῃ γραφῇ, τουτέστι, τῇ ἀνεπιλήστῳ μνήμῃ (τοιοῦτον γὰρ ἡ γραφὴ ὡς μονιμώτερον τῶν γενομένων ἐκτελουμένη), τῆς τε τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς δόξης τὸ παράσημον κομιζόμενοι, πῶς οὐ θεῖοί τινες χρηματίζοιεν ; Τὸ δὲ καινὸν ὄνομα νοοῦμεν, τὸ ἐπιτιθέμενον τοῖς ἁγίοις, ὃ καὶ πρὸς τῇ εὐφροσύνῃ τῆς θείας δωρεᾶς καὶ ἀπολαύσει τοῦ κάλλους τῶν ἀκηράτων ἀγαθῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι αὐτοῖς ἂν γνώριμον καὶ τοῖς λήψομένοις τοῖς νῦν ἀδελφοῖς Χριστοῦ καὶ φίλοις καὶ θεράπουσι, πρόσεστι.

CAPUT IX.

Quæ significata sunt angelo Ecclesiæ Laodicensium.

III, 14-17. *Et angelo Ecclesiæ Laodicensium scribe : Hæc dicit Amen qui est testis fidelis et verus, principium creaturæ Dei : Novi opera tua, quod neque frigidus sis neque fervidus : utinam frigidus esses aut fervidus. Itaque quoniam tepidus es et neque fervidus neque frigidus, incipiam te evomere ex ore meo. Quoniam dicis : Dives sum et ditatus sum, et nullius egeo : et nescis quod tu sis miser et miserabilis, et pauper et cæcus ac nudus.*

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Τὰ δηλωθέντα πρὸς τὸν τῆς Λαοδικέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ Ἀμήν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ· Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός. Ὄφελον ψυχρὸς ἦς, ἢ ζεστός. Οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ καὶ οὐ ζεστὸς οὔτε ψυχρός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου· ὅτι λέγεις, ὅτι Πλούσιός εἰμι καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω. Καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος καὶ ὁ ἐλεεινὸς, καὶ πτωχὸς καὶ τυφλὸς καὶ γυμνός.

Amen est profecto, certe. Certe igitur est

Ἀμήν ἐστι τὸ ναί. Ναὶ οὖν ἐστιν ἐν πᾶσι τοῖς

[96] Psal. VIII, 2, 10

(17*) Τοῦ Θεοῦ omittebat vulg.

περὶ αὐτοῦ λεγομένοις, ἤτοι ἀλήθεια καὶ οὐδὲν ψεῦδος A in omnibus quæ de ipso dicta sunt, sive veritas, nullumque in ipsis est mendacium.

Ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ, ἀντὶ τοῦ, ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἀρχὴ πάντων ὡς κτισμάτων δεσπόζουσα. Ἀρχὴ γὰρ τῆς κτίσεως, ἡ προκαταρκτικὴ αἰτία τῆς κτίσεως. Ἐπηρέασε δ' ἂν ἴσως τῷ ῥητῷ τὸ θεομάχον τῶν Ἀρειανῶν ἐργαστήριον, ὡς τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ κτίσματος διὰ τούτων γνωριζομένου. Οὐ χρὴ δὲ ταῖς τούτων παράγεσθαι κακουργίαις, σκοποῦντας εἴτι τοιοῦτο καὶ ἐν ἑτέρᾳ κεῖται Γραφῇ περὶ τούτου, ἵν' ἔχῃ τις ἐκ τῶν ὁμοίων κανονίζειν τὰ ὅμοια. Φησὶν οὖν Παῦλος Κολοσσαεῦσι γράφων περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ πρωτότοκος πάσης κτίσεως. » Κτίσεως πρωτότοκος, οὐ μὴν πρωτόκτιστος. Καὶ Δαυὶδ· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » ἀλλ' οὐκ· Ἔκτισά σε. Καὶ Σολομών· « Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Τὸ δέ· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, » τὸ, « ἔκτισεν, » ἀντὶ τοῦ, κατέταξεν, εἴληπται, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ, « Ἵνα κτίσῃ τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· » καὶ τοῦ· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεός. » Ὁ δέ γε θεῖος τῶν λόγων Γρηγόριος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγῳ, τὸ μὲν, *ἔκτισεν*, ἐπὶ τοῦ νοερῶς ἐμψυχωμένου τοῦ Κυριακοῦ σώματος ἀκούει· τὸ δὲ, *γεννᾷ*, ἐπὶ τῆς θεότητος. Τοσούτοις οὖν μαρτυρίοις, τῆς κτίσεως συγκροτουμένης, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, οὐκ ἄλλο, ἢ τὸ ἄρχον τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ δηλοῦν βούλεται, καθότι καὶ « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Τούτῳ καὶ ἄρχειν τῶν ὑπ' αὐτοῦ δίδοται κτισμάτων, ἤγουν, κατέστη, τοῦ εἰληφέναι καὶ τοῦ καταστῆναι οὐκ ἐλάττωσιν εἰσηγουμένων οὐσίας καὶ δόξης.

Principium creaturæ Dei. Hoc est regnum et principatus omnium, tanquam dominium habens in ea quæ creata sunt. Principium enim creaturæ dicitur evidens causa creaturæ. Fortassis autem hoc dicto calumniam strueret Deo inimica Arianorum machinatio, tanquam Dominus Jesus per hæc significaretur esse creatura. Non oportet autem malignis horum abduci conatibus, considerantes nunquid tale in alia Scriptura de hoc habeatur, ut possit quis ex similibus ad regulam similia reducere. Dicit itaque Paulus ad Colossenses scribens de Christo : « Qui est primitiæ primogenitus omnis creaturæ [98a] : » primogenitus creaturæ, non primo creatus. Et David : « Ex utero ante luciferum genui te [99], » at non : Creavi te. Et Solomon : « Ante omnes colles generat me [1]. » Porro quod ait : « Dominus creavit me initium viarum suarum [2], » verbum « creavit » acceptum est pro, constituit : quemadmodum etiam ubi dicitur : « Ut crearet duos in unum novum hominem [3]; » et illud : « Cor mundum crea in me, Deus [4]. » **685** Divinus autem in sermonibus Gregorius sermone De filio, *creavit* quidem, de Dominico corpore anima rationali animato intelligit, *generat* vero de divinitate. Cum igitur tam multis testimoniis principium creaturæ, sicut etiam diximus, nihil aliud significare velit, quam quod auctor est et conditor creaturæ Dei, juxta illud quoque, « Omnia per ipsum facta sunt [5] : » per hoc etiam datur ut dominetur creaturis quæ sub ipso sunt : sive confirmatur quod apprehendat ac moderetur : non quod hæc diminutionem inducant substantiæ ac gloriæ.

Ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός. Ψυχρὸς ὁ ἐστερημένος τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείας καὶ ἐπιφοιτήσεως. Ζεστὸς δὲ ὁ ζέων τῷ Πνεύματι, ὡς καὶ Παῦλός φησι. Χλιαρὸς δὲ, ὁ ἐν ἀμφοῖν ἀβέβαιος καὶ ἐπαμφοτερίζων, ὃς μετουσίας μὲν ἔλαβε Πνεύματος ἁγίου διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἔσβεσε δὲ τὸ χάρισμα τῶν ζωοποιούντων τὴν ψυχήν, τῇ τῶν παρόντων φροντίδι καταῤῥαθυμήσας (18a). Διὸ καὶ περὶ τοῦ θείου Πνεύματος Παῦλός φησι· « Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε. » Ἐπεὶ οὖν σὺ τοιοῦτος, καὶ ζέσας τῷ Πνεύματι διὰ βαπτίσματος, ἀπεψύχθης διὰ ῥᾳθυμίας, τὰς εἰς ὕστερον τῆς σωτηρίας ἐλπίδας σεαυτοῦ ἐξέκοψας, καταγνοὺς τῆς αἱρεθείσης σοι πίστεως. Ἐν ἔργοις μὲν γὰρ οὐκ ἀπογνωστέα ἡ μεσότης, ὡς ὁ νόμιμος γάμος, μέσος ὢν παρθενίας καὶ πορνείας οὐκ ἀπόβλητος. Ἐν δὲ τῇ πίστει, τὸ μέσον καὶ χλιαρὸν ἀδόκιμον καὶ ἀσύστατον. Διʼ ὅπερ ὄφελον ψυχρὸς ἦς, τουτέστιν, ἀμέτοχος καθάπαξ θείου βαπτίσματος χάριτος καὶ ἀβάπτιστος, καὶ μὴ χλιαρός. Ὁ μὲν γὰρ μήπω δεξάμενος τὴν τοῦ Πνεύματος διὰ βαπτίσματος χάριν, ἐν ἐλπίσιν ἐνστρέφεται τοῦ ποτε δέξασθαι τὰ

Quod neque frigidus sis neque fervidus. Frigidus est qui caret operatione ac superventione sancti Spiritus : fervidus autem qui Spiritu fervet, quemadmodum etiam Paulus dicit [6] : tepidus vero qui instabilis est et in utroque ambiguus, qui particeps quidem Spiritus sancti factus est per baptisma, exstinxit tamen donum quod animam vivificabat, illud sollicitudine præsentium exstinguens. Ideo quoque de divino Spiritu ait Paulus : « Spiritum nolite exstinguere [7]. » Quoniam igitur tu talis es qui cum Spiritu fervidus fueris per baptismum, emortuus es per segnitiem, salutis in posterum spem a teipso amputasti, condemnata quam primum elegeras fide. In operibus itaque non est condemnandum quod medium est, quemadmodum legitimæ nuptiæ cum mediæ sint inter virginitatem et scortationem, non sunt rejiciendæ. In fide vero quod medium est ac tepor reprobatur, nec valet secum consistere. Propterea utinam, inquit, frigidus esses : hoc est, ne simul quidem particeps fuisses gratiæ divini baptismatis, sed mansisses non

[98a] Coloss. I, 15. [99] Psal. CIX, 3. [1] Prov. VIII, 25. [2] Prov. VIII, 22. [3] Ephes. II, 15. [4] Psal. L, 12. [5] Joan. I, 3. [6] Rom. XII, 11. [7] I Thess. V, 19.

(18a) καταρυτμίσας vulg.

baptizatus et non tepidus. Siquidem is qui nondum Spiritus gratiam accepit per baptismum, in spe versatur quod aliquando ea quæ sibi salutaria sunt accipiet : at tepidus, veluti jam declaravimus, parum habet ad fervorem, et eo bono privatus est quod quandoque baptizandus sit.

A σωτήρια ἑαυτῷ. Ὁ δὲ χλιαρὸς, ὡς ἤδη παρεθέμεθα, μικρὸν πρὸς τῇ ζέσει καὶ τότε βαπτισθῆναι ἀφῄρηται.

Incipiam te evomere. Metaphora tepidi decenti modo usus est, quod medici ad vomitum procurandum assumunt. Unde cum aliqui difficulter vomunt, tepidæ aquæ potione vomitum sursum educunt. Hoc quoque dicit : Incipiam te velut abominandum cibum evomere, hoc est, per sermonem oris mei rejectum a mea familiaritate ostendere. Et quæ horum est causa? Quia in incertis divitiis spem posuisti, et semine verbi Dei inter spinas suffocato, **686** hoc est inter tentationes hujus vitæ ac sæcularium divitiarum, spiritualem tuam et perpetuam paupertatem ignorasti [17].

Μέλλω σε ἐμέσαι. Τῇ μεταφορᾷ τοῦ χλιαροῦ δεόντως ἐχρήσατο, ὃ καὶ ἰατρῶν παῖδες εἰς ἔμετον ἐρεθίζειν παραλαμβάνουσιν. Ὅθεν καὶ τοῖς δυσεμετοῦσιν, ὕδατος χλιαροῦ ἀποροφήσει, τὸν ἔμετον ἀνασοβοῦσι. Τοῦτο καὶ νῦν φησιν, ὅτι Μέλλω σε ὡς βδελυκτὸν βρῶμα ἐμέσαι, τουτέστι, διὰ λόγου στόματός μου ἀπόβλητον τῆς ἐμῆς οἰκειότητος καταστῆσαι. Καὶ τίς ἡ τούτου αἰτία; Ὅτι ἐπὶ πλούτου ἀδηλίᾳ ἐλπίσας, καὶ τὸν σπόρον τοῦ θείου λόγου ἀποπνίξας ταῖς ἀκάνθαις, οἷονεὶ τοῖς πειρασμοῖς τοῦ προσκαίρου τούτου πλούτου καὶ βίου, τὴν πνευματικὴν (19) ἑαυτοῦ καὶ διαιωνίζουσαν ἠγνόησας πτωχείαν.

B

Quoniam dicis : Dives sum. Divitias vocat terrenas divitias. Ignoras quod tu te miserum reddas inter eos qui pereunt : ideo quoque commiseratione dignus es, ut qui a sublimitate virtutum excideris, obtenebratione ac cæcitate captus in his quæ meliora sunt eligendis, et denudatus ea quæ te paulo ante vestiebat divina gloria.

Ὅτι πλούσιός εἰμι καὶ πεπλούτηκα. Πλοῦτόν φησι τὸν γήϊνον πλοῦτον. Ἀγνοεῖς ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαιπωρῶν ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Διὸ καὶ ἐλέους ἄξιος εἶ, ὡς ἐξ ὕψους τῶν ἀρετῶν ἐκπεσὼν, σκοτοδινίᾳ περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν κρειττόνων ἀλοὺς, καὶ γυμνωθεὶς τῆς τέως περιστελλούσης θείας δόξης.

III, 18-22. *Suadeo tibi ut a me emas aurum probatum ex igni ut ditescas, et vestimenta alba ut induaris, et non appareat dedecus nuditatis tuæ, et collyrium quo inungas oculos tuos ut videas. Ego quoscunque amo, arguo et erudio. Æmulare ergo ac resipisce. Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis audierit* C *vocem meam, et aperuerit januam, intrabo ad ipsum et cœnabo cum eo et ipse mecum. Qui vicerit dabo ei ut sedeat mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ipsius. Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Συμβουλεύσω σοι ἀγοράσαι χρυσίον παρ' ἐμοῦ πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς, καὶ ἱμάτια λευκὰ ἵνα περιβάλλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου, καὶ κολλύριον, ἵνα ἐγχρίσῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. Καὶ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. Ζήλευε οὖν καὶ μετανόησον. Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν καὶ κρούω. Ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ Πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.

Si vis, inquit, locuples fieri, veras tibi compara divitias a me qui possum manentibus divitiis locupletare. Compara autem ardenti desiderio sancta Dei oracula septempliciter igne probata. Quænam autem sunt illa? Doctrinalis ac divinus sermo qui non frustra neque inaniter procedit ad eos qui docentur, sed ex eo quod antea is qui docet ardenti D studio ditatus sit. Demonstratam namque fidem annuntiat justus : et bonus negotiator de bono thesauro cordis profert vetera et nova [18] a veteribus quidem viris majora ferens exempla bonorum operum, a recentioribus autem et qui ferventi ardore laborarunt, egregia facinora. Sed quoniam talibus ditescere non contingit alicui absque divino auxilio, ideo dicit is qui tradit oracula, *a me*. Divitiæ vero sunt vestimentorum amictus, qui possit indecentem virtutum nuditatem tegere, et non vulgari modo amicire, sed cum pompali gloria trium-

Εἰ πλουτῆσαι, φησὶ, βούλει, τὸν ὄντως πλοῦτον κτῆσαι παρ' ἐμοῦ τοῦ πλουτίζειν εἰδότος τὰ μέλοντα. Κτήσῃ δὲ διαπύρῳ προθέσει τὰ λόγια Κυρίου τὰ ἁγνὰ, τὰ πεπυρωμένα ἑπταπλασίως. Τίνα δὲ ταῦτα; Ὁ διδασκαλικὸς καὶ θεῖος λόγος, ὃς οὐ μάτην οὐδὲ διακένως πρόεισιν εἰς τοὺς διδασκομένους, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρότερον διαπύρῳ σπουδῇ τὸν διδάσκοντα εὐπορῆσαι· ἐπιδεικνυμένην γὰρ πίστιν ἀπαγγελεῖ δίκαιος. Καὶ ὁ ἀγαθὸς ἔμπορος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκφέρει παλαιὰ καὶ νέα, ἐκ μὲν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν τῶν κατορθωμάτων κομίζων τὰ μείζονα ὑποδείγματα, ἐκ δὲ τῶν νέων καὶ τῶν αὐτῷ πεπονημένων διαπύρῳ ζέσει, τὰ κατορθώματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τοιαῦτα πλουτεῖν οὐκ ἄνευ τῆς ἄνωθέν τινι περιγίνεται ῥοπῆς, διὰ τοῦτό φησιν ὁ χρηματίζων, *παρ' ἐμοῦ*. Ὁ πλοῦτος δὲ, ἱματίων περιβολὴ περιστέλλειν ἔχουσα τὴν ἀσχήμονα τῶν ἀρετῶν γύμνωσιν, καὶ οὐχ ἁπλῶς περιστέλλουσα,

[17] 1 Tim. vi, 17. [18] Matth. xiii, 52

(19) πατρικὴν vulg.

ἀλλὰ μετὰ δόξης πομπεύσης τὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ τῶν ἀντιπάλων δαιμόνων θρίαμβον ἐξανύουσα.

Καὶ κολλύριον. Πρὸς τὰ ἀμβλυώττοντα περὶ τὸ τοῦ Κυρίου νοητὸν φῶς τοὺς καταλλήλους ὀφθαλμοὺς περιχρῖσαι τὸ πρόσταγμα. Ἔστι δὲ τοῦτο ἡ διὰ μετανοίας πρόοδος συμβουλευομένη. Ἢ τὸ κολλύριον τὴν ἀκτημοσύνην παρίστησιν. Εἰ γὰρ τὰ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς βλεπόντων, τούτους πάντως ἀνοίξει τὸ ἀδωροδόκητον.

Καὶ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. Καὶ εἰκότως. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν, ἐπιμελῶς παιδεύει, ὃ καὶ τῆς ὑπερβαλλούσης χρηστότητος τοῦ Κυρίου περὶ τοὺς ἀπειθεῖς τεκμήριον. Πλούτου δὲ ταύτης ἐνέχυρον ἡ ἀγάπη τοῦ μετιόντος τοὺς τιμωρίας ἀξίους. Καὶ τίς ἡ παιδεία; Ζηλοῦν τὰ κρείττονα τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ μετανοίᾳ καὶ μεταγνώσει τῶν ἔμπροσθεν οἱονεὶ μεταθέσει ἁμαρτημάτων τὸν ζῆλον ἤτοι τὴν μίμησιν ἐπαναλαμβάνεσθαι τοὺς πρὸς παιδείαν ἐξ ἀμαθίας ἀποκλίναντας. Καὶ τίς ἡ ἐκ φιλανθρωπίας ἀντίδοσις; Ἡ ἐπὶ τὴν θύραν ἀπραγμάτευτος προσεδρεία. Θύραν δὲ ἐφεξῆς τὴν καρδίαν λέγει τῶν πρὸς μετάνοιαν προσκαλουμένων. Οἷς ἀνοίξασι τῷ σωτηρίως αὐτὴν κρούοντι, καὶ τὰ ἑπόμενα, τοῦ πράου καὶ ἀγαθοῦ δαιτυμόνος εἰσόδῳ, ἐπιδαψιλευθήσεται.

Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν καὶ κρούω. Ἀδίαστος, φησὶν, ἡ ἐμὴ παρουσία. Τὴν θύραν τῆς καρδίας κρούω, καὶ τοῖς ἀνοίγουσιν ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν σωτηρίᾳ συνευφραίνομαι. Τρυφὴν γὰρ καὶ δεῖπνον τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων ἡγημαι ἐφ' οἷς αὐτοὶ τρέφονται, καὶ τὸν λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, καὶ τὸν σκότον τῆς πλάνης ἀποφεύγουσιν.

Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ. Εἴρηται ἤδη ὅτι ἡ Ἑλληνικὴ παιδεία, τὴν τοιαύτην σύνταξιν τοῦ λόγου καὶ τὸν τοιοῦτον εἰρμὸν τῆς φράσεως σολοικισμὸν καλεῖ, οὗ ἐπ' ἔλαττον τῇ Ἐκκλησίᾳ φροντίς.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῆς ὁρατείσης αὐτῷ θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἑξῆς δειχθέντων.

Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα ἀνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα, ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα· Ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα. Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν Πνεύματι.

Οὐκ ἐπειδὴ αἰσθητὴν θύραν ἑώρακεν ἐν οὐρανῷ ἀνεῳγμένην κατὰ καιρὸν καὶ κλειομένην ταῦτα ἔξεισιν, ἀλλ' οὕτως ὤφθη τῷ εὐαγγελιστῇ, ὡς ἂν διὰ θύρας ἀνεῳγμένης τὰ ἔνδον ἐπάναγκες καθορᾶσθαι. Καὶ φωνὴν, φησὶν, ἤκουσα, ἥτις ὡς σάλπιγξ ἠχήσασα, *Ἀνάβα*, φησὶν, *ὧδε*, οὐ τόπῳ τοῦτο φάσκουσα τὸ ἀνελθεῖν, ἀλλὰ διάνοιαν μετεωρίσαι ἀπὸ τῶν περιπεζίων καὶ ἀνθρωπίνων. Ἀλλ' οἱ μάλιστα τὸ ἡγεμονικὸν τυπούμενοι διὰ καθαρότητα τῶν ἀπὸ τοῦ ἐνύλου βίου κηλίδων, τῶν ἀξιοθέων τούτων καὶ τῶν τοιούτων τυγχάνουσι θεαμάτων.

Καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα. Καὶ τοῦτο παρὰ τὴν τοῦ λόγου σύνταξιν, καὶ διατί, εἴρηται ἤδη.

phum efficiens, ob victoriam de adversariis dæmonibus reportatam.

Et collyrium. Præceptum est ei qui cæcutit ad spirituale Domini **687** lumen, ut aptos oculos circuminungat. Per hoc autem suadetur progressus ad pœnitentiam. Aut collyrium demonstrat inopiam. Si enim dona excæcant oculos videntium, hos utique aperiet donorum carentia.

Ego quoscunque amo, arguo et erudio. Et merito. Nam qui amat, studiose erudit : quod etiam argumentum est immensæ benignitatis Domini erga immorigeros. Harum autem divitiarum arrabo est dilectio qua illos prosequitur qui digni sunt supplicio. Et quæ est illa eruditio? Ut æmulentur potiora studia et per pœnitentiam ac resipiscentiam, nempe priorum delictorum mutationem, zelum sive imitationem assumant hi qui ex ruditate vel insolentia ad disciplinam declinarunt. Et quæ retributio benignitatem consequitur? Assiduitas ad ostium non molesta. Porro ostium in sequentibus dicit cor eorum qui vocantur ad resipiscentiam : quod ubi aperuerint salubriter ipsum pulsanti, cæteraque fecerint quæ sequuntur, mansueti bonique convivæ ingressu magnifice ac liberaliter reficientur.

Ecce sto ad ostium et pulso. Violentiam, inquit, non habet meus adventus : ostium cordis pulso, et una cum his qui aperiunt, super ipsorum salute lætor. Delicias enim ac cœnam duco salutem hominum qua ipsi pascuntur, famemque audiendi verbum Dei ac tenebras erroris effugiunt.

Qui vicerit, dabo ei. Jam dictum est quod Græcanica disciplina hujusmodi sermonis compositionem talemque phrasis seriem solœcismum vocet, de quo minima est Ecclesiæ cura.

CAPUT X.

De viso ab ipso ostio in cœlo, et throno ac viginti quatuor senioribus, et his quæ consequenter ostensa sunt.

IV, 1, 2. *Post hæc vidi, et ecce ostium apertum in cœlo. Et vox prima quam* **688** *audivi tanquam tubæ loquentis mecum dicens : Ascende huc et ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Statimque fui in Spiritu.*

Non quod sensibile ostium in cœlo viderit tempore quodam clausum et alio apertum, hæc disserit, sed ita apparuit evangelistæ, ut per apertum ostium interiora necesse esset videri. Et vocem, inquit, audivi quæ tanquam tuba insonuit dicens : *Ascende huc :* non dicens ut hic loco ascenderet, sed mentem a pedestribus erigeret et humanis. Verum hi potissimum qui mentem purificant a maculis quæ in hac materiali vita contrahuntur, has et hujusmodi dignas de Deo visiones assequuntur.

Et vox prima quam audivi dicens. Et hoc præter sermonis dispositionem, et quam ob causam jam

dictum est. Oportuit enim ita dicere : Et vox ejus qui loquebatur mecum dixit : Ascende huc : nam ita apto modo processisset.

IV, 2-5. *Et ecce thronus ponebatur in cœlo : et super thronum sedens aspectu similis lapidi jaspidi et sardio : et iris in circuitu throni similiter aspectu smaragdino : et in circuitu throni viginti quatuor sedes : et super viginti quatuor sedes vidi viginti quatuor seniores sedentes circumamictos vestibus albis, et super capita ipsorum coronas aureas. Et de throno egrediuntur fulgura et voces ac tonitrua. Et septem lampades ignis accensæ in conspectu throni ipsius, quæ sunt septem spiritus Dei.*

Spiritu, inquit, immutatus vidi thronum, per quem significatur Dei requies quam habet in sanctis : in ipsis enim collocatur tanquam capacibus divinarum specierum.

Aspectu similis lapidi jaspidi. Quoniam visum hic demonstrat Patrem, corporalem ipsi figuram non assignat, quemadmodum Filio in prima sua visione : sed pretiosis lapidibus ipsum assimilat : jaspide quidem utpote viridi, designante quod semper floreat, vitamque mortalibus afferat, juxta id quod dictum est, « et herbam servituti hominum [9]. » Herba namque omne semen affert quod a Deo ordinatum est ad alimentum mortalibus : **689** jaspis autem appellatur eo quod assimiletur ἰῷ id est veneno aspidis : sardio vero propter terrorem Dei : habet namque Sardius ignis speciem. Quoniam enim ferri non posset Deus, si ad extremum usque justitiæ uteretur judicio, merito clementis ac boni præbet argumentum sardius, utpote terrens quidem, et ignis speciem ferens lapis, ut aiunt, sed quem non solum terrori dicunt esse feris ac monstris, verum etiam virtutem habere curandi dolores ac molestias quæ nostris innascuntur corporibus. Ait enim magnus Epiphanius, ipsum, si inungatur curare tumores et plagas a ferro illatas. Animadvertendum est autem assumptos esse hoc loco lapides non pretii gratia, sed ob eam significationem quam ex colore habebant.

Et iris in circuitu throni. Iris quidem quæ sensu percipitur, quam divina Scriptura vocat arcum, ubi dicit : « Arcum meum ponam in nubibus [10], » ex solis repercussione exoritur, quando in nubis aquosæ densitate conclusus objicit ipsam lucem, ejus per nubem emissione, et variam ac omnigenam colorum apparentiam assumit. Et illa quidem iris talis est. Porro quæ thronum circumambibat, solius smaragdi speciem præ se ferebat. Iridem vero ipsam vocavit ab iride diversorum colorum quæ apud nos est, ut varietatem intelligamus studiosi divinorum angelorum ministerii : quorum diversitatem in unum terminat efficax ministerium, ad imitationem Domini, quandoquidem et hujus beneficentiam qua cuncta

[9] Psal. CXLVI, 8. [10] Gen. IX, 13.

Ἐχρῆν γὰρ οὕτω λέγειν· Καὶ ἡ φωνὴ τοῦ λαλοῦντος μετ' ἐμοῦ· Ἀνάβα ὧδε, ἔλεγεν. Οὕτω γὰρ προήχθη ἁρμοζόντως.

Καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον καθήμενος ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ· καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου, ὁμοίως ὁράσει σμαραγδίνῳ· καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου, θρόνοι εἰκοσιτέσσαρες. Καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους τοὺς εἰκοσιτέσσαρας, πρεσβυτέρους καθημένους περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς. Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ, καὶ φωναὶ, καὶ βρονταὶ. Καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ, αἵ εἰσιν ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ.

Τῷ Πνεύματι, φησὶ, τυπωθεὶς, θρόνον ἐθεασάμην, δι' οὗ δηλοῦται ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀνάπαυσις τοῦ Θεοῦ. Αὐτοῖς γὰρ ἐνθρονίζεται ὡς χωρητικοῖς οὖσι τῶν θείων ἐμφάσεων.

Ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ. Ἐπειδὴ τὸν Πατέρα τὸν ὁραθέντα ἐνταῦθα παρίστησι, σωματικὸν αὐτῷ χαρακτῆρα οὐ περιτίθησιν, ὥσπερ τῷ Υἱῷ ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ ὀπτασίᾳ, ἀλλὰ τιμίοις αὐτὸν λίθοις ἀπεικάζει, τῆς μὲν ἰάσπιδος ὡς χλοερᾶς σημαινούσης τὸ ἀειθαλὲς ὁμοῦ καὶ φερέσβιον, καθὸ εἴρηται, « καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. » Πᾶν γὰρ σπέρμα χλοηφορεῖ πρὸς τροφὴν τοῖς ζῶσιν ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένον. Ἴασπις δὲ καλεῖται ὅτι ὁμοία, καὶ ἰῷ ἀσπίδος ἐοικυῖα. Σαρδίῳ δὲ, διὰ τὸ φοβερὸν τοῦ Θεοῦ. Πυροειδὲς γὰρ τὸ σάρδιον. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ κατ' ἄκρας χρῆσθαι τῇ δικαιοκρισίᾳ Θεὸν, οὐ φορητὸν, εἰκότως τοῦ ἀνεξικάκου καὶ ἀγαθοῦ τὸ σάρδιον δεῖγμα παρέχει, ὡς τοῦ φοβεροῦ καὶ τοῦ πυροειδοῦς, ὥς φασι, λίθου. Ὃν οὐ μόνον φοβερόν φασιν εἶναι θηρίοις καὶ φάσμασιν, ἀλλὰ καὶ θεραπευτικὴν τῶν ἐπιφυομένων τῷ σώματι ἡμῶν ἀλγεινῶν ἔχειν δύναμιν. Λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἰατρεύειν αὐτὴν οἰδήματά τε καὶ ἀπὸ σιδήρου πληγὰς ἐπιχριομένην. Ἐπισημαντέον δὲ ὡς ἡ τῶν λίθων ἐνταῦθα παράληψις, οὐ τοῦ τιμίου χάριν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς χρόας σημαινόμενον ἔσχεν.

Καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου. Ἡ μὲν αἰσθητὴ ἶρις, ἣν ἡ θεία Γραφὴ τόξον καλεῖ ἡνίκα φάσκει· « Τὸ τόξον μου τίθημι ἐν τῇ νεφέλῃ, » ἐκ τῆς ἀνανακλάσεως τοῦ ἡλίου συνίσταται, ὅταν ἐν παχύτητι νέφους ὑδατώδους ἀπολιφθέντος, ἀντιφράσσηται μὲν αὐτὸ τὸ φῶς τὴν ἑαυτοῦ ἐκπομπὴν διὰ τοῦ νέφους, ποικίλην δὲ καὶ παντοειδῆ φαντασίαν χροιῶν ὑποβάλλεται. Κἀκείνη μὲν τοιαύτη ἡ ἶρις. Ἡ δέ γε τὸν θρόνον περικυκλοῦσα, μονοειδὴς σμαραγδίζουσα. Ἶριν δὲ κέκληκεν αὐτὴν, ἀπὸ τῆς παρ' ἡμῖν ἴριδος ποικιλοχρωμάτου, ὡς ἂν τὸ διάφορον τῶν θείων ἀγγέλων τῆς ἀγαθοεργοῦς ἐννοήσωμεν λειτουργίας, ὧν τὸ διάφορον εἰς μίαν ἐνεργητικὴν ἀποτελευτᾷ χρείαν, κατὰ μίμησιν τοῦ Δεσπότου. Ἐπεὶ καὶ τοῦτου τὸ πάντροφον καὶ εὐεργετικὸν, ἡ χλοάζουσα τῆς ἰάσπι-

δος λίθου χροιὰ παραθηλοῦν ἐβούλετο, τῷ πρασίῳ εἴδει τῆς σμαράγδου λίθου ὁμοιουμένη.

Θρόνοι εἰκοσιτέσσαρες. Θρόνον, οὐκ ἄλλο τι ἐνταῦθα χρὴ νοεῖν, εἰ μὴ τὸ πρὸς τὰ θεῖα προστάγματα φιλότιμον πρὸς ἐργασίαν. Μόνως γὰρ ἂν οὕτως παρασκευασθεῖσα ψυχή, ὄχημα θεῖον ἄμιλλόν ἐστι τῶν Χερουβίμ.

Πρεσβυτέρους καθημένους. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ δὲ τῶν εἰκοσιτεσσάρων πρεσβυτέρων ὧδ' ἂν θεωροῖτο ἡ ὑπεράρχιος καὶ ἡ ὑπέρθεος παναγία Τριάς, τὸν ἑβδοματικὸν ἀριθμὸν, ὃν καὶ σύστοιχον τῷ ὁρατῷ αὐτῆς συστήματι τούτῳ ἔθετο, καταρχὰς κατὰ τὸ ἀνεξερεύνητον τῆς ἑαυτῆς σοφίας βάθος ἰσαρίθμως ἑαυτῇ ἀνελίξασα, τὸν εἰκοσιτέσσαρα ἀριθμὸν ὑπέφηνε. Τριάκις γὰρ ἑπτὰ, εἴκοσι καὶ ἓν ἀποσωρεύει τοῦ ἀπολειπομένου ποσοῦ τοῦ εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἀριθμοῦ, ὃς ἐστιν ὁ τρία τῇ παντουργῷ θείᾳ Τριάδι ἀνατεθείς. Διὸ καὶ ὁ ἑβδομος ἀριθμὸς τριαδικῶς ἀνελιχθεὶς, μετὰ τοῦ ἀνελιχθῆναι, τὸν εἰκοσιτέσσαρα ἀπετέλεσε. Τῷ ἑβδόμῳ δὲ, οὐ καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου τούτου χωρεῖ, καὶ κατά τινα ἑαυτοῦ δύναμιν θνητῇ φύσει ἀδύνατον εἰς τόδε εἰδέναι; Ἰσάριθμοι δὲ τοῖς θρόνοις οἱ καθήμενοι, καὶ πρεσβύτεροι, οὐ νεώτεροι, ἐπεὶ καὶ ἡ ἐπαγγελία τῆς κληρονομίας πρεσβυτάτη, ὡς πρὸ καταβολῆς κόσμου προητοιμασμένης ἡμῖν βασιλείας. Πάντως δὲ τοῖς πρὸ καταβολῆς κόσμου τὸ ἔπαθλον ἔχουσιν ἑτοιμασθὲν, οὐχ ὡς νεωτέροις, ἀλλ' ὡς ἐγγηράσασι τοῖς θείοις προστάγμασι δίδοται ἡ αἰώνιος βασιλεία. Χρυσοῦς δέ φησι τοὺς στεφάνους. Οὐδὲ γὰρ εἶχέ τι χρυσοῦ τιμαλφέστερον τοῖς ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἐνστρεφομένοις ὑποτίθεσθαι πρὸς ἐναργῆ γνῶσιν.

Καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι. Τὰς ἑπτὰ λαμπάδας, αὐτὸς ἡρμήνευσεν ἑπτὰ πνεύματα, ἅτινα, ἤτοι ὡς Ἡσαΐας, τὰ θεῖα τοῦ Πνεύματος χαρίσματα, σοφίας, ἰσχύος, βουλῆς, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς δεῖ νοεῖν, ἢ, ὡς Εἰρηναῖος καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, τὰ λειτουργικὰ καὶ τῶν ἄλλων ἐξέχοντα ταγμάτων. Ἑπτὰ μὲν, διὰ τὴν ἐφορείαν τοῦδε τοῦ κόσμου τοῦ τῷ ἑβδόμῳ συστοίχου ἀριθμῷ, ἤ, ὡς ἤδη παρεθέμεθα. Καιόμεναι δὲ, διὰ τὸ ἀνένδοτον καὶ διηνεκὲς τῆς περὶ τὸ θεῖον ἁγιαστίας. Τοιοῦτον γὰρ καὶ πῦρ τοῦτο τὸ ἔνυλον ἀδιαλείπτως φωτίζον καὶ φλέγον. Διὸ καὶ ὁ προφήτης φησίν· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. »

Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου ὡς θάλασσα ὑαλίνη ὁμοία κρυστάλλῳ. Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν· καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι· καὶ τὸ δεύτερον ζῶον, ὅμοιον μόσχῳ· καὶ τὸ τρίτον ζῶον, ἔχον πρόσωπον ἀνθρώπου· καὶ τὸ τέταρτον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ.

Θαλάσσῃ ἀπεικάζει τὸ κατενώπιον τοῦ θρόνου, τὸ

[11] Psal. CIII, 4.

A nutrit, indicare voluit virens lapidis jaspidis color, assimilatus in speciem viridati lapidis smaragdi.

Viginti quatuor sedes. Sedem non aliud quippiam oportet hoc loco intelligere quam studiosum conatum ad operationem divinorum jussorum. Solo enim hoc modo præparata anima divinum est vehiculum, quemadmodum et ipsa Cherubin.

Seniores sedentes. De numero viginti quatuor seniorum hoc loco considerandum erit. Supereminens et divinissima sanctissimaque Trinitas numerum septenarium, quem etiam affinem posuit huic suæ multitudini, initio juxta inscrutabilem suæ sapientiæ profunditatem æquali numero sibi ipsi convolvens, numerum viginti quatuor ostendit. Siquidem ter septem viginti et unum efficiunt, 690
B qui est numerus deficiens a viginti quatuor ternario, qui ternarius divinæ Trinitati omnium creatrici consecratus est : ideo quoque septenarius numerus tertio circumvolutus una cum circumvolvente ternario numerum viginti quatuor perfecit. Septenarii autem numeri num totus hic mundus sensibilis capax est secundum suam virtutem mortali naturæ cognitu impossibilem? Æquali autem numero cum sedibus sunt hi qui sedent, et seniores sunt, non juniores : quoniam promissio quoque hæreditas vetustissima est, utpote parato nobis regno ante mundi constitutionem : porro his qui præparatum habent ante mundi constitutionem præmium, non tanquam recentioribus, sed tanquam
C inveteratis in divinis præceptis datur regnum æternum. Demum aureas dicit esse coronas : neque potuit quidquam auro pretiosius proponere his qui in hac vita versantur ad efficacem et operosam cognitionem.

Et septem lampades ignis accensæ. Septem lampades ipse interpretatus est septem spiritus : quæ aut, sicut habet Isaias, divina Spiritus dona oportet intelligere, nempe sapientiæ, fortitudinis, consilii, et quæ post hæc sequuntur : aut, sicut Irenæus et Clemens qui varia consarcinavit, ministrantes et eminentes supra cæteros ordines. Septem quidem, eo quod huic mundo præsideant, qui cum numero septenario nescio quid cognatum habet : aut sicuti jam proposuimus : accensæ vero, propter contiD nuum tenorem ac perpetuitatem sanctimoniæ circa divina. Talis est namque et ignis hic materialis incessanter illuminans ac inflammans : ideo quoque ait Propheta : « Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem [11]. »

IV, 6, 7. *Et in conspectu throni tanquam mare vitreum simile crystallo. Et in circuitu throni quatuor animalia plena oculis ante et retro : et primum animal simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem hominis, et quartum animal simile aquilæ volanti.*

Mari assimilat id quod est in conspectu throni,

maximam et incomparabilem significans multitudinem divinarum virtutum quæ in circuitu throni Dei sunt, quod et Daniel significare vult per millenarium et myriadicum numerum. Vitreum autem mare et crystallinam **691** habens speciem, splendorem designat incorporearum naturarum et ipsius throni, sive angelicæ vitæ tranquillitatem, ut quæ immobiliter conglutinata sit sicut vitrum et crystallus, sic ut nulla sorde obtenebrata ad insensatas turbationes circumflectatur.

Et in circuitu throni quatuor animalia. Quatuor hæc animalia nonnulli et quatuor Evangelia et quatuor generales acceperunt virtutes : ut leo quidem significet fortitudinem, et Evangelium secundum Joannem, quod etiam sanctus Irenæus Lugdunensis dicit æterni regni significativum esse, per illud : « In principio erat Verbum : » per vitulum autem justitiam tanquam propriis contentam laboribus, et Evangelium juxta Lucam, tanquam legitime et sacerdotali modo Christi genealogiam describens : per aquilam vero temperantiam, nam de hac testimonium datur huic animali, et Evangelium juxta Marcum, utpote compendiosum et a prophetico Spiritu incipiens. Porro per hominem prudentiam, et Evangelium juxta Matthæum, ut qui naturaliter et non lege prædicaverit Christi nativitatem. Fortassis autem et per hæc significatur Christi dispensatio : per leonem, tanquam rex ostenditur : per vitulum, ut sacerdos, imo magis ut sacrificium ; per hominem, quod propter nos vir sit effectus : per aquilam, tanquam dator vivifici Spiritus ac super omnes devolantis. Aut quod per quatuor hæc animalia Dei aspectum assequatur creatura ex quatuor elementis commista : nempe igne, aqua, terra, aere, tanquam hæc animalia visa ad designationem mundanorum elementorum referantur : leo quidem, propter animositatem et audaciam ad ignem designandum ; vitulus autem, propter operationes circa terram, ipsam terram quam exercet ; homo vero aerem, siquidem homo cœlestis ac sublimis creatura est propter mentis subtilitatem. Porro aquila ad aquam designandam ; ex aquis enim nactæ sunt volucres generationem.

IV, 8-11. *Et quatuor animalium singula habebant alas senas in circuitu, et intus plena erant oculis. Et requiem non habent die ac nocte dicentia : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venit. Et quandocunque dederint illa animalia gloriam et honorem* **692** *et gratiarum actionem sedenti in throno qui vivit in sæcula sæculorum, procident viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, et adorabunt viventem in sæcula sæculorum. Et abjicient coronas suas ante thronum, dicentes : Dignus es, Domine et Deus noster sancte, accipere gloriam et honorem ac potentiam, quoniam tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant et creata sunt.*

A ἄπειρον καὶ ἀνείκαστον πλῆθος τῶν κυκλούντων θείων δυνάμεων τῷ θρόνῳ σημαίνων τοῦ Θεοῦ. Ὃ καὶ Δανιὴλ διὰ τοῦ χιλιακοῦ καὶ μυριαδικοῦ ἀριθμοῦ παριστᾷν βούλεται. Ἡ δὲ ὑαλίνη καὶ κρυσταλλοειδὴς θάλασσα τὴν διαύγειαν τῶν ἀσωμάτων φύσεων σημαίνοντός ἐστιν, καὶ τοῦ περὶ τὸν θρόνον, ἤγουν τῆς ἀγγελικῆς ζωῆς τὸ ἀτάραχον, ἅτε ἀκινήτως ὡς ὕαλος πεπηγυῖα καὶ κρύσταλλος, τῷ μηδὲ μιᾷ κηλῖδι σκοτουμένη πρὸς ἀνοήτους περισπᾶσθαι κλονήσεις.

Τέσσαρα ζῶα γέμοντα. Ταῦτα τὰ τέσσαρα ζῶά τινες, καὶ τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια καὶ τὰς τέσσαρας γενικὰς ἀρετὰς ἐξέλαβον, τοῦ μὲν λέοντος δηλοῦντος τὴν ἀνδρείαν καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, ὃ καὶ Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνου ἅγιός φησι τῆς προαιωνίου βασιλείας εἶναι δηλωτικόν, διὰ τοῦ· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· » τοῦ δὲ μόσχου, τὴν δικαιοσύνην, ἅτε τοῖς οἰκείοις ἀρκουμένου πόνοις, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον, ὡς νομικῶς καὶ ἱερατικῶς τὸν Χριστὸν γενεαλογήσαντα· τοῦ δὲ ἀετοῦ τὴν σωφροσύνην· (ταύτῃ γὰρ μαρτυρεῖται τὸ ζῷον) καὶ τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον σύντομον ὄν, καὶ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ἀρξάμενον· τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὴν φρόνησιν, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ὡς φυσικῶς καὶ οὐ νόμῳ κηρύξας τὴν Χριστοῦ γέννησιν. Ἴσως δὲ καὶ διὰ τούτων ἡ οἰκονομία Χριστοῦ δηλοῦται. Διὰ τοῦ λέοντος, ὡς βασιλεύς. Διὰ τοῦ μόσχου, ὡς ἱερεύς, μᾶλλον δὲ καὶ ἱερεῖον. Διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὡς δι' ἡμᾶς ἀνδρωθείς. Διὰ τοῦ ἀετοῦ, ὡς χορηγὸς τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος καὶ ἐπὶ πάντας καταπτάντος. Ἢ ὅτι διὰ τῶν τεσσάρων τούτων ζώων, ἢ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, πυρὸς, ὕδατος, γῆς, ἀέρος, σύγκρατος κτίσις τῆς ἐποψίας τοῦ Θεοῦ τυγχάνειν, ὡς ἐκ τούτων ὁραθέντων ζώων εἰς ὑποτύπωσιν ἀναφερομένων τῶν κοσμικῶν στοιχείων, λέοντος μὲν, διὰ τὸ θυμικὸν καὶ θερμὸν, εἰς τὸ πῦρ. Μόσχου δὲ, διὰ τὰ περὶ τὴν γῆν ἔργα εἰς τὴν γῆν. Ἀνθρώπου δὲ, εἰς τὸν ἀέρα. Οὐράνιον γὰρ καὶ μετάρσιον φυτὸν ἄνθρωπος διὰ τὴν τοῦ νοῦ λεπτότητα. Ἀετοῦ δὲ εἰς τὸ ὕδωρ. Ἐξ ὑδάτων γὰρ ἡ γέννησις τοῖς πτηνοῖς.

Καὶ τέσσαρα ζῶα ἓν καθ' ἓν, εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν. Καὶ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν, καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς λέγοντες· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Καὶ ὅτ' ἂν δῶσι τὰ ζῶα δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνήσουσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, λέγοντες· Ἄξιος εἶ, ὁ Κύριος καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος, λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν. Ὅτι σὺ ἔκτισας πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου ἦσαν καὶ ἐκτίσθησαν.

Εἰπὼν τὰ τέσσαρα ζῶα τὰ τὸν θρόνον κυκλοῦντα, καὶ τὸ εἶδος ἑκάστου διεξελθών, ὃ καὶ ἡμεῖς ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν κατὰ τὸ κατ' ἀξίαν δοθὲν χάρισμα παρεθέμεθα, ὅτι τὸ προνοητικὸν περὶ πᾶσαν τὴν περίγειον αὐτοῦ κτίσιν παριστῶντός ἐστι τοῦ Θεοῦ, διὸ καὶ τέσσαρα ζῶα ἰσάριθμα τῇ τετρακτύϊ τῶν ποιοτήτων, δι' ὧν τὰ στοιχειώδη σώματα ὑπέστη τοῦδε τοῦ ὑλικοῦ κόσμου, νῦν καὶ τὸ τῆς λειτουργίας ὀξύῤῥοπον (20) αὐτῶν παρίστησιν, ὃ καὶ Δαυὶδ παρίστησι διὰ τοῦ, « Δυνατοὶ ἰσχύϊ ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ, » οἱονεὶ οὐκ ἔφθη τὸ πρόσταγμα τὴν συντέλειαν τοῦ προτεταγμένου, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς ἐντολῆς ἡνύσθη τὸ βούλημα. Τὸ τάχος δὲ διὰ τῶν πτερύγων ἓξ κατανύεσθαί φησιν ἑκάστῳ. Τοῦτο γὰρ τὸ, *ἓν καθ' ἓν* (21), ἐνυποφαίνει, ἵνα μή τις τὰς ἓξ πτέρυγας ἀκούσας, κοινῇ ταύτας προεῖναι νομίσῃ. Τὸ δὲ *κυκλόθεν* οὐ τῶν πτερύγων, ἀλλὰ τῶν τεσσάρων τὴν στάσιν ἐμφαίνει, ὅτι μὴ στοιχηδὸν, ἀλλὰ καὶ κυκλικὸς ἦν. Τῶν δὲ πτερύγων ὁ ἀριθμὸς τὸ τέλος αἰνίττεται τῆς λειτουργίας, καὶ τὸ πρὸς ὃ ἡ λειτουργία πέλει. Καὶ γὰρ ὁ ἓξ ἀριθμὸς παρὰ τοῖς τὰ τοιαῦτα κομψοῖς ἀνυμνεῖται· οὐδὲν δὲ παρὰ τοῖς τὴν αἴσθησιν ἀναβεβηκόσιν ἀτελὲς, οὐδὲ τὴν ἐκ μεταμελείας συμπλήρωσιν ἐκδεχόμενον. Ἐξ δὲ πτέρυξιν ὁ θεῖος Διονύσιος τὰ νοερὰ ζῶα διηρτῆσθαί φησι, δυσὶ τὰ πρόσωπα καλύπτοντα, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, ταῖς μέσαις δὲ πετᾶσθαι, ἵνα περὶ τὰ ὑψηλότερα καὶ βαθύτερα τῆς οἰκείας καταλήψεως φανῇ αὐτῶν ἡ εὐλάβεια, δι' ἣν τοῖς μέσοις προστάσσεσθαι τὰς ἀρχικὰς αὐγὰς θείοις ζυγοῖς ἀνατείνειν. Τὸ δὲ *κυκλόθεν*, διὰ τὸ παντεπίσκοπον παρεῖληπται. Τὸ δὲ *ἔσωθεν*, ὅτι οὐδὲν τὰ θεῖα λανθάνειν δύναται, οὐδὲ τῶν ἐν παραβύστῳ τισὶ τελουμένων. Τὸ δέ· « Ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν, » οὐχ ὅτι ἔγκοπόν τι ὑφίστανται, τῇ ἀνενδότῳ λειτουργοῦντα ὑμνῳδίᾳ. Περὶ τὴν αἰσθητὴν γὰρ κτίσιν ὁ κόπος· ἀκάματα δὲ πάντα ὅσα ὑπὲρ τὴν ὕλην. « Ἐκεῖ δὲ, » κατὰ τὸν εἰπόντα, « ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. » Οὐ τὸ ἔγκυπον οὖν τό· « Ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσι, » παριστᾷ, ἀλλὰ τὸ περὶ τὴν θείαν ὑμνῳδίαν ἀνένδοτον, ὡσπερεὶ κατεντρυφώντων πρὸς δόξαν καὶ αἶνον τοῦ θείου καὶ συντελουμένων. Τὸ δὲ τρισυπόστατον τῷ τριπλασιασμῷ τῆς δόξης καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ ἔχομεν νοεῖν.

A Postquam dixit quatuor animalia in circuitu throni, et cujusque figuram retulit, quod et nos, quantum possibile fuit juxta datum nobis donum, debito modo enarravimus, nempe quod significent Dei providentiam quam exhibet circa universam suam terrenam creaturam : atque idcirco quatuor animalia æquali constituta sunt numero cum quaternione qualitatum, quibus elementata corpora (ut ita loquamur) hujus materialis mundi constituta sunt : nunc eorum quoque demonstrat ad obsequia alacritatem, quod et David ostendit dicens : « Potentes virtute facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus [12] : » hoc est, non prævenit præceptum completionem ejus quod præordinatum est, sed simul ut præcipit, perfectum est id B quod vult. Porro velocitatem per senas alas dicit cuique contingere : hoc enim subindicat vox *singula*, ne quis audiens senas alas, vulgari modo has adesse existimet. Quod autem ait, *in circuitu*, non alarum, sed quatuor animalium statum designat, quod non erant more elementorum, sed in modum circuli. Numerus vero alarum perfectionem designat ministerii, et id circa quod versatur ministerium : siquidem numerus senarius apud eos qui in hujusmodi rebus diserti sunt, non laudatur, verum apud eos qui sensum supergrediuntur, nihil habet inutile, ne id quidem quod supplementum suscipiat ex pœnitentia proveniens. Porro senis alis composita fuisse spiritualia animalia dicit divus Dionysius, quarum duabus facies operirent, duabus vero pedes, et duabus quæ mediæ erant volarent : ut circa sublimiora ac profundiora suæ apprehensionis videatur ipsorum esse cultus, propter quem mediis præciperetur eximios splendores divinis sedibus concitare. Quod autem additur *in circuitu*, propter universorum inspectionem traditum est : *intus* autem, quia nihil latere potest ea quæ divina sunt, ne ea quidem quæ a nonnullis **693** fiunt in occulto. Cæterum requiem non habent : non quod laboriosum aliquid subeant continuo cantu ministrando. Circa sensibilem enim creaturam est labor, infatigabilia autem sunt quæcunque dicuntur immaterialia : « Et ibi, » ut ait ille, « fugit dolor, luctus ac gemitus [13]. » Non igitur laboriosum aliquid significatur per hoc quod dicitur, *Requiem non habent*, sed continuus tenor circa divinam laudem, ut quod deliciose versentur ac perfecta sint ad gloriam et laudem Dei. Demum triplicatione gloriæ ac sanctitatis intelligere possumus personarum trinitatem.

Πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι. Διὰ τούτων δηλοῦται καὶ τοὺς νοηθέντας ἡμῖν πρεσβυτέρους κοινωνοὺς εἶναι τῆς ὑμνῳδίας τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ὁμολογοῦντας ἐκ Θεοῦ κεκομίσθαι τῆς τῶν νοητῶν ἐχθρῶν νίκης τὴν δύναμιν. Ἐπισκοπητέον δὲ τὴν τῶν χρονικῶν διαστημάτων ἐν τῇ ἀφηγήσει ἀκρίβειαν. Ἀπὸ γὰρ τῆς τῶν ἐνεστώτων ἐπαγγελίας, ἐπὶ τὰ μέλλοντα χωρεῖ, οὐκ ἀσυνεσίᾳ τοῦτο

D *Procident viginti quatuor seniores.* Per hæc nobis significatur ipsos quoque seniores quos consideravimus participes esse cantus ac laudis cœlestium virtutum, cum Deo referunt acceptam potentiam ac victoriam, quam de spiritualibus hostibus retulerunt. Consideranda est autem diligentia in narratione distinctionum temporum : siquidem a promissione præsentium procedit ad futura : non sine

[12] Psal. cii, 20. [13] Isa. xxxv, 10.

(20) Vocem ὀξύῤῥοπον non habet vulg. edit.

(21) Eidem desunt voces, τὸ, *ἓν καθ' ἓν*.

prudentia hoc faciens, sed ostendens quod etiam ante novissimum præconium eorum qui recte operantur, sit aliqua gratiarum actio his qui defunguntur præsenti laborioso stadio, concedentes præfixo termino, cum unicuique definitum sit id quod utile est : utpote recipiendo etiam commensuratas ad futurum et indissolubile sæculum retributiones : sive sit miraculorum accessus, sive alia quævis beneficia. Non igitur configuratio erga Jesum Christum Dei Filium incarnatum, a ministrantibus procedens spiritibus, pariterque cum illis et ab hominibus qui sese præstiterunt eximios operibus, et benedictio ac laudatio, ultimo duntaxat die reposita est, sed etiam in præsenti : quemadmodum is qui conspicitur transitus distinctionum temporum demonstravit his qui acute possunt perspicere.

Et abjicient coronas suas. Coronas ante thronum abjicere victoriam significat, veluti nunc quoque in his videre est qui vincunt in certaminibus. Thronus vero dominationem ac potentiam designat. Est autem corona regni insigne. Qui igitur coronas ante thronum abjiciunt, quid aliud quam certum ac verum regnum et victoriam adversus omnes, Deo per omnia referunt? dicentes : Tibi, Domine, ab omnibus debetur gloria tanquam conditori ac plasmatori, et qui, cum non essent, produxisti ut essent, conservas ac continues.

694 CAPUT XI.

De libro signato sigillis septem qui erat in manu Domini, quem nulla creata natura potuit aperire.

V, 1-5. *Et vidi in dextera sedentis in throno librum scriptum intus et foris, signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna : Quis est dignus aperire librum et solvere signacula ejus ? Et nemo poterat neque in cœlo neque in terra neque subter terram aperire librum neque aspicere illum. Et ego flebam multum, quod nemo dignus esset inventus aperire librum neque aspicere illum. Et unus de senioribus dicit mihi : Ne fleveris.*

Quæ ad dexteram Dei sunt designant animæ bona, quæ etiam parœmiastes Solomon ostendit in dextera sapientiæ reponi, per vitam ea significans dicendo : « In dextera ipsius vita [15]. » Quæ vero a sinistris, bona corporis et mortalem hanc vitam : quæ per gloriam ac divitias innuit dicens : « In sinistra ipsius divitiæ et gloria. » De throno vero dictum est quod potestatem ac eminentiam significet ejus qui super ipsum sedet. Quid est autem liber nisi sapientissima et incomprehensibilis Dei memoria ? quam et propheta David et Moses præsignarunt : ille quidem cum diceret : « In libro tuo omnes scribentur [18] : » hic autem cum ait : « Aut dele me de libro quem scripsisti [16]. » Porro intus et foris

ποιῶν, ἐνδεικνύμενος δὲ ὡς καὶ τῆς πρὸ τῆς τελευταίας τῶν κατορθούντων ἀναῤῥήσεως, ἔστι τις τοῖς ἀπεκδύνουσι τὸ παρὸν ἐναγώνιον στάδιον, τῷ τεθειμένῳ ὑπείκουσιν ὅρῳ, τοῦ συμφέροντος ἑκάστῳ ὡροθετηκότος, εὐχαριστία, ἅτε καὶ ἀντιλαμβάνουσι συμμέτρους πρὸς τὸν μέλλοντα καὶ ἀκατάλυτον αἰῶνα τὰς ἀντιδόσεις, ἤτοι θαυμάτων περιουσίαν, ἢ καί τινας ἑτέρας εὐεργεσίας. Οὐκ οὖν ἐπὶ τῆς τελευταίας μόνον τεθησαύρισται ἡμέρας, ἡ ἀπὸ τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων καὶ τῶν ἐκείνοις ἐναμίλλων ἀνθρώπων ἐξαιρέτως τῷ ἔργῳ δειχθέντων πρὸς τὸν σαρκωθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑποτύπωσις καὶ εὐφημία καὶ αἶνος, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος, ὡς ἡ δοκοῦσα τῶν χρονικῶν διαστημάτων παράβασις τοῖς ὀξυωπεῖν δυναμένοις ὑπέστησεν.

Καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν. Τὸ βαλεῖν τοὺς στεφάνους ἐνώπιον τοῦ θρόνου, τὴν νίκην δηλοῖ, ὡς καὶ νῦν ἐπὶ τῶν νικώντων ἀγῶνας ἔστιν ἰδεῖν· ὁ θρόνος δὲ τὴν κυριότητα καὶ ἐξουσίαν. Ἔστι καὶ βασιλείας ὁ στέφανος σύμβολον. Βάλλοντες οὖν ἐνώπιον τοὺς στεφάνους τοῦ θρόνου, τί ἂν ἄλλο, ἢ τὴν ὄντως καὶ ἀληθῆ βασιλείαν, καὶ τὴν κατὰ πάντων νίκην, τῷ ἐπὶ πάντων ἀνατιθέασι Θεῷ; λέγοντες· Σοὶ, Δέσποτα, παρὰ πάντων ἀποφέλεται δόξα, ὡς κτίστῃ καὶ δημιουργῷ, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι προσαγωγεῖ καὶ συντηρητῇ τε καὶ συνοχεῖ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης σφραγῖσιν ἑπτὰ τῆς ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι δύναται τῆς κτιστῆς φύσεως.

Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά. Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ· Τίς ἄξιός ἐστιν ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ ; Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ὑποκάτω τῆς γῆς ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό. Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολὺ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό. Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι· Μὴ κλαῖε.

Τὰ ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, τὰ κατὰ ψυχὴν αἰνίττεται ἀγαθὰ, ἅπερ καὶ ὁ παροιμιαστὴς Σολομὼν ἐν τῇ δεξιᾷ ἀποκεῖσθαι δηλοῖ τῆς σοφίας, ἃ διὰ τῆς ζωῆς ὑπέφηνεν εἰπών· « Ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς ζωή· » τὰ δὲ ἐξ ἀριστερῶν, τὰ κατὰ σῶμα καὶ τὴν θνητὴν ταύτην ζωὴν, ἅπερ διὰ τῆς δόξης καὶ τοῦ πλούτου ἠνίξατο φήσας· « Ἐν τῇ ἀριστερᾷ πλοῦτος καὶ δόξα. » Ὁ δὲ θρόνος, ὅτι τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐπόχου σημαίνει, εἴρηται. Τί δὲ τὸ βιβλίον; Ἡ πάνσοφος τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνεπίληπτος μνήμη. Ἣν καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ καὶ Μωϋσῆς παρεδήλου, ὁ μὲν διὰ τοῦ· « Ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται· » ὁ δὲ διὰ τοῦ· « Κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας. » Τὸ δὲ ἔσωθεν γεγράφθαι καὶ ἔξωθεν,

[15] Prov. III, 16. [18] Psal. CXXXVIII, 16. [16] Exod. XXXII, 32.

καὶ σφραγῖσι κατησφαλίσθαι ἑπτὰ, τὸ ἔσωθεν μὲν, οἱ ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἂν εἶησαν γεγραμμένοι, ὡς θεοσεβεῖς τῇ ὁδηγίᾳ τοῦ νόμου, τὸ ἔξωθεν δὲ καὶ τῇ χείρονι μοίρᾳ, οἱ ἐξ ἐθνῶν. Αἱ δὲ ἑπτὰ σφραγῖδες, τῷ ἑπτὰ ἀριθμῷ τὸ ἐπίσημον ἔχουσαι, τὰς κατὰ τὸν θνητὸν τοῦτον κόσμον τῶν ἡμερῶν μεταβολάς τε καὶ διαδοχὰς σημαίνουσαι τί ἂν ἄλλο συνιέναι παρέχοιεν, ἢ τὸ μηδένα πλὴν μόνου Θεοῦ τὰ κατὰ τὴν διέξοδον τοῦ βίου ἑκάστου ἡμῶν ἐξακριβοῦν ἔχειν, εἰδέναι; Ἢ οὖν τοῦτο· ἢ τὸ κεκλεῖσθαι τὸ βιβλίον καὶ τοῦτο βουλομένου παριστᾷν ἐστι, τὸ μηδένα ἠξιῶσθαι θείας ἐποψίας, πλὴν ὀλιγίστων. « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν » τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τοῦ Ἀδὰμ ἀχρείωσιν, καὶ ἀπολωλέκασι τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν.

Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο. Ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς ἠδύνατο. Τὸ δὲ ὡς ἀρνίον καὶ μάλα, ὡς ἤδη εἴρηται καὶ διὰ τοῦ Δαυὶδ κατὰ τό· « Πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου, » πρωΐαν τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν τοῦ Κυρίου λέγοντος, δι' ἧς ἐπιδημίας ἄνθρωποι καὶ θείας ἐποψίας ἠξιώθημεν παραστάντες, ἦγουν παραστῆναι ἀξιωθέντες παρὰ τοῦ τὰ κατερῥαγμένα ἀνορθοῦντος, καὶ τὰ συντετριμμένα συσφίγγοντος. Δι' ἃ καὶ ἡ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ εὐσπλαγχνος οἰκονομήθη ἐπιδημία. Καὶ διὰ ταύτην τῶν προφητῶν αἱ δεήσεις εἰσηκούσθησαν, ὧν ἐστι καὶ ἡ, « Κλῖνον τοὺς οὐρανοὺς καὶ κατάβηθι. »

Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη. Οὐδὲ γὰρ ἄγγελος, οὐκ ἄνθρωπος ταῦτα κατώρθωσεν, ὡς φησιν Ἡσαΐας, οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ἔσωσεν αὐτούς. Οὔτε οὖν τῶν ἀσάρκων τις, οὔτε τῶν ἐν σαρκὶ ὄντων, οὔτε τῶν ἐκ σαρκὸς ἀποδεδημηκότων, τὴν ἀκριβῆ τῶν θείων εἴληφε γνῶσιν. Τοῦτο γὰρ τὸ συνεπτύχθαι δηλοῖ τὸ βιβλίον, οἱονεὶ τὸ πάσῃ κτιστῇ φύσει ἀνεπινόητα εἶναι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ. Κτιστῇ μὲν οὖν φύσει συνέπτυκται τὸ βιβλίον, καὶ οὐ μόνον ἀνοῖξαί τις αὐτὸ ἀδυνάτως ἔχει, ἀλλ' οὐδὲ βλέπειν, τουτέστιν οὐδὲ ἀτενῶς πρὸς τὰ θεῖα κρίματα ἴσχυσεν ὁρᾷν. Ἀλλ' οἱ τοσούτου ἀναπεπλησμένοι τοῦ ἀναξίου, ἐπειδὴ αὐτοῖς ἡ τοῦ ἀρνίου ἐπιδημία παρέστη, τὰ πρὶν ἄπορα, εὔπορα κατέστη, καὶ τὰ δυσχερῆ, ῥᾴδιά τε καὶ εὐχερῆ.

Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων. Εἷς τῶν πρεσβυτέρων, ἤγουν τῶν θειοτέρων δυνάμεων. Οἳ καὶ αὐτοὶ τῇ πρὸς ἡμᾶς σχέσει χαρᾶς πληροῦνται, ὡς καὶ ὁ Κύριός φησι· « Χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. » Εἰ δὲ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ τοῦτο, πόση καὶ τίς ἡ χαρὰ συσταίη ἐπὶ πολλοῖς; δι' ἣν καὶ ἡ παῤῥησία τοῦ ἀρνίου, ὃ ἠνοιξε τὸ βιβλίον εἰς τὸ γνῶναι τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμῶν παραγεγονότα. Καὶ ὅτι τοῦτο, αὐτὸς ἡμᾶς διδάσκει ὁ Κύριος λέγων· « Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. »

scriptum esse septemque sigillis signatum, hoc A
erit, ut intus quidem scripti dicantur qui sunt ex Hierosolymis tanquam Dei cultores legis ducatu : foris autem sive a tergo et deteriori parte, qui ex gentibus. Septem vero sigilla septenario numero insigne habentia et significantia dierum varietates ac successiones quæ in transitorio hoc mundo contingunt, quid aliud intelligendum præbent nisi quod nemo præter solum Deum exacte scire possit quæ in exitu vitæ 695 cujusque nostrum expectentur? Aut igitur hoc ita est: aut clausum esse librum, hoc demonstrare volentis est, nullum divino aspectu dignum haberi præter paucissimos. Siquidem « omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, » inutilitate quæ ex peccato Adam contracta est: B
et perdiderunt libertatem quæ est erga Deum.

Et nemo poterat. Hominum quidem nullus poterat, is autem qui Agno similis erat maxime: quemadmodum etiam per David jam dictum erat, « Mane exaudies vocem meam [17], » *mane* vocando adventum Domini per carnem, per quam præsentiam vel adventum nacti sunt homines divinum aspectum, sive ut ante illum sisterentur digni effecti sunt, ab eo qui collapsa erigit, et contrita reparando constringit. Propter hæc etiam misericors illius ad nos accessus ordinatus est, et propter hunc prophetarum preces exauditæ sunt: inter quas est et illa: « Inclina cœlos et descende [18]. »

Et ego flebam quod nemo dignus esset inventus. Neque enim angelus, neque homo hæc assecutus C
est, ut inquit Isaias, non senior, non angelus, sed ipse salvos eos fecit. Neque igitur quisquam eorum qui carne carent, neque eorum qui in carne degunt, neque eorum qui carnem morientes reliquerunt, exactam accepit divinarum rerum notitiam: nam hoc indicat complicatum fuisse librum: hoc est universæ creatæ naturæ incognita esse Dei judicia. Creatæ itaque naturæ complicatus fuit liber, nec solum impossibile fuit cuiquam aperire, sed nec aspicere illum potuit, hoc est, neque fixis ad divina judicia oculis poterant respicere. Sed qui tantæ erant indignitatis, postquam subsecutus est agni ad eos adventus, quæ antea perplexa et inexplicabilia erant, facile pervia effecta sunt: et quæ D
difficilia, facilia ac prompta fuere.

Et unus de senioribus. Unus de senioribus, sive divinioribus virtutibus, quæ et ipsæ ex rerum dispositione quæ circa nos contingit gaudio implentur, quemadmodum etiam dicit Dominus: « Gaudium fit in cœlo ob unum peccatorem resipiscentem [19]. » Quod si id ob unum peccatorem contingit, quantum erit, obsecro, gaudium propter multos? propter quod etiam provenit agni confidentia, qui aperuit librum ut cognosceretur is qui propter nostram salutem advenerat. Quodque hoc ita sit docuit nos ipse Dominus dicens: « Non veni ut vocem justos, sed peccatores ad pœnitentiam [20]. »

[17] Psal. v, 4. [18] Psal. CXLIII, 5. [19] Luc. XV, 7. [20] Matth. IX, 13.

696 CAPUT XII.

De agno habente cornua septem, quomodo librum aperuerit.

V, 5-7. *Ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, qui aperit librum et septem signacula ejus. Et vidi in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem et oculos septem, quæ sunt septem spiritus Dei missi in universam terram. Et venit et accepit de dextra sedentis in throno librum.*

Vicit eum qui nos vicerat diabolum. Quis est autem qui vicit? Is qui tanquam Deus quidem est leo, de quo patriarcha quoque Jacob decumbens vaticinatus est : « Ut leo de tribu Juda [21]. » Tanquam radix vero ipsius David, sicut creator propter divinitatem : ex radice autem David dictus est eo quod dictum fuerit de radice David virgam produxisse florem propter humanitatem.

Agnum stantem tanquam occisum. Agnus est Christus qui etiam præfigurabatur per agnum qui juxta legale pascha immolabatur, et per Isaiam tanquam ex persona Christi dicit : « Ego autem sicut agnus innocens qui ducitur ut immoletur, non cognovi [22] ; » et illud : « Sicut agnus coram tondente se sine voce [23] ; » et si quid huic sententiæ conforme est quod hominis Dei passionem nobis manifestissime figuravit. Quod autem occisus non dicatur, sed tanquam occisus, significantis est quod in morte non permanserit : revixit enim Christus : nam hoc est quod dicitur non dari sanctum ut videret, non interitum, sed corruptionem : tanquam interitus quidem separationem animæ a corpore designet : quod etiam vere Christo accidisse nullus piorum cultorum recusat suscipere, corruptionem vero non. Neque enim perfectæ humanorum membrorum dissolutioni subjectus fuit, sed quo tempore corruptionem subingredi oportuisset, **697** eo superveniens resurrectio corruptionis vim retudit. Ideo quoque triduana fuit Christi in morte remoratio. Siquidem probatus est is qui scripsit naturalem historiam, dicens corpora morientium quæ ab igne consumpta non sunt, tres dies sustinere, naturali vita in eis agente, ac deinde interitui, imo potius corruptioni tradi.

Habentem cornua septem. Cornua potentiam designant et gloriam, quemadmodum ubi de potestate dicitur : « Omnia cornua peccatorum confringam : » de gloria vero : « Et exaltabitur cornu justi [24]. »

Quæ sunt septem spiritus Dei. Septem spiritus sunt septem operationes Spiritus, nempe sapientiæ, intellectus, scientiæ, consilii, fortitudinis, pietatis et timoris Domini : quæ operationes efficaciam habuerunt in sanctis qui sunt in universa terra.

A

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ ἀρνίου τοῦ τὰ ἑπτὰ κέρατα ἔχοντος, ὅπως τὴν βίβλον ἀνέῳξεν.

Ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαυΐδ, ὁ ἀνοίγων τὸ βιβλίον καὶ τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ. Καὶ εἶδον ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἀρνίον, ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ, ἃ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ ἀποστελλόμενα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφεν ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τὸ βιβλίον.

Ἐνίκησε τὸν ἡμέτερον νικητὴν τὸν διάβολον. Τίς δὲ ὁ νικήσας ; Ὁ ὡς Θεὸς μὲν λέων, περὶ οὗ καὶ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ὁ κατακλιθεὶς ἐχρησμοδότησεν· B « Ὡς λέων ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα. » Ὡς ῥίζα δὲ τοῦ Δαυΐδ, ὡς κτίστης διὰ τὴν θεότητα. Ἐκ ῥίζης δὲ Δαυΐδ εἴρηται διὰ τὸ εἰρῆσθαι ἐκ ῥίζης Δαυΐδ ἀάβδον ἄνθος θλαστῆσαι διὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Ἀρνίον, ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον. Ἀρνίον ὁ Χριστὸς, ὃ καὶ διὰ τοῦ κατὰ τοῦ νομικοῦ Πάσχα θυομένου προετυποῦτο ἀμνοῦ. Καὶ διὰ Ἡσαΐου ὡς ἐκ προσώπου φησὶ τοῦ Χριστοῦ· « Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων· » καὶ τό· « Ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος, » καὶ εἶτι τούτῳ ἑξῆς τῷ ῥητῷ, τὸ πάθος ἡμῖν τοῦ Θεανθρώπου (22) ἐναργέστατα διατυποῦν. Τὸ δὲ μὴ ἐσφαγμένον εἰρῆσθαι, ἀλλ' ὡς ἐσφαγμέ- C νον, τὸ μὴ ἐναπομεῖναι δηλοῦντός ἐστι τῷ θανάτῳ. Ἀνέβιω γὰρ ὁ Χριστός. Τοῦτο γὰρ τὸ, μὴ τὸν ὅσιον ἰδεῖν οὐχὶ φθορὰν, ἀλλὰ διαφθοράν, ὡς τῆς μὲν φθορᾶς τὴν διάζευξιν τῆς ψυχῆς τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος δηλούσης, ὃ καὶ πεπονθέναι Χριστὸν οὐδεὶς τῶν εὐσεβούντων κατὰ ἀλήθειαν καὶ ὑποστῆναι ἀθετεῖ, διαφθορὰν δὲ, οὔ. Οὐ γὰρ τῇ τελείᾳ διαλύσει τῶν ἀνθρωπίνων μερῶν ὑπεβλήθη, ἀλλὰ καθ' ὃν καιρὸν τὴν διαφθορὰν ὑπεισιέναι ἐχρῆν, κατὰ τοῦτον ἡ ἀνάστασις ἐνεργηθεῖσα, τὴν διαφθορὰν ἤμβλυνε. Διὸ καὶ τριήμερος ἡ ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ Κυρίου διατριβὴ, εἴγε ἀπόδεκτος ὁ τὴν φυσικὴν ἱστορίαν γράψας, τὰ σώματα τῶν θνησκόντων μὴ ὑπὸ πυρὸς ἀναλωθέντων, τρεῖς ἡμέρας διακαρτερεῖν τῇ φυσικῇ ζωῇ ἐνεργούμενα, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε τῇ φθορᾷ, μᾶλ- D λον δὲ τῇ διαφθορᾷ παραδίδοσθαι.

Ἔχον κέρατα ἑπτά. Κέρατα τὴν δύναμιν σημαίνει καὶ τὴν δόξαν, ὡς ὅταν περὶ τῆς δυνάμεως λέγῃ· « Πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω· » περὶ δὲ τῆς δόξης· « Καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τοῦ δικαίου. »

Ἃ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Τὰ ἑπτὰ πνεύματα, αἱ τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαι, τῆς σοφίας, τῆς συνέσεως, τῆς γνώσεως, τῆς βουλῆς, τῆς ἰσχύος, τῆς εὐσεβείας, καὶ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Αἵπερ ἐνέργειαι ἐπὶ τοὺς εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ὄντας ἁγίους ἐνήργησαν.

[21] Gen. XLIX, 9. [22] Jerem. XI, 19. [23] Isa. LXIII, 7. [24] Psal. LXXIV, 11.

(22) Ἀνθρώπου vulg.

Καὶ εἴληφεν ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τὸ βιβλίον. Τὸ εἰληφέναι τὸ ἀρνίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τὸ βιβλίον, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον νοητέον, ὥσπερ τὸ ἐσφάχθαι. Κατὰ γὰρ τὸ θεῖον, οὐδὲν ἐξιδιαζόμενον ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι τῶν θεοπρεπῶν, πλὴν τῆς τοῦ τρόπου προαγωγῆς τοῦ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ, καὶ ἐκπορευτοῦ.

Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάραν καὶ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν λέγοντες· Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου. ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης, καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους, καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς· καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς.

Οἱ μὲν ὑπεροχικὰς θείας ἐξηγήσαντο δυνάμεις τὸ παντοκρατορικὸν τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν ἐκ τεσσάρων στοιχείων δημιουργηθέντα κόσμον ἐμφαίνειν οἵας τε οὔσας· οἱ δὲ δυνάμεις μέν, ἐφόρους δὲ τῶν ἐξ ὧν τόδε τὸ πᾶν ὑπέστη στοιχείων, τὸ διαρκὲς αὐτοῦ συντηρούσας.

Ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου. Λαβόντα τὸν Κύριον τὸ βιβλίον προσεκύνησαν πάντες προεγνωκότες ἣν μέλλει σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτελεῖν, κόλασιν δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι. Τὸ δὲ ἔχειν πρεσβυτέρους κιθάρας τὸ ἐναρμόνιον δηλοῖ καὶ εὔηχον τῆς εἰς Θεὸν δοξολογίας. Αἱ δὲ χρυσαῖ φιάλαι, αἱ διάνοιαί εἰσι τῶν ἐργαζομένων τὰ θεοφιλῆ (διὸ καὶ χρυσῷ ὑπεσημάνθησαν ἀπὸ τῆς παρ' ἡμῖν τιμίας ὕλης), τῷ ἐνδελεχισμῷ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀναστάσεως τὸ κατὰ προκοπὴν τίμιον εὑρηκότων. Ἐκ τούτων καὶ τὰ ἐξατμίζοντα τὸ ἴαμα τῆς καθ' ἡμῶν δικαίας τοῦ Θεοῦ ὀργῆς ἐνάμιλλον τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων, ἀναδίδοται θυμιάματα. Διὸ καὶ *θυμιάματα*, οὐχὶ ἀρώματα εἴρηται. « Ἴαμα » γὰρ, κατὰ τὸν εἰρηκότα, « Καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. » Καὶ ὅτι εἰς θυμοῦ ἴαμα αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων Θεῷ ἐντυγχάνουσι, δῆλον· » ἐκ μὲν τῆς Παλαιᾶς δι' ὧν φησι Σαμουήλ· « Ἐὰν εἰς τὸν Θεὸν ἁμάρτῃ τις, προσεύξεται περὶ αὐτοῦ· ἐκ δὲ τῆς Νέας, δι' ὧν οἱ θεῖοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λύειν καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας ἐξουσίαν ἔλαβον. Τὸ δὲ καινὴν ᾄδειν ᾠδὴν, διὰ τὸ εἶναι καινὸν καὶ τὸ ἱλαστήριον τοῦ θυμοῦ ὡς ἀρνίου ἐσφαγμένου Χριστοῦ εἰς κάθαρσιν καὶ σωτηρίαν τοῦ κόσμου παντὸς, ὑπὲρ οὗ καὶ ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον ἐδόθη αὐτῷ καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας, ὡς διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἀγοράσαντι ἡμᾶς ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ γλώσσης ἁπάσης. Τοῦτο γὰρ ἡ καινὴ ᾠδὴ, δι' ἣν τῆς παλαιότητος τοῦ γραπτοῦ νόμου ἀπαλλαγέντες, ἐν καινότητι δὲ ζωῆς περιπατοῦντες οἱ ἐκ πάσης τῆς γῆς καταυγασθέντες, ᾄδειν χαριστήρια διὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἐδιδάχθημεν.

[38] Eccle. x, 4.

A *Et accepit de dextra sedentis in throno librum.* Agnum accepisse de dextera sedentis in throno librum, juxta humanitatem intelligendum est, quemadmodum occisum esse : juxta divinitatem namque nihil proprium est tribus personis ex his quæ Deo conveniunt, præter modum productionis ingeniti et geniti ac procedentis.

Cumque accepisset librum, quatuor animalia et viginti quatuor seniores prociderunt coram Agno habentes singuli citharas et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt precationes sanctorum : et canunt canticum novum dicentes : Dignus es accipere librum et aperire signacula ejus, quoniam occisus fuisti et redemisti nos Deo per sanguinem tuum ex B *omni tribu et lingua et populo et natione, et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes : et regnabimus in terra.*

Quidam sane interpretati sunt hæc quatuor animalia excellentes divinas virtutes qualescunque illæ sint, quæ Dei potentiam designarent circa mundum ex quatuor elementis constitutum : alii vero virtutes quidem, sed quæ elementis præficiuntur, unde ipsum subsistit universum, et quæ ipsum conservant ut permaneat.

Prociderunt coram agno. Agnum qui accepit librum adorarunt omnes qui præscierunt salutem quam hominibus **698** exhiberet, et supplicium quod impuris dæmonibus infligeret. Porro seniores C habere citharas, concinnum ac suavem sonum significat glorificationis erga Deum : aureæ vero phialæ, mentes quæ grata Deo opera perficiunt (ideo quoque per aurum designatæ sunt, materiam apud nos pretiosam), quæ ex eo quod assidue eriguntur ad id quod divinum est, præmium juxta progressum in virtute invenerunt. Ex his etiam procedunt odoramenta evaporantia justæ Dei adversum nos iræ curationem quæ prava oppugnat studia : ideo etiam *odoramenta* dixit, non aromata. « Curatio » enim, ut dixit ille, « Cessare faciet peccata magna [38]. » Quod autem ad animi curationem sanctorum precationes interpellent apud Deum, et ex Veteri Testamento manifestum est, D cum ait Samuel : Si quis in Deum peccaverit, precabitur pro eo : ex Novo autem, cum sancti discipuli Domini acceperunt potestatem solvendi peccata ac ligandi. Porro novum canebant canticum, quia novum erat quod iram placaret, quod occisus sit agnus Christus ad expiationem ac salutem universi orbis ; ideo quoque datus est illi liber ut aperiret ac solveret signacula, ut qui per sanguinem suum redemerit nos ex omni natione omnique lingua : nam hoc est novum canticum : propter quod qui ex omni terra illustrati sumus, discedentes ex vetustate legis scriptæ, et ambulantes in novitate vitæ, edocti sumus canere munera per Spiritum sanctum donata.

Ex omni tribu et lingua. Dicere, *ex omni tribu et lingua*, et non, tribum et linguam, distinctionem docet quod non omnes, sed quidam digni habiti fuerint qui a suis laboribus cæde agni et per ipsius sanguinem redimerentur.

Ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης. Τὸ, *ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης*, εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ, πᾶσαν φυλὴν καὶ γλῶσσαν, διαστολὴν εἰσηγεῖται τοῦ μὴ πάντας, ἀλλὰ τινὰς ἠξιῶσθαι ἐξ οἰκείων πόνων τῆς ἀπὸ τοῦ ἀρνίου σφαγῆς τῷ αἵματι τούτου ἀγορασθῆναι.

Et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes. Hæc etiam juxta litteram jam sortiuntur effectum, propterea quod et reges et sacerdotes, Dei cultores ac fideles perseverant. Potest autem et sublimius intelligi ut reges quidem sint qui regiam victoriæ coronam adversus affectus capiti habent impositam, sacerdotes vero qui hostiam vivam Deo acceptabilem seipsos exhibuerunt. Qui juxta hanc interpretationem tradit haberi terram, mansuetis a Domino jure hæreditario promissam, nequaquam inter eos qui a scopo aberrant censeri potest.

Καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς. Τοῦτο καὶ ἀπ' ἐντεῦθεν ἤδη κατὰ τὸ γράμμα λαμβάνουσι τέλος, καθ' ὅτι καὶ βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς θεράποντες Θεοῦ τῆς πίστεως διατελοῦσιν. Ἔστι δὲ νοῆσαι καὶ θεωρητικώτερον, βασιλεῖς μὲν, τοὺς κατὰ τῶν παθῶν τῆς νίκης τὸν βασίλειον στέφανον ἀναδησαμένους· ἱερεῖς δὲ, τοὺς θυσίαν ζῶσαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ ἑαυτοὺς κατηρτικότας. Κατὰ τὴν ἐκδοχὴν ταύτην, καὶ ὁ τὴν γῆν τὴν τοῖς πραέσιν ὑπὸ Κυρίου ἐπηγγελμένην κατακληρονομεῖσθαι στοιχῶν, οὐ τοῖς ἀστόχοις προσλογισθείη.

Et regnabimus in terra. **699** Quod dicunt : Regnabimus in terra, juxta promptiorem intellectum et qui multis videtur, modum vivendi juxta legem designat, qui magis introductivus est, et velut tradens elementa perfectissimæ conversationis secundum Christum, quatenus nihil ad perfectum duxit lex. Juxta verum autem intellectum eam designat vitam beatam perpetuamque ac indissolubilem, quæ in futuro erit sæculo : ideoque in fine hoc insinuatur.

Καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸ, Καὶ βασιλεύσουσιν ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον καὶ θεωρητὸν τοῖς πολλοῖς, τὴν κατὰ νόμον αἱνίττεται πολιτείαν, εἰσαγωγικωτέραν οὖσαν καὶ στοιχειώδη τοῦ κατὰ Χριστὸν τελεωτάτου πολιτεύματος, παρ' ὅσον οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος· κατὰ δὲ τὸ ὄντως ὄν, τὴν κατὰ τὸ μέλλον μακαρίαν βιοτὴν αἰωνίαν τε οὖσαν καὶ ἀκατάλυτον. Διὸ καὶ τῷ τέλει ἐγκολπίζεται.

V, 11-14. *Et vidi et audivi tanquam vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum. Et erat numerus eorum myriades myriadum et millia millium dicentia voce magna : Dignus est Agnus qui occisus fuit accipere potentiam et divitias et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturam quæ erat in cælo et in terra et subter terram et in mari, et quæ in ipsis sunt, omnes audivi, dicentes : Sedenti in throno et Agno benedictio et honor et gloria et imperium in sæcula sæculorum, Amen. Et quatuor animalia dicentia : Amen. Et seniores prociderunt ac adoraverunt.*

Καὶ εἶδον καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων. Καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων, λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ· Ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον, λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ σοφίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐλογίαν. Καὶ πᾶν κτίσμα ὃ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐστὶ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, πάντας ἤκουσα λέγοντας· Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τῷ ἀρνίῳ, ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεσον καὶ προσεκύνησαν. Ἀμήν. Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα λέγοντα τέθνηκαν.

Spiritualiter vox erat, at non sensibiliter et per strepitum in aere resonans : ideo quoque calculus præconii agni quod futuro erit tempore describitur, non quod jam completum est : quatenus omnis qui Deo adhæret, et usque ad consummationem per memoriam benignarum pro nobis agni passionum prudenti dementia urgetur, ad domini retributionem, quanquam servus sit, properare solet. Nam de æqualitate honoris superfluum esset loqui. Quid enim magnum fecerit servus, si eadem patiatur quæ dominus? Quodam autem ordine separata esse divitias, potentiam, sapientiam aliaque hujusmodi, ex decreto quo illa pereminentiam accipiantur, cum res ita se non habeat, humana opinione assumptum est : divinitas enim his non eget, ut quæ omnem excedit honorem, et cum omnia suum esse

Πνευματικῶς ἡ φωνὴ, ἀλλ' οὐκ αἰσθητῶς καὶ τῷ ἀέρι διηχητικῶς ἀπηχουμένη. Διὸ κατὰ τὸ μέλλον τοῦ χρόνου ἡ ψῆφος τῆς ἀναῤῥήσεως τοῦ ἀρνίου ἱστορεῖται, οὐ κατὰ τὸ ἤδη συντετελεσμένον, παρ' ὅσον ἅπας ὁ Θεῷ προσανατιθέμενος, καὶ μέχρι τῆς συντελείας τῇ μνήμῃ τῶν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ ἀρνίου φιλανθρώπων παθῶν σώφρονι μανίᾳ κατεπειγόμενος, πρὸς ἀντίδοσιν κἂν οἰκέτης τοῦ δεσπότου κατασπεῦσαι εἴωθε. Τὸ γὰρ ἐξ ὁμοτίμου, περιττὸν καὶ ἐρεῖν. Τί γὰρ μέγα δούλῳ παθεῖν τὰ τοῦ δεσπότου; τὸ δὲ διὰ ψηφίσματος ἐν τάξει τινὶ πλοῦτον καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς καθ' ὑπεροχὴν τοῦ λαμβάνοντος ἀφορίσθαι ὡς οὐκ ἔχοντος, ἀνθρωπίνῃ ὑπολήψει παρείληπται. Τὸ Θεῖον γὰρ τούτων ἀπροσδεὲς, ὡς πάσης τιμῆς ὑπέρτερον, καὶ ὡς τῶν πάντων ὑπ' αὐτοῦ τὸ εἶναι λαβόντων καὶ κατόπιν τοῦ

πρὸς ἀξίαν τιμὴν παραγαγόντος αὐτὰ, χωρούντων.

Καὶ πᾶν κτίσμα, καὶ ἑξῆς. Ἐκ τούτων ἁπάντων, τῶν νοητῶν, φημὶ, καὶ αἰσθητῶν, τῶν τε ζώντων, τῶν τε ἁπλῶς ὄντων φυσικοῖς λόγοις, ὁ Θεὸς δοξάζεται ὡς πάντων γενεσιάρχης. Καὶ ὁ τούτου μονογενὴς Υἱὸς καὶ ὁμοούσιος, καὶ τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα.

Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα. Καὶ διὰ τοῦτο δείκνυται μία ποίμνη ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, διὰ Χριστοῦ τελουμένη, καὶ ὑφ' ἑνὶ ποιμένι τελοῦσα Χριστῷ· καὶ μία Ἐκκλησία διὰ Χριστοῦ τοῦ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσαντος, ὃ καὶ ἡ τοῦ γενάρχου Ἀδὰμ παρακοὴ περιετείχισε. Τὸ δὲ, *Ἀμὴν*, ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος εἴληπται φωνῆς ἐπὶ βεβαίᾳ συγκαταθέσει προφερόμενον, ἰσοδυναμοῦν τῷ, ναὶ, ἀληθὲς καὶ ἀμετακινήτως.

Καὶ οἱ πρεσβύτεροι. Καὶ ἡ τῶν πρεσβυτέρων ὑπόπτωσις, μετὰ τῶν τεσσάρων ζώων (ἅτινα ζῶα τίνων ἐστὶν εἴρηται ἀπεικάσματα), καὶ οἱ χαρακτηριστικοὶ τοῦ τῶν σωζομένων ἀνθρώπων πληρώματος, διὰ τῆς προσκυνήσεως ἔδειξαν ὅτι τῷ Ἀρνίῳ ἡ ἐξουσία ὑπὲρ τοῦ ἐσφάχθαι δίδοται τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, ὅσον ἐστὶν αὐτοῦ ἀκοῦσαι ἀπὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, λέγοντος· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. »

A ab ea acceperint, et deinceps procedant, deducente ea divinitate ad dignum ipsis honorem.

Et omnem creaturam, etc. Ab his omnibus tam intellectualibus quam sensum sequentibus, tam viventibus quam simpliciter esse habentibus per naturales rationes, Deus glorificatur tanquam principium et auctor omnium, et unigenitus ac consubstantialis hujus Filius, et sanctissimus ac vivificans **700** Spiritus.

Et quatuor animalia. His quoque ostenditur unum ovile angelorum et hominum per Christum perfectum, sub uno pastore Christo agens, unaque Ecclesia per Christum qui interstitium maceriæ diruit, quod primi parentis Adam inobedientia construxerat. *Amen* vero ex lingua Hebraica sumptum B est, ad firmitatem approbationis inductum, eamdem habens vim quam næ, profecto, certe et immutabiliter.

Et seniores prociderunt. Et seniorum procubitus sive postratio una cum quatuor animalibus (de quibus animalibus dictum est quorum figuræ sint) et qui designant complementum hominum qui salvi fiunt, per adorationem ostenderunt quod Agno postquam occisus fuit datur potestas cœlestium, terrestrium et inferorum : quemadmodum et ipsum audire possumus dicentem postquam resurrexit a mortuis : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [26]. »

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος, τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν σημαίνουσα.

Καὶ εἶδον ὅτι ἤνοιξε τὸ Ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν ἑπτὰ σφραγίδων· καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων λέγοντος ὡς φωνῇ βροντῆς· Ἔρχου καὶ ἴδε. Καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν ἔχων τόξον. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.

Εἰ τὸ ἐσφραγίσθαι τὸ βιβλίον τὸ ἀπαρρήσιαστον τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων δηλοῖ, καὶ τὸ πεφράχθαι πάντων τὸ στόμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πρὸς πᾶσαν δικαιολογίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, τὸ προαιρεῖσθαι κατὰ μικρὸν τὰς σφραγῖδας, καταμέρος ἐπανάληψιν σημαίνοιεν ἂν τῆς πρὸς Θεὸν παῤῥησίας καὶ οἰκειότητος, ἣν προεξένησεν ἡμῖν ἐνανθρωπήσας ὁ Μονογενὴς τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι τὰς ἡμετέρας ἐπανορθώσας πλημμελείας. Κἀντεῦθεν δὲ ἡ τῶν ἐν οὐρανοῖς εὐταξία σημαίνεται, ἐκ τῶν πρώτων τάξεων εἰς τὰ δεύτερα καταβαίνουσα. Διὸ ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἑνὸς τοῦ προσώπου, τοῦ λέοντος δηλαδὴ, τὴν πρώτην γεγενῆσθαι φωνὴν ἤκουσεν, ἐγκελευομένην τὸ, *Ἔρχου*. *Ἔρχου* δὲ, τῷ τὴν ὀπτασίαν διατυποῦν αἰνίττεσθαι, οὕτως θεωμένου τοῦ ἀποστόλου τὴν ὀπτασίαν, ἀναθετέον. Τὸ δὲ πρῶτον ζῶον ὁ λέων ἐμφαίνειν μοι δοκεῖ τὸ βασιλικὸν τῶν ἀποστόλων φρόνημα κατὰ δαιμόνων. Διὸ εἴρηται· « Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν· » καὶ τό· « Καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν

CAPUT XIII.

Solutio primi sigilli designans doctrinam apostolicam.

VI, 1, 2. *Et vidi quod aperuerit Agnus unum ex septem sigillis; et audivi unum e quatuor animalibus dicens tanquam voce tonitrui : Veni et vide. Et ecce equus albus, et qui sedebat super eum habebat arcum, et data est ei corona : et exivit vincens, et ut vinceret.*

Si signatum esse librum significat non esse liberum dicere quæ in ipso scripta sunt; et clausa esse omnium ora coram Deo, et ad omnem causæ defensionem, juxta ea quæ in superioribus dicta sunt : paulatim certe aperiri sigilla significare potest factam sensim sublevationem in libertate ac familiaritate erga Deum, quam nobis conciliavit D Unigenitus incarnatus, suis operibus nostra corrigens delicta. Præterea quoque significatur hinc debitus modus servatus in cœlestibus, a primis ordinibus ad secundos descendens. Idcirco ab uno quatuor animalium, facie videlicet leonis, **701** primam vocem editam fuisse audivit, qua jubebatur, *Veni*. Referendum est autem *Veni* ad insinuandum præfigurationem visionis, cum ita conspexerit apostolus visionem. Primum vero animal quod est leo significare mihi videtur regiam apostolorum adversus dæmones constantiam. Idem dictum est : « Reges terræ congregati sunt [27]; » et alibi : « Constitues eos principes super omnem ter-

[26] Matth. XXVIII, 18. [27] Psal. XLVII, 7.

ram [28]. » Sunt autem nonnulli qui cujuslibet sigilli solutionem intellexerunt de salutari Domini propter nos incarnatione : primum referentes ad nativitatem quæ solvit nos a vinculis carnalis generationis, quemadmodum et Paulo videtur cum scribit : « Alioqui filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt [29] : immundi, propter assumptam substantiam a corruptione juxta carnem : sancti vero, tanquam conformes effecti incorruptæ nativitati ejus qui ad nos venit ex virgine. Secundum autem ad regenerationem divini baptismatis, quod abluit nos a turpitudine generationis secundum carnem. Hæc de primo et secundo, et de generatione ex Virgine et ea quæ est sacrum baptisma, quæ tanquam et ipsa pellucida similis ei quæ fuit ex Virgine, conjuncta est. Tertii vero sigilli solutionem, ad divinorum miraculorum Domini operationem quæ post hæc successit. Quarti ad præsentationem coram Pilato. Quinti ad affixionem in cruce. Sexti ad depositionem in sepulcrum. Septimi ad spoliationem factam in inferno.

A γῆν. » Εἰσὶ δέ τινες οἳ ἑκάστης σφραγῖδος τὴν λύσιν εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου δι' ἡμᾶς σωτήριον ἐνανθρώπησιν ἐξειλήφασι, τὴν πρώτην, εἰς τὴν γέννησιν, ἥτις ἔλυσεν ἡμᾶς τῶν δεσμῶν τῆς σαρκικῆς γενέσεως, ὡς καὶ Παύλῳ δοκεῖ, δι' ὧν γράφει · « Ἐπεὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτα, νῦν δὲ ἅγια. » Ἀκάθαρτα, ὡς ἀπὸ τῆς κατὰ σάρκα φθορᾶς ἐσχηκότα τὴν ὕπαρξιν · ἅγια δέ, ὡς συμμορφούμενα τῇ ἀφθάρτῳ γεννήσει τοῦ ἐκ Παρθένου ἡμῖν ἐπιδεδημηκότος. Τὴν δευτέραν δέ, εἰς τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναγέννησιν, τοῦ αἴσχους ἡμᾶς ἀπολύσασαν τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως. Ταῦτα περὶ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας, τῆς τε ἐκ παρθένου γεννήσεως, καὶ τῆς διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἥτις ὡς φωτεινὴ καὶ αὐτὴ τῇ ἐκ παρθένου ἐφάμιλλος συνέζευκται. Τρίτης δὲ σφραγῖδος B λύσιν, εἰς τὴν μετὰ ταῦτα τῶν θεοσημείων τοῦ Κυρίου ἐνέργειαν. Τετάρτης, εἰς τὴν ἐπὶ τοῦ Πιλάτου παράστασιν. Πέμπτης εἰς τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ καθήλωσιν. Ἕκτης, εἰς τὴν ἐν τῷ τάφῳ κατάθεσιν. Ἑβδόμης, εἰς τὴν ἐν τῷ ᾅδῃ σκύλευσιν.

Et ecce equus albus. Equus quidem albus symbolum est apostolicæ prædicationis, utpote per ipsam et eorum generationem maximo beneficio hominibus præstito. Porro equo vectus est is ad quem Habacuc ille sanctissimus canit divinitus : « Induxisti in mare equos tuos; » et ipsum arcum quem idem quoque Habacuc vaticinatur, dicens : « Intendens intendes arcum tuum [30]. » Porro coronam acceperunt ipsi beatissimi apostoli, eo quod per veritatem devicerunt principatum erroris ob spem secundæ victoriæ quæ est per confessionem Dominici nominis servatam usque ad mortem.

Καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός. Ὁ μὲν λευκὸς ἵππος σύμβολον ὑπάρχει τοῦ ἀποστολικοῦ εὐαγγελισμοῦ, ὡς δι' αὐτοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτῶν γενεᾶς μεγίστης εὐεργεσίας ἀνθρώποις γενησομένης. Ὁ δέ γε τῷ ἵππῳ ἔποχος, ὁ πρὸς ὃν Ἀββακοὺμ ὁ αὐτὸς ὁ θειότατος τὸ, « Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, » θεσμῳδεῖ, καὶ τὸ τόξον ὃ καὶ αὐτὸ ὁ αὐτὸς Ἀββακοὺμ χρησμῳδεῖ ἐντείνων, φάσκων · « Ἐντενεῖς τὸ τόξον σου. » Τὸν δὲ στέφανον εἰλήφασιν C οἱ αὐτοὶ μακαριστοὶ ἀπόστολοι, ἀνθ' ὧν διὰ τῆς ἀληθείας τὸν τῆς πλάνης ἀρχηγὸν νενικήκασιν ἐπ' ἐλπίδι δευτέρας νίκης τῆς μέχρι θανάτου ὁμολογίας τοῦ Δεσποτικοῦ ὀνόματος.

Et exivit vincens et ut vinceret. Christus erat vincens ut vinceret, qui; ubi prima vicisset victoria, nempe gentium ab idolis conversione, a qua et vincens cognominatus est, ad secundam victoriam instructus est, **702** qua de mortali hoc corpore per correctiones illos jungit qui confessioni sui nominis firmiter adhæserunt, et coronati sunt corona, nempe signo suæ victoriæ.

Καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ. Χριστὸς ἦν ὁ νικῶν ἵνα νικήσῃ, ὃς τὴν πρώτην νίκην νικήσας τὴν τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπιστροφήν, ἀφ' ἧς καὶ νικῶν κατωνόμασται, εἰς δευτέραν νίκην ἠτρέπισται, τὴν ἀπὸ τοῦ θνητοῦ σώματος, ὑπαλείφουσαν διὰ κολάσεων τοὺς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τῆς ὁμολογίας ἀντεχομένους, καὶ τὸ σύμβολον αὐτῶν τῆς νίκης τὸν στέφανον ἐστεφανωμένους.

CAPUT XIV.

Solutio secundi sigilli significans bellum infidelium adversus fideles.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Λύσις τῆς δευτέρας σφραγῖδος, δηλοῦσα τὸν τῶν ἀπίστων κατὰ τῶν πιστῶν πόλεμον. D

VI, 3, 4. *Et cum aperuisset secundum sigillum audivi secundum animal, dicens : Veni et vide. Et exivit alius equus rufus, et sedenti super eum datum est ut tolleret pacem de terra, ut invicem se interficerent : et datus est ipsi gladius magnus.*

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου λέγοντος· Ἔρχου καὶ βλέπε. Καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυρρός, καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτὸν ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς γῆς, ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη.

Secundum animal est vitulus qui sanctorum martyrum sanctas designat et rationabiles hostias : primum enim animal apostolicam designavit potestatem, ut jam dictum est.

terris haberi voluptatis ac deliciarum potest; id omne ab ipsis incunabulis large semper habuerat, atque a fratre fuerat educatus viro commodo, summaque et sanctitate prædito et innocentia, majoreque apud eum digno certe appellatione, quam fratris. Is enim, tametsi quod multa adversus ipsum nova erat molitus, propterea ab ipso esset comprehensus, nullas tamen concepti in fratrem sceleris pœnas graviores dedit (cujusmodi multi multis ante id tempus fuerint affecti) quam ut in custodiam tantum daretur, prohibereturque ne quæ impie in fratrem facere cogitarat, ea ad exitum perduceret, a quo tametsi eo modo insidiis petito, regno incolumis (quod utinam nunquam fecisset) servabatur, quod æquum putabat, ut quem sibi sors regni socium dedisset, ei pacatum incolumeque illud traderet. Verum cum humanissimus, idemque suavissimus rex Leo ex hac vita in pace esset dimissus, summaque rerum omnium potestas ab eo ad hunc devenisset, confestim hic ipse initio cujusmodi esset declaravit, quamque nihil sibi profuisset vitæ consuetudo, quæ cum fratre ipsi fuisset, quodque ab eo clementer habitus esset; verumque esse Proverbium docuit : Virum potestatem habentem in pejus proficere. Repente namque ut scelestissimum, ac maxime nefarius flagitiisque ac facinoribus opertissimus quisque ad eum se contulisset, ejusque assecla esse cœpisset, ita summa apud illum erat in gratia, in consiliariorumque numerum admittebat, ac pars ei aliqua administrationis imperii committebatur. Ex quo quidem, si quid antea eorum quæ occulte in fratrem moliebantur, vulgo usque in id tempus fuerat ignotum, id tunc palam jam aperteque detegebatur, impudenterque jactabatur. Nam et clementissimi in ipsum fratris testamentum rescindi cœptum, veteres ejus amici superbe contumelioseque tractari rejicique; innocens præterea torus ipse regius injuria affici atque e regia submoveri; et nisi terris Dominus Regiæ stirpis semen reliquisset, ipsum hunc etiam, quem nunc feliciter imperium obtinentem videmus, Constantinum ejectum submovisset, et adolescentulo sclaveno facie turpi moribus etiam turpiori, traditum esset gubernandum imperium Romanum.

Ab hac iniquissima novitate injuriæ etiam illæ prodiere, quibus affectus fuit sanctus hic vir. Namque consiliariis usus iis, quos Leo sæpe vitæ suæ insidias fuisse molitos manifeste convicerat, ac propterea etiam ab ecclesiis repulerat, vel ipsi potius, metu ne deprehenderentur, sua se sponte removerant, ut quos ejusdem secum sententiæ esse putabat, viris inimanibus ac feris, quique uni tantum quæstui inhiabant, ea sævitiæ exempla in illum ediderit, quæ in eum edi par est, qui in hujusmodi sceleratorum manus traditus sit. Ac cætera quidem videor mihi missa facturus, quæcunque contumeliosius ille in sanctos viros effecit, eaque commemorabo tantummodo, unde pulcherrime universam existimo me morum ejus perversitatem declaraturum.

Mos est regibus Christianorum, qui idem illis communis est cum omnibus Christianis, ut, quotiescunque Dei basilicas ingrediuntur, aperto capite eas ingrediantur. Quem quidem Paulus ipse apostolus primus inducit atque omnibus in Christiana republica observandum mandavit. Hunc morem cum sapientissimi videlicet illi atque optimi viri sustulissent, persuaserunt homini crassæ cutis ac de suillo genere, et tantum non grunnienti (cui enim, quæso, æquius comparari ille poterat quam sui Bœoticæ?) ut cooperto capite in loca sacrosancta ingrederetur. Quam quidem ille disciplinam cum admisisset, atque ad majora etiamnum multo perdiscenda facinora se paratum præberet, nimirum pulchre ille quoque consecutus est casus. Etenim ubi hominem sic persuasum illi introduxere, ac violacei coloris amiculo tectum sacræ mensæ admovere, magno cum suo, tum illius futuro dedecore (quando, opinor, pœna hæc illatæ viro sancto necis erat futura), confestim ille post facinus illud tam audax mente captus est, neque ex eo die in potestate sua amplius fuit. Nam et audacissimum, non tamen omni ex parte reprehendendum, facinus majore mox ac perniciosiore alio cumulavit. Cum enim statuis iis, quæ in hippodromo sunt, solitum Baccho sacrificium fieri fecisset, sane meritam ejus rei mercedem illico reportavit : siquidem iis nondum peractis, miserabiliter sublimis intra cubiculum suum est importatus. Casu nihilo meliore quam fuit ille Herodis, qui cum Jacobum Zebedæi filium in gratiam eorum qui Christum occiderant, interemisset, ac Petrum ipsum apostolorum principem simili modo fuisset adortus, meritum ipse quoque facinoris sui præmium est consecutus; quippe qui in maxima, quæ ad diem solemnem convenerant, mortalium frequentia, regio satellitum comitatu subnixus, summo cruciatu, scatentibus undique ex ejus corpore vermibus, de vita discesserit.

Quomodo autem hic noster? Nostis profecto, quemadmodum miserrime fuit ille elatus, quantaque in ejus funere faciendo adhibita festinatio, sella regia, qua ejus corpus portabatur, confracta, perinde ac si ægre tulisset sceleratissima se illa sarcina pressam fuisse. Meminisse potestis præterea quam graviter fœdeque infelix illud corpus feteret, quantusque ac quam teter esset odor ille, quem occurrentium sibi naribus afflaret, ejusmodi videlicet qui aromatum quæ incenderentur omnium odorem confunderet. Intumuerat præterea mirum in modum. Atque hæc quidem divinæ providentiæ nunc in rebus humanis vitæ hujus indicia fuere; nam et colliquescente jam in putrorem corpore, ejus adhuc spirantis tabidas carnes ex inferioribus aiunt partibus effluxisse; quo quidem factum est ut vix ad destinatum sepulcrum delatum turpiter fuerit, ignominioseque projectum.

Conferantur nunc nostris, si placet, ea quæ huic

evenerunt, ostendaturque quid religiosus et pius vir, quid item contra Dei contemptor et impius, quomodoque viri pii exitum honos solitus sit comitari, contraque scelesti derisio contemptioque. Nam ad ea, quæ diximus, illud etiam accessit, quod ne solita quidem viris piis post mortem adhiberi exsequiarum justa ei persoluta fuere, neque regia adhibita a magistratibus pompa, præter paucissimos quosdam eosdemque contemptissimos, qui cuilibet etiam de vulgo solitum officium præstaturi fuissent. Atqui multos tamen ille sui studiosos habebat, neque impedita erat cuique ad eum confluendi potestas; nisi sicubi aliqui etiam præsto fuere, quos utpote auctoratos sine mora imperatoribus apparere oporteret. Sed nimirum oportebat ut hujusmodi sepulturam nanciscereter B vir omnium importunissimus, quæ debita rebus ab eo scelerate gestis alterius ei vitæ supplicia repræsentaret. Cæterum hic quidem hoc modo meritas scelerum suorum pœnas pependit.

Quid vero ejus consilii primarii auctores, maximeque illa circum nefarium caput palpitans cauda? Aliorum nimirum jam exitum vidimus, quorum memoria cum sonitu periit, aliis etiam ex propinquo jam imminere videmus; neque enim gemitus pauperum peribit in finem, canetque chorus juvencularum, nostri, inquam, sæculi Ecclesiarum, victoriæ carmen, novo et importuno Pharaone una cum curribus et equitibus demerso. Siquidem A hujusmodi exitum exspectat morum asperitas, duritas implacabilitasque. Sed hæc missa faciamus, easque, quæ initio nobis proposita erant, prosequamur, orationemque hoc modo terminemus.

O potestatem pontificum Dei! quæ una cum iis, qui virtutis causa perpessi injurias sunt, lætitia exsultas; una cum Abel invidiæ obnoxia es, una cum antiquo illo Jacob ab æmulis assidue vexaris, una cum Zacharia jugularis, una cum Jacobo in gratiam Judæorum mactaris, una cum divo Athanasio e sedibus tuis exturbaris, una cum Paulo exsilii pedicis, quemadmodum hic, confessionis honestaris, una cum Nicephoro et Photio viris clarissimis fugis ac mortibus decoraris. Te sepulcrum non operuit, sed omnibus quæ sub cœlo sunt terris aperuit. Te non terra contexit, sed omnibus quæ ubique sunt partibus ejus ostendit, dignum pontificem eo qui te creaverat Deo, idoneum præconem rebus illius magnifice gestis, similem etiam eorum quos ipse tulerat laborum exitum consecutum. Verumtamen qui laborum jam tuorum præmia percepisti, unaque es cum duce magistroque Christo, eum isthinc nobis concilia, ut sistat procellam, tempestatem cohibeat, maris tumultum sedet, iis, qui itidem ut nos injuriis affecti fuere, merita præmia persolvat, sive ut judicium convertatur in justitiam, sive ut injuriarum auctores agnoscant se deliquisse, et idoneam, contra quam hactenus ab his factum est, cantilenam auspicentur.

INEUNTE, UT VIDETUR, SÆCULO X

JOANNES GEOMETRA

—

NOTITIA

(Ex præfatione R. P. Ant. Ballerini, S. J., in præclara Sylloge Monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum Romæ 1856 edita.)

—

De certa ætate qua Geometra vixerit, nondum constat, licet nonnulli temporis fines, lati ii quidem, aliqui tamen assignari jam possint, quibus nec antiquior nec recentior dicendus sit. Alterum nobis limitem hæc ipsa, nisi fallor, oratio præbet, quam edimus. Nam ubi ad explanandum Dominicæ incarnationis mysterium Joannes accedit, non Eutychianam modo, verum etiam Monotheliticam hæreticam confusionem sat diserte perstringit et impugnat (§ XXI). Post exortam igitur Monothelitarum hæresim scriptus est sermo. Alterum vero limitem certum defigit *Catena Patrum in Lucam* ab eminentissimo Angelo Maio Græce edita in *Script. vet.* t. IX, et Nicetam Constantinopolitanum diaconum habens auctorem. Cum enim multa e Joannis Geometræ scriptis Niceta decerpserit, et suæ collectioni inseruerit id quæ post medium sæculum XI præstiterit, palam est Geometram ante id temporis floruisse. Quod autem quidam, nulla alia, ut videtur, de causa, nisi ut ne prorsus de eo taceant, certam aliquam epocham designare maluerint, uti v. gr. Casimirus Oudinus, qui (*a*) anno 1050 et Combefisius qui (*b*) medio sæculo X aut XI Geometram vixisse affirmarunt, pro nihilo habendum est. Nunquid enim non pari jure ad

(*a*) *De script. eccl.* II, 615. (*b*) *Bibl. Conc.* vol. I, pag. 23.

sæculum IX eumdem scriptorem referre quispiam posset? Hippolytus Marraccius (*Biblioth. Mariar.*, part. I ad v. *Joannes Geometra*) scribit, eum *floruisse circa annum salutis per Christum reparatæ* 980. Unde tamen id didicerit, tacitus præterit. Quod si nonnihil verisimilibus conjecturis tribui oporteat, hoc unum forte non abnuendum videbitur, eo ipso quod tam multa e Geometra in catenam suam Nicetas derivavit, omnibus perpensis rei adjunctis, haud improbabiles duci posse rationes opinandi, ab Geometra Nicetam non omnino exiguo annorum intervallo s-junctum fuisse.

Quis autem fuerit, omnibus huc usque mansit incompertum. Illud tamen ex Vaticano codice *inter Græcos Palatinos N.* 402 discere certo licet, presbyteratus ordine eum insignitum fuisse; extat enim ibi ejus oratio, εἰς ἑαυτὸν ἡνίκα πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη· *in se ipsum cum consecratus est presbyter*; ex qua etiam novimus eum, nedum matura, sed satis provecta ætate, quando jam canescebat, viribusque elanguere cœperat, presbyterum consecratum. Ejus sunt verba: Εἰ δέ τις εἴη τῶν οἷος ἐγὼ, ᾧ πολιὰ μὲν ἡ θρὶξ, νωθρὰ δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου ἡ δύναμις, ὑπέτρομος δὲ καὶ ὑποσκάζων ὁ λόγος, τοῦτον ἐν τοῖς ἱδρῶσι τῶν ἀγωνιστῶν ἐπευφραίνεσθαι, κ. τ. λ. monasticam vitam professum illum fuisse, haud anceps indicium suppeditat ejusdem opusculum cui titulus est *Paradisus*, quodque cum Morelliana versione jam in editis habemus. Satis fuerit hic descripsisse primum e XCIX tetrastichis quibus totum opus absolvitur:

Sanctorum cœtus vere est paradisus amœnus,
Unde animis affat suavis et almus odor.
Ergo cui affectu sunt pectora læsa profano,
Huc veniat, florem carpat et ambrosiæ.

Cœtu autem sanctorum, ad quem auctor invitat, nihil designari aliud, quam cœnobitarum monasterium, non modo res ipsa clamat, sed et alia tetrasticha confirmant, ubi et monachorum mentio injicitur et de monasticis virtutibus agitur, exemplis antiquiorum cœnobitarum Antonii, Arsenii, Bessarionis, Agathonis, Achillæ propositis.

Imo, si fides habenda est alterius sermonis titulo, quem referunt tum Christophorus Harles in suis ad Fabricii Bibliothecam Græcam additamentis, tum Joannes Iriarte in recensione Codicum Græcorum Mss. Bibliothecæ Matritensis, qui et prolixum ejusdem sermonis fragmentum exhibet, haud plane immerito conjicere quispiam posset, Joannem nostrum episcopali quoque dignitate deinde decoratum fuisse. Titulus enim est: Ἰωάννου Πρωτοθρόνου τοῦ Γεωμέτρου περὶ τοῦ μήλου. *Joannis Protothroni Geometræ sermo de malo.* Porro quæcunque de usu vocis Πρωτοθρόνου suppetunt veterum monumenta, eo collineant omnia, ut nemo, qui episcopalem aliquem thronum non tenuerit, hoc titulo exornatus putetur (*a*).

Quanquam vero incomperta adhuc manent Joannis Geometræ tum gesta tum certa ætas, non æque tamen obscurum est, quodnam de eo judicium, scriptis ipsius inspectis, ferendum sit. Balthassar Corderius in prævio indiculo Patrum, quorum scriptis texitur catena quam vulgavit in Lucam, hanc de Geometra ferendam sententiam censuit: *Eum multa etiam soluta oratione non eleganter minus quam nervose scripsisse, apparet ex fragmentis ejus non paucis nec parvis, hac Catena citatis, in quibus et sublimem theologum, historicum eruditum, et interpretem ac ecclesiasten eximium agit.* Marraccius eumdem tanquam *oratorem ac poetam suo tempore insignem* deprædicat. Nec aliter Combefisius ipsum ceu *devotum auctorem et eruditum* laudat.

(*a*) Conf. Du Cang. *Gloss. Græc.* ad v. ΘΡΟΝΟΣ, et *Gloss. Lat.* ad v. PROTOTHRONUS.

NOTITIA ALTERA.

(FABRIC. *Biblioth. Gr.* ed. Harles, tom. VIII, p. 625.)

Geometræ adscribuntur:

Hymni quatuor elegiaci in S. Virginem, cum metaphrasi Federici Morelli, subjectis octo versibus iambicis, quibus auctor ait, se unius e SS. Trinitate parentem perfecta decade, trecentis versibus (tot enim στίχους complectuntur illi hymni), celebrasse, hexametros autem, ut perfectiores, imperfectioribus pentametris junxisse, ut illi divinam, hi humanam Christi naturam denotarent.

Hymnus in B. Deiparam alphabeticus, ita ut singuli versiculi vocabulis, ab eadem littera secundum ordinem alphabeti incipientibus, constent. Hosce hymnos in corpore poetarum Græcorum heroicorum et elegiacorum etiam utraque lingua vulgatos Genev. 1614, fol., p. 746, primus cum metaphrasi sua Latina vulgavit et Gregorio XIV pontifici dicavit Federicus Morellus, Paris. 1591, 8. Ab eodem an. 1595, 8, in lucem Græce et Latine editus est Joannis Geometræ

Paradisus, sive epigrammata tetrasticha XCIX moralis argumenti, et dicta factaque SS. Ascetarum, Achillæ, Agathonis, Apollinis, Antonii, Arsenii, Bessarionis, Carionis, Isaiæ, Eutropii, Heliodori (*al.* Isidori), Lucii, Matois, Miltiadis, Pioris, Pittaci, Pityrionis, Simonis, Sisois, Theonis et Zenonis referentia.

Joannes Geometra sæpius citatur in Catenis Græcis in Lucam, etiam in Catena aurea Thomæ Aquinatis. [Atque ex Morelli ed. rec. in Appendice bibl. Patrum per Margarin. de la Bigne Paris. 1634, et in tomo XIV, ed. 1654, fol. Gr. ac Lat.].

Iambicam Metaphrasin Canticorum S. Scripturæ a Joanne Geometra non infeliciter concinnatam habuit MS. Leo Allatius, ut ipse narrat de libris ecclesiasticis Græcorum pag. 62. Atque Paraphrasin cantici Deiparæ legi in codice Colbertino ad Apollinariani Psalterii calcem, Cangius in Glossario Græco adnotavit. Similiter in codice Barocciano 26 Bodleianæ bibl. Canticum Mosis a Geometra μεταφρασθὲν ad calcem Appollinaris occurrit. Cæterum χαιρετισμοὶ illi, sive hymni quatuor in B. Mariam, quorum singula disticha a vocabulo χαῖρε incipiunt, exstant etiam mss. in bibl. Vaticana [v. Montfauc. Bibl. biblioth. mss. I, pag. 5. C.] et in Cæsarea, subjuncto, nescio cujus, in Geometræ laudem ῥωσλεγείῳ. Exstant etiam una cum epigrammatis variis iambicis ms. in codice, quem regi Christianissimo dono dedit Antonius Eparchus. Vide Bandurii notas ad antiquitates CPol. pag. 877 et 881, qui Geometram pessimum poetam appellat, indigno pro ætate imprimis, qua vixit, elogio.

Geometræ homilias sive sermones in passionem Christi atque in B. virginem, alterumque ἐξόδιον sive προπεμπτήριον in dormitionem Deiparæ, et tertium ad eamdem προσφωνητικὸν sive χαριστήριον evolvit memoratque Allatius *De Simeonibus*, pag. 94, 95, 114. In altero testatur, se etiam apocryphas de Maria narrationes, quæ evangelistarum scriptis non adversarentur, attexuisse : Συνείλεκται δὲ καὶ ἡμῖν οὐ μόνον ὅσα παρὰ τῶν εὐαγγελιστῶν τε καὶ προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παρ' αὐτῶν τῶν ἀποκρύφων ἀνελεξάμεθα, σύμφωνα καὶ ταῦτα δηλαδὴ καὶ ἀκόλουθα τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ προφήταις, καὶ τοῖς μεγάλοις καὶ θεολήπτοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις. Εἴσεται δὲ πάντως ὅγε δίκαιο; ἀκροατὴς καὶ κριτής. Fabr.

Joannis, Geometræ, Protothroni (Ἰωάννου πρωτοθρόνου τοῦ γεωμέτρου) *orat. de malo*, quæ mali sive pomi laudes persequitur, ejusdem encomium quercus; ecphrasis horti; alia ecphrasis et encomium quoddam, quod inc. Τί δὴ καὶ τὸ μῆλον; sunt in cod. Barocc. 25. V. Cat. codd. Angliæ, etc. I, p. 3. Prima oratio *de malo* exstat quoque in cod. reg. Matrit. 82, ex quo illam exscripsit et Græce evulgavit Iriarte in Catal. codd. Gr. Matrit., pag. 301 sqq.

Florentiæ in bibl. Laurent. cod. X, n. 6, plut. 5. Jo. Geometræ versiculi iambici *in martyrium Panteleemonis.* — in cod. 27, n. 4, explicatio IX canticorum Ecclesiæ ex ore Joannis Geometræ, carmine iambico, quæ Bandinius in cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 65, sqq. Græce publicavit (et p. 23 de cod. Laur. antea memorato egit). Idem adnotat, primum illorum etiam esse in cod. Barocc. citato, omnia vero haberi in cod. Colbertino n. 1476, eaque sibi olim comparasse Leon. Allatium, hoc ipso teste in diss. *De libris eccles.* tom II, p. 617; denique exstitisse etiam in bibl. Uffenbachiana, indice I. Henr. Maio in *Bibl. Uffenb. ms.* pag. 482, qui argumenta singulorum recensuit, et primum atque ultimum carmen tanquam ineditum in lucem protulit. — In bibl. Escorial. Jo. Geometræ carmina, totum certamen martyris Panteelemonis continentia (*a*), teste Pluero in *Itiner. per Hispan.*, pag. 1:6.

In bibl. Coislin. cod. 106, fol. 177, *Jo. Geom. sermo gratiarum actionis in adnuntiationem Deiparæ* (*b*). Vid. Montfauc. Bibl. Coislin. pag. 181. — Ibid. p. 251 memoratur Nicetæ collectio interpretationum ex diversis interpretibus (in his, Joan. Geometræ) in Evang. secundum Lucam.

Jo. Geom. quidam hymni sunt in bibl. *Paris.* publ. codd. 687. — 1630, n. 15. — 2408, n. 9. — 2653 et in 2892, canticorum Scripturæ metaphrasis, *heroicis* versibus.

Monachii in bibl. elec. cod. 101 eadem. V. cat. codd. Gr. Bavar. p. 38, ubi forsan rectius scribitur, *versibus iambicis.*

Vindobonæ in cod. Cæsareo theol. 289, m. 30, quatuor hymni in Deiparam, cum anonymi epigrammate in Jo. Geometram, sec. Nesselii. Cat. part. I, p. 398, aut sec. Lambec. Comment. V, pag. 347, sq. de cod. 253.

Mediolani in bibl. Ambros. in passionem Christi, teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. mss.* I, p. 499 E, eodem adnotante ib. II, pag. 1327. D. Jo. Geometra *de cœlo*, Gr. inter codd. deperditos Mesme. Harl.

[*Joannis Geometræ ut feruntur, carmina varia* in *Anecdotis Græcis ex codd. mss. bibliothecæ Parisiensis*, a J. A. Cramero Oxonii anno 1841 editis. Tom. IV, p. 266. Ibi exstant Paraphrases IX in S. Scripturam quas jam Bandinius ediderat Catalog. tom. I, p. 64. Edit. Patr.]

(*a*) Editi sub hoc titulo : *Elogium S. martyris Panteleemonis, Græcis iambicis olim ab auctore incerto* (qui Joannes Geometra esse creditur) *scriptum et e bibliotheca Regia erutum a Federico Morello.* Lutetiæ 1605, in-12. Edit. Patr.

(*b*) Editus in libro cui titulus : *Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum, cura Ant. Ballerini Soc. Jesu.* Romæ 1856, typis S. C. *de propaganda fide.* « Hunc sermonem, inquit editor, certo auctori, Joanni Geometræ, ascribendum esse non Vaticanus modo codex inter Græcos Palatinos n. 402 fidem facit, et eum eo Coislinianus n. 106, qui in Imperiali Parisiensi bibliotheca servatur, ac Barocciauus XXV, sed testantur et alii Græci mss. codices, ut ex Heortodromio patet Nicodemi monachi, qui et in *Prolegomenis ad canonem Annuntiationis* eam inter alias ejusdem argumenti homilias recenset, et deinde per decursum commentarii ad eumdem canonem subinde nonnulla, ex ea decerpta, fragmenta refert. Accedit, quod ejusdem orationis particulas modo breviores modo longiores, sub Geometræ nomine recitatas cernimus tum in Catena Nicetæ diaconi ap. Ang. Maium, tum in altera Græcorum Patrum Catena in Lucam, quam Corderius edidit : quibus addi potest *aurea S. Thomæ Aquinatis* in eumdem Lucam *Catena.* » Ib.

Joannis Geometræ commentariorum in S. Lucam fragmenta exstant in Catena Niceæ Serronii quam edemus ad annum 1090.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ Η ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

BEATI JOANNIS GEOMETRÆ

IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM SERMO PROSPHONETICUS SEU GRATULATORIUS.

(Ex Sylloge R. P. Ballerini supra laudata. Loca in Catenis obvia uncis includuntur.)

I. Gaudete : hocce mihi breve simul et magnum orationis exordium. Gaudete : hoc mihi et initium et medium et exitus. Gaudete : ad hoc nunc et natura omnis, et rerum creatarum universitas, et sermo (meus) vos provocat ; magis vero præ omnibus sermonibus non meis solum, verum etiam mortalium omnium, quotquot fuerunt et sunt exstituri, sermo ille, qui et Patris meus est, ac Verbum simul et Filius, et Dei pariter et Deus, et veracissimus juxta ac potentissimus, non modo ut gauderemus indixit, sed etiam, ut gaudere possemus, opere præstitit. Gaudete, cœli et terra, et genus omne, et omnis ætas et sexus uterque; viri et mulieres, viventes et mortui, res omnis creata tum visibilis tum invisibilis. Et jam, sat scio, gaudetis, utpote qui magnum hunc fulgidumque nuntium audieritis proclamantem, quemadmodum olim per unam mulierem maledictionem, sic etiam nunc per unam mulierem gaudium in alios quoque universos esse diffusum ; imo vero non modo audistis verba, sed et re ipsa gratiæ fructus percepistis.

A'. Χαίρετε τοῦτό μοι τὸ βραχὺ καὶ μέγα τοῦ λόγου προοίμιον. Χαίρετε· τοῦτο καὶ ἀρχὴ καὶ μέση καὶ τελευτή. Χαίρετε· τοῦτο νῦν καὶ φύσις ὅλη καὶ κτίσις καὶ λόγος διακελεύεται· μᾶλλον δὲ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν λόγων ὁ λόγος, οὐ τῶν ἐμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων καὶ ὄντων καὶ ἐσομένων, ὁ τοῦ Πατρὸς καὶ νοὸς, ὁ Λόγος ὁμοῦ καὶ Υἱὸς, ὁ καὶ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ὁ ἀληθέστατος ἅμα καὶ δυνατώτατος, οὐ διετάξατο μόνον, ἀλλὰ καὶ κατεπράξατο. Χαίρουσι, οὐρανὲ, καὶ γῆ καὶ γένος ἅπαν, καὶ ἡλικία πᾶσα, καὶ φύσις ἑκατέρα· ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ζῶντες καὶ τεθνηκότες, ὅλη γενητὴ κτίσις ὁρατή τε καὶ ἀόρατος. Καὶ χαίρετε, οἶδ' ὅτι, τοῦ μεγάλου τούτου καὶ φλογεροῦ κήρυκος ὑπακούσαντες, ὥσπερ διὰ μιᾶς τῆς ἀρᾶς, οὕτω καὶ διὰ μιᾶς νῦν τῆς χαρᾶς γυναικὸς, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι διαδοθείσης· μᾶλλον δὲ μὴ τῶν ῥημάτων ἀκούσαντες μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν πραγμάτων τῆς χάριτος ἀπολαύσαντες.

II. Et quidem quam magnum illud, quod et verbis enuntiatum, et simul opere completum est ! Magnum vere ac tremendum, et quod neque sermonibus efferri, neque auditu percipi, neque intellectu comprehendi possit ! Deus hodierna die fit homo, et homo fit Deus et inimicus fit ejusdem naturæ particeps ; et evadunt amicissima quæ inimicissima erant, et conjunctissima quæ prius dissitissima. Verbum, inquam, et caro, materia et flamma ; in unum coeunt temporale et quod expers est temporis, corporea moles et quod est immensum; et qui maledixerat, benedicit ; et qui ab Eden exsulabat, rursus Eden inhabitat, et maledictam assumit naturam, damnatumque subit uterum ; videlicet amissam Eden Adamus recuperat, utriusque vero (Adæ et Eden) Creator terram ad ferendas spinas damnatam vicissim assumit, seu melius dixerim ille pro Eden cœlos accipit, hic vero cœlos relinquens ad inferna descendit.

Β'. Ὡς μέγα μὲν οὖν τὸ νῦν ῥηθέν τε ἅμα καὶ πραχθέν. Μέγα καὶ φρικτὸν, καὶ μήτε λόγῳ ῥητὸν, μήτε ἀκοῇ χωρητὸν, μήτε νῷ καταληπτόν. Ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, καὶ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος σήμερον, καὶ κοινωνὸς τῆς φύσεως ὁ ἐχθρὸς, καὶ φίλτατα μὲν τὰ πολεμιώτατα, συμφυέστατα δὲ τὰ πρὶν ἀμικτότατα, λόγος καὶ σὰρξ, ὕλη καὶ φλὸξ, χρόνος καὶ ἄγκὼς περὶ τὸ ἄχρονόν τε καὶ ἄπειρον· καὶ ὁ ἀρασάμενος εὐλογεῖ, καὶ ὁ τῆς Ἐδὲμ ἀποικήρας ἐνοικεῖ, καὶ λαμβάνει τὴν ἀραθεῖσαν φύσιν τε καὶ νηδύν· καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ τὴν Ἐδὲμ, ὁ δὲ Δημιουργὸς ἀμφοῖν τὴν κατακριθεῖσαν τὰς ἀκάνθας ἀναλαμβάνει· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἀντ' ἐκείνης τὸν οὐρανὸν, ὁ δὲ τὸν οὐρανὸν λιπὼν ἐπὶ τὸν ᾅδην χωρεῖ.

III. Alius itaque aliud quodpiam e mysteriis, atque aliam quampiam e solemnitatibus celebrandam eligat, et majori præ ista dignam admiratione habeat, multo prosequens honore (Christum Dominum) propter nos natum, vel manifestantem se,

Γ'. Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῶν μυστηρίων, καὶ ἄλλην τινὰ τῶν ἑορτῶν ἀγέτω πρὸ ταύτης· καὶ θαυμαζέτω, αἰδούμενος τὸν γεννώμενον δι' ἡμᾶς, ἢ φαινόμενον, ἢ μεταμορφούμενον, καὶ τῇ φωνῇ τοῦ Πατρὸς ἅμα καὶ τῇ μορφῇ τῆς Θεότητος μαρτυρού-

μενον· ἢ ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ἢ θείων ἢ καὶ συναμφοτέρων οἰκονομούμενον, ἢ τὸ τελευταῖον, καὶ ἀνιστάμενόν τε καὶ ἀνυφούμενον, καὶ συνανυφοῦντα, καὶ ἑαυτῷ μὲν τὸ τῆς οἰκονομίας, ἐμοὶ δὲ τῆς σωτηρίας πέρας πραγματευόμενον. Ἐμοὶ δὲ τὴν ῥίζαν τούτων ἁπάντων δότω, τιμᾷν καὶ προτιμᾷν τῶν λοιπῶν, κἀκεῖνα μὲν φάσκειν πάντα καὶ νοῦν καὶ λόγον καὶ πάντα τὰ πρὸ τοῦ θαύματα, ταύτην δὲ κἀκεῖνα νικᾷν τῷ θαύματι. Σαρκωθέντα μὲν γὰρ ἤδη Θεὸν γηννηθῆναι, καὶ γεννηθέντα, φανῆναι, καὶ φανέντα τοσούτων καὶ τηλικούτων τελεσιουργὸν θαυμάτων ἀποφανθῆναι, καὶ ἀναστῆναι, πάντα τῆς ἀκολουθίας, καὶ οὐδὲν οὕτω θαυμαστὸν, ὅτι Θεῷ σαρκωθέντι παραβαλλόμενον θαυμαστόν. Τὸ δὲ σαρκωθῆναι Θεὸν, καὶ τὸν ἀχώρητον χωρηθῆναι, καὶ τὸν βασιλέα πτωχεῦσαι, καὶ τὴν ἔχθραν λυθῆναι, καὶ μιχθῆναι τὰ ἄμικτα, φύσεις ἅμα καὶ γνώμας, τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ Παῦλος, καὶ πᾶσα τῶν ἄλλων ἡ φύσις ὁλική τε ἅμα καὶ ἄθλος θαυμάζειν βούλεται μὲν, ἀδυνατεῖ δὲ ὅσον ἄξιον.

A vel semet transfigurantem, ac testimonium accipientem tum a Patris voce tum a splendida Divinitatis specie, vel quodpiam aliud sive humanorum sive divinorum sive ad utrumque ordinem pertinentium operum perficientem, vel eumdem morientem, ac perro resurgentem, atque in cœlos ascendentem, et secum me quoque exaltantem, finemque tum œconomiæ sibi præstitutæ, tum salutis meæ operi imponentem. Ast mihi concedat, ut horum omnium radicem honore prosequar, eamque præ reliquis omnibus in honore habeam, tum etiam fidenter profitear, ea quidem omnia et mentis captum, et omnem vim dicendi, et quæcunque in antecessum perpetrata sunt mirabilia, superare; hanc nihilominus illis quoque ratione miraculi præcurrere. Nam B quod Deus jam incarnatus in lucem editus sit, et quod natus semet manifestaverit, et quod manifesto cognitus tot tantorumque miraculorum patrator apparuerit, et quod e mortuis resurrexerit, hæc omnia consentanea prorsus sunt, atque adeo nil mirum, quod ab incarnato Deo mira prodeant. At vero, quod humanam carnem Deus assumpserit, quod' incomprehensibilis fuerit comprehensus, quod rex factus sit mendicus, quod inimicitia sublata fuerit, quod in unum coiverint quæ invicem abhorrebant, scilicet naturæ simul et voluntates, hoc est quod et Paulus et quævis alia natura sive terrestris sive cœlestis, etsi maxime cupiat, mirari tamen ac celebrare pro dignitate non valet.

Δ'. Ἄλλως τε καὶ εἰ τοὺς κλάδους θαυμάζειν εἰκὸς, πῶς οὐ τὴν ῥίζαν αὐτὴν πρὸ ἐκείνων, κἀκείνων αὐτῶν ἕνεκα θαυμασόμεθα; Ὥστε καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἑαυτῆς, ὅσα ἄν τις περὶ τῶν ἄλλων μυστηρίων ἐρεῖ, ταῦθ' ἅμα συμφορήσας περὶ τῆσδε τῆς ἑορτῆς ἐρεῖ, παρ' ἧς κἀκεῖνα, καὶ αὕτη τῶν ἐκείνης καρπῶν ἡ ῥίζα, καὶ αὕτη τῶν ποταμῶν ἡ πηγή. Προσθήσω δ' ὅτι καὶ ἡ ἐμὴ ζωή. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ Θεὸν ὀφθῆναι βροτὸν, τὸ δὲ καὶ θεουργηθῆναι βροτόν. Ὃ καὶ αὐτὸ τοῦ παρόντος ἔγνωμεν μυστηρίου πηλίκον. Ὡς κινδυνεύω τὴν ἑορτὴν ταῖς ἄλλαις, ὡς ἁπλῆν, παραβάλλειν ἐπιχειρῶν, εὑρίσκων διπλῆν, καὶ τῷ μέρει ταῖς ἄλλαις νικῶσαν, οὐκ ἔχειν, ὅπως τοῖς μέρεσιν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν κριθῇ, μηδ' ᾧτινι τῶν μερῶν δώσει νικᾷν τῷ θαύματι, ἄνθρωπον τὸν Θεὸν, ἢ Θεὸν φανῆναι τὸν ἄνθρωπον.

IV. Ad hæc si consentaneum est ramos admirari, qui radicem ipsam præ illis et illorum ipsorum causa non mirabimur? Adeo ut præter reliqua ac propria ejusdem festivitatis encomia, quæcunque demum de aliis mysteriis quispiam dixerit, hæc omnia in unum congerens de hac ipsa solemnitate, e C qua et illa dimanant, dicturus sit, quippe quæ et horum ipsius fructuum est radix, et ipsa fluminum est scatebra. Adjiciam et illud, quod hinc est et vita mea. Tantumdem est Deum apparuisse mortalem, atque vicissim mortalem ad divinitatem fuisse provectum. Quo sane ipso quanta sit mysterii hujus magnitudo novimus. Etenim dum hanc solemnitatem, quasi una tantum sit, cum aliis comparare instituo, eam autem duplicem sic invenio, ut etiam altera tantum sui parte aliis festivitatibus antecellat, jam prope in eo sum, ut plane nesciam, quodnam de eadem, secum ipsa quoad partes suas collata, judicium ferri queat, et utri partium ratione miraculi victoria adjudicanda sit, an scilicet quod homo apparuerit Deus, an vero quod Deus factus sit homo.

Ε'. Ἀλλά γε τὸ πᾶν ἀναπτύσσων, ἤδη καὶ τριπλῆν εὑρίσκω· καὶ ἡ πίστις ἐγγύς. Οὐ γὰρ εὐαγγέλια, καὶ ταῦτα διπλᾶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσεως ἑορτάζω τὰ νικητήρια, μᾶλλον δὲ χάριτος· ἡ μὲν γὰρ ἡττᾶται, ἡ δὲ νικᾷ. Παρθένου σύλληψιν ἄγω, παρθένου κύησιν, παρθένου μετ' ὀλίγον καὶ γέννησιν. Παρθενία καὶ γενᾷ, καὶ γεννᾶται· ἡ μὲν τὸν Λόγον, ἡ δὲ, τοῦ Λόγου νομοθετοῦντος, καὶ μετ' ὀλίγον, ἧπερ ἐτέχθη, καὶ ὅπερ ἐφάνη, καὶ τόκον διδόντος τοῖς πειθομένοις ὅμοιον. Νυνὶ δέ μοι συλλάβοις τὸν λόγον ὁ τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν ἑορτάζων, καὶ λογικῶς τι περὶ τῆς ἑορτῆς φιλοσοφήσοις, ἵν' ᾖ σοι καὶ τοῦτο τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν εὐλογώτατόν τε ἅμα καὶ οἰκειότατον.

V. Quanquam si penitus omnes mysterii partes D evolvero, etiam triplicem jam invenio hanc esse festivitatem; et est in promptu quo id suadeatur. Non enim faustissima illa nuntia, eaque bina tantummodo celebranda occurrunt; sed triumphos præterea celebro naturæ, seu potius gratiæ; illa enim superatur, hæc autem triumphum agit. Virginem concipientem, virginem utero gestantem, virginem paulo post etiam parientem celebro. Virginitas et gignit, et gignitur; nam gignit quidem ea Verbum; Verbo autem legislatore paulo post etiam gignitur, quatenus ejusmodi quoque partum credentibus Verbo eodem tribuente, Virginitas, quod et perspicue apparuit, mundo effulsit. Nunc itaque quisquis conceptionem Verbi præsenti solemnitate celebras, sermonem, quem habiturus sum, hac excipias, ac sub-

. lime quid de ipsa festivitate sentias, ut ex iis quæ ad eamdem spectant, hoc quoque tibi sit et veritati prorsus consentaneum et rei maxime accommodatum.

VI. Duplicem, ut norunt omnes, generationem Verbi profitemur; cœlestem alteram, eamque primam, alteram terrestrem eamque secundam; quanquam neque primam illam dixerim, sed potius et sæcula præcedentem et æternam; quomodo enim vel prima esset, quæ nullum unquam initium habuit? Nam primum inter ea habetur, quæ tempori subsunt. Sed et quarumnam prima hæc esset? Nulli prorsus aliarum ullatenus similis invenitur, ne isti quidem terrestri scilicet, quam sui propriam ipse habuit; sed superna illa, sola est, et quavis præcelsa generatione eminentior; altera vero terrestris est ea quidem; omnes tamen terrestres ac temporales ratione modi exsuperat. Atque illa quidem quemadmodum extra tempus omne est, ita et omnem captum excedit. Non enim solum tempus omne, sed omnem quoque modum prætergreditur. Sicuti autem incomprehensibilis, sic et ab omni materia est secreta; neque enim materialis esse potest eorum generatio, quæ incorporea sunt et incomprehensibilia. Quemadmodum vero omnis materiæ, sic profecto cujusvis quoque præcedentis conceptionis est expers; non enim prius est imperfecta, deinde perfecta. Et rursus sicut conceptionem nullam, sic et nullam habet causam, propter quam facta sit; non enim ex libera cujuspiam finis electione et prosecutione exsistentiam habet Filius, uti neque Pater, neque Spiritus; sed in principio erat, licet origine non careat: nam quomodo Filius esset, si neque esse acciperet ex Patre? Atque plane ita se habet et habebit, ut credi quidem semper possit, quando autem et quomodo sit, intelligatur nunquam. Illa vero (terrestris) similis et ipsa huic est ex parte, quatenus eadem et copulationem carnalem nescit, et passione caret, et captum superat; in cæteris vero ab ea discrepat; nam et corporea est, et adjunctam conceptionem habet, et temporalis est, et habet causam, quæ quidem causa fuit salus mea. Unica enim, cur Deus mortalitatem indueret, hæc causa fuit, ut homo particeps Deitatis evaderet. |

A ς'. Διπλῆν ἡμῖν γέννησιν ὁ λόγος οἶδε τοῦ Λόγου· τὴν μὲν ἄνω τε καὶ πρώτην, τὴν δὲ κάτω τε καὶ δευτέραν· μᾶλλον δὲ τὴν μὲν οὐδὲ πρώτην, ἀλλὰ καὶ προαιώνιον καὶ ἀΐδιον· πῶς γὰρ ἂν εἴη καὶ πρώτη, μήτε ἀρξαμένη ποτέ; Τῶν γὰρ ὑπὸ χρόνον τὸ πρῶτον. Τίνων δὲ καὶ ταύτη; Μήτε μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων ἐοικυῖα μηδὲν, μήτε δὲ τῇ ἑαυτοῦ ταύτῃ καὶ κάτω· ἀλλ' ἡ μὲν ἄνω μόνον καὶ ὑπὲρ ἄνω πάσης γεννήσεως· ἡ δὲ, κάτω μὲν, ὑπὲρ δὲ πάσας τὰς κάτω καὶ ὑπὸ χρόνον, διὰ τὸν τρόπον. Καὶ ἡ μὲν ὥσπερ ἄχρονος, οὕτω καὶ ἄληπτος. Οὐ γὰρ χρόνου μόνου κρείττων, ἀλλὰ καὶ τρόπου. Ὥσπερ δὲ ἄληπτος, οὕτω καὶ ἄϋλος· οὐ γὰρ ὑλικὴ τῶν ἀΰλων καὶ ἀλήπτων ἡ γέννησις. Ὥσπερ δὲ ἄϋλος, οὕτω δὴ καὶ ἀσύλληπτος· οὐ γὰρ ἀτελὴς πρότερον, εἶτα τέλειος. B Ὥσπερ δὲ ἀσύλληπτος, οὕτω δὴ καὶ ἀναίτιος· οὐ γὰρ ἵνα τόδε τι, διὰ τοῦτο Υἱὸς, ὥσπερ οὐδὲ Πατὴρ, οὐδὲ Πνεῦμα· τῇ δὲ ἀρχῇ, καὶ αἰτιατή· πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη Υἱὸς, μήτε τὸ εἶναι λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρός; Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἔχει καὶ ἕξει, πιστευομένη μὲν ἀεὶ, καταλαμβανομένη δὲ τῷ πότε, ἢ τῷ πῶς, οὐδέποτε. Ἡ δὲ τῷ μὲν ἀσυνδυάστῳ τε καὶ ἀπαθεῖ καὶ ἀλήπτῳ, καὶ ὅμοιος· τὰ δὲ λοιπὰ, διάφορος ὑλικὴ τε καὶ συλληπτὴ, χρονικὴ καὶ αἰτιατή· καὶ ἡ αἰτία, ἡ ἐμὴ σωτηρία. Τοῦ γὰρ Θεὸν βροτωθῆναι, τὸ βροτὸν θεωθῆναι, μόνη πρόφασις.

VII. Et sane non ideo solum Deus advenit, ut pœnam solveret, neque solum ut peccatum dimitteret; verum etiam ut nobis ex benignitate sua Divinitatis similitudinem largiretur, atque ita quod male per vanam tantummodo phantasiam excogitatum fuerat, hoc ipsum opere perbelle completum ostenderet. Nam posteaquam a principio invidus ille, ille impostor, malitiæque et mendacii pater Creatorem ipsum tanquam invidum et mendacem et impostorem traduxit, inquiens:[1] *Quid est quod præcepit vobis Deus de hoc uno ne comederetis?* et illud addens[2]: *In quocunque die comederetis ex eo, eritis sicut dii;* atque ita demum hominem a Deo creatum vanissima specie dignitatis, quæ præter naturam esset, ab ea quoque gloria, quæ est secundum gratiam, dejecit, universumque humanum genus pessumdedit; is, qui solus invidia prorsus est vacuus, et veracissimus, et potentissimus, et hominum amantissimus, sapientissimusque, tunc quidem et suam ipsius veracitatem, illius autem fallaciam invidiamque probavit, cum ligni esus eos mortales effecit; nunc vero, dum ipse lignum vitæ effectus,

C Ζ'. Οὐ γὰρ τὴν τιμωρίαν λῦσαι μόνον, οὐδὲ καταλῦσαι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ χαρίσασθαι τὴν ἰσοθεΐαν, καὶ τὸ κακῶς φαντασθὲν μόνον, καλῶς ἀποτελεσθὲν ἔργῳ δείξων, Θεὸς ἐλήλυθεν. Ἐπειδὴ γὰρ φθονερὸν ὁ φθονερὸς, καὶ ψεύστην καὶ σοφιστὴν ὁ σοφιστὴς τῆς κακίας καὶ τοῦ ψεύδους πατὴρ ὑπέθετο τὴν ἀρχὴν τὸν Δημιουργὸν, λέγων· *Τί ὅτι ἐνετείλατο ὑμῖν ὁ Θεὸς ἀπὸ τούτου μόνου μὴ φαγεῖν;* καὶ τὸ, *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, ἔσεσθε ὡς θεοί·* καὶ οὕτω τὸν δημιουργηθέντα φαντασίᾳ δόξης τῆς παρὰ φύσιν, καὶ τῆς κατὰ χάριν ἐξέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ἀνέτρεψεν, ὁ μόνος ἀφθονώτατος καὶ ἀληθέστατος καὶ δυνατώτατος, καὶ φιλανθρωπότατος καὶ σοφώτατος, οἷς τότε μὲν τὸ ξύλον αὐτοὺς ἐθανάτωσε, τὸ μὲν ἀψευδὲς ἑαυτοῦ, τὸ δὲ D ψεῦδος ἐκείνου καὶ τὸν φθόνον ἐξέλεγξεν· οἷς δὲ καὶ νῦν αὐτὸς αὐτοὺς τὸ τῆς ζωῆς ξύλον ἐθέωσε, τὸ θεοπρεπὲς ἑαυτοῦ καὶ ἀγαθώτατον ἐφανέρωσε· καὶ δι' ὧν μὲν τὸν τρόπον ὑπέδειξε τῆς θεώσεως, τὸ σοφώτατον παρεδήλωσε· δι' ὧν δὲ καὶ τοσοῦτον ἐκενώθη, καὶ οἷς αὐτὸν ἐνεδύθη τὸν ἄνθρωπον, τὸ φιλανθρωπότατον· οἷς δὲ καὶ τὰς φύσεις ἀφύρτως ἐκέρασε,

[1] Gen. III, 1. [2] Gen. III, 5.

ναι οἷς ἀῤῥήτως καὶ ἄμφω διέμεινε, τὸ δυνατώτατον· οἷς δὲ μηδ' ἁρπαγὴν ἢ μεταβολὴν τῆς δόξης ἐνόμισε, τὸ κατὰ φύσιν βασιλικώτατον.

A eosdem ad naturæ divinæ participationem evexit, profecto et opus Deo dignum, seseque benignissimum patefecit. Insuper dum naturæ divinæ participandæ rationem ostendit, summam sapientiam suam manifestavit; et dum semetipsum adeo exinanivit, ipsamque hominis naturam induit, maximum suum in homines palam fecit amorem. Denique dum naturas sine mistione conjunxit, et ineffabili prodigio unus simul et utrumque permansit, infinitam suam aperuit potentiam; dumque haud rapinam arbitratus est aut injustam gloriæ mutationem [a], nobilissimam regiamque naturæ suæ dignitatem prodidit.

Η'. Ἔχει μὲν οὕτω ταῦτα καὶ διὰ ταῦτα ἡ θεία σάρκωσις. Ἐπεὶ δὲ κατάλληλα καὶ ταῖς νόσοις ἔδει τεχνᾶσθαι τὰ φάρμακα, κατάλληλα καὶ τεχνάζεται. Καὶ διὰ ταῦτα πέμπεται μὲν ἄγγελος διὰ τὸν ἄγγελον, ὁ τοῦ φωτὸς διὰ τὸν τοῦ σκότους, ὁ ἄρχων διὰ τὸν κοσμοκράτορα, ὁ πτερωτὸς διὰ τὸν ἑρπηστήν. Ἐκλέγεται δὲ καὶ διὰ τὴν γυναῖκα γυνὴ, καὶ διὰ τὴν Εὔαν ζωὴ, διὰ τὴν φθαρεῖσαν παρθένος, διὰ τὴν πλανηθεῖσαν ἡ μὴ συναρπαγεῖσα, διὰ τὴν τῆς Ἐδὲμ ἐκπεσοῦσαν ἡ τῷ ναῷ προσαχθεῖσα, διὰ τὴν ἡδονῇ δελεασθεῖσαν ἡ μηδὲ λογισμοῖς ῥυπωθεῖσα, διὰ τὴν κακῶς τῷ δαίμονι ψιθυρίσασαν ἡ διηνεκῶς τῷ Θεῷ προσλαλήσασα καὶ τοῖς θείοις λογίοις ἐμμελετήσασα.

VIII. Et hoc quidem pacto et ista prorsus de causa hæc gesta sunt, et divina incarnatio in opus deducta est. Quoniam vero oportebat, ut consentanea morbis pharmaca pararentur, ideirco omnia ita peracta sunt, ut adamussim pars parti responderet. Et exinde angelus mittitur propter angelum, angelus B nempe lucis propter angelum tenebrarum, (cœlestis) princeps propter hujus mundi rectorem, aliger propter humi reptantem. Sed et propter mulierem mulier eligitur, et propter Evam vita, et propter corruptam integra virgo, et propter deceptam ea quæ cum illa simul direpta non fuerat; propter illam quæ excidit ex Eden, ea quæ ad templum fuit adducta; propter inescatam blandimentis voluptatis, ea quæ ne cogitationibus quidem contaminata est, propter illam quæ male cum dæmone sermones miscuit, ea quæ continenter Deum alloquebatur, et jugi oraculorum divinorum meditatione mentem exercebat.

Θ'. Ἥρα μὲν ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως, ἐπεθύμει δὲ καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ κάλλους ὁ βασιλεύς· ἦν καὶ πρὸς τὸν ὅσον οὔπω μεσίτην καὶ παρθένον Λόγον ἡ παρθένος μεσῖτις, καὶ ἡ δούλη θυγάτηρ γίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ νύμφη, καὶ μήτηρ ἡ νύμφη. Δέχεται μὲν τὴν χαρὰν διὰ τὴν ἀρὰν, τὸν Λόγον διὰ τὸν δόλον. Οὐχ ἅπτεται μὲν τοῦ φυτοῦ, ἅπτεται δὲ τὸ φυτὸν αὐτῆς, τὸ τῆς ζωῆς διὰ τὸ τῆς γνώσεως. Ἐπέρχεται μὲν ὁ νυμφίος, ἐφίσταται δὲ ὁ νυμφαγωγὸς, χαίρων ἅμα καὶ φρίττων· τὸ μὲν, ὡς εὐαγγέλια καὶ τηλικαῦτα τῇ τε κόρῃ καὶ τῇ φύσει πάσῃ διακονούμενος· τὸ δὲ, ὡς παρὰ Δεσπότου καὶ παρὰ δεσπότιν πεμπόμενος, καὶ ἅμα τὸ φρικτὸν τοῦ πράγματος ἐνδεικνύμενος. Καὶ ὁ μὲν δοῦλος, *Χαῖρε, κεχαριτωμένη*, φησὶν, *ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*· ὁ Δεσπότης δὲ, τὸν τοῦ δούλου λόγον ὑπελθὼν, αὐτὸς, ἀληθῶς ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, εἰσελθὼν ἦν αὐτεπάγγελτος.

IX. Filia porro diligebat regis pulchritudinem, et vicissim rex concupisebat pulchritudinem filiæ; et Verbi mox mediatoris juxta ac virginis futuri virgo mediatrix fuit, et exinde ancilla evadit filia, filia vero sponsa, et sponsa fit mater. Et hæc quidem propter illud (Evæ) C maledictum accipit gaudium, ac propter veterem illum dolum recepit Verbum. Arborem ipsa sane non tangit; sed eam tangit arbor, arbor nempe vitæ propter illam arborem scientiæ. Adventat sponsus; astat etiam paranymphus, gaudio simul gestiens et tremore perculsus: gaudens sane, utpote qui fausta nuntia eaque tanti momenti, tum puellæ tum universo hominum generi ceu legatus defert: tremens vero, quippe qui a Domino mittitur ad Dominam, eoquod in re sit maxime tremendum, annuntiat. Atque ille quidem ceu servulus, *Ave*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum* [b]. At Dominus, servi sui verbo semet subinferens, ipse, qui vere et Verbum est et Deus, progrediens per se rem agebat.

Ι'. Ἀλλὰ μικρόν τι τοῖς εὐαγγελίοις τούτοις προσκαρτερήσωμεν, καὶ περιστησώμεθα τοὺς θαλάμους, καὶ περιβλεψώμεθα τὴν παστάδα, καὶ ἀναπτύξωμεν τοῦ νυμφίου τὸν πλοῦτον, ἢ καὶ τῆς νύμφης τὸ κάλλος, καὶ ἀκούσωμεν τῆς μυσταγωγίας. Τάχα τι μέγα καὶ αὐτοὶ τῆς ὁμιλίας ταύτης καὶ τῶν ὁμεναίων παρακερδήσομεν. Οἷος μὲν γὰρ ὁ νυμφαγωγὸς, ἢ ὁ νυμφίος ἅμα, καὶ μαρτυρεῖ καὶ ὑπισχνεῖται, καὶ παρέχει τῇ νύμφῃ τὰς δωρεάς; Οἷος δὲ καὶ ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν ἀφίησι τὰς φωνάς; *Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*. Τούτων τὰ μὲν τῆς νύμφης, τὰ δὲ τοῦ νυμφίου. [Ἀμφότερα γὰρ ὁ ἄγγελος.] Τὰ μὲν γὰρ αὐτῇ μαρτυρεῖ, τὰ δὲ ὑπισχνεῖται. Τὸ μὲν γὰρ, καὶ ἤδη κεχαριτω-

D X. Verumhisce nuntiis expendendis tantisper immoremur, ac circa thalamos consistamus; tum conclave ipsum circumspiciamus, et sponsi divitias aut etiam sponsæ pulchritudinem revelemus, ac sacræ illius initiationis sermonem audiamus; magnum fortassis ex hoc colloquio et nuptialibus hymnis nos quoque fructum obiter percipiemus. Quæ lia enim paranymphus, vel sponsus simul, et attestatur, promittitque, et offert sponsæ dona? Quales vero etiam sponsa ad ipsum voces profert? *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Hæc partim quidem ad sponsam, partim vero pertinent ad sponsum. (Utrumque enim angelus præstat, et) alia quidem ipsi sponsæ testatur, alia autem pollicetur. Pri-

[a] Phil. II, 6. [b] Luc. I, 28.

mum namque est, ipsam per Spiritum sanctum jam gratia plenam esse, dignamque tam augustis sponsalibus effectam fuisse. O elata illius supra naturam natura, non animæ solum, sed etiam corporis, quam ob rem Spiritus sancti virtutem magis etiam quam sanctæ cæterorum animæ sibi attraxit! In istis enim vix ipsæ quoque animæ, utcunque spiritu admodum emundatæ, mirum quam exiguo splendore niterent. In hac vero vel ipsa caro plenitudinis Spiritus domicilium fuit, Filiique officina, seu potius ipsam huic materiam præbuit, et puritate temperavit.

A σθαι ταύτην ἐκ Πνεύματος, καὶ ἀξίαν γεγενῆσθαι τῶνδε τῶν νυμφευμάτων. Ὢ τῆς ὑπὲρ φύσιν ἐκείνης φύσεως, οὐ ψυχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ σώματος, ἢ καὶ πλέον τῶν παρ' ἄλλοις ἁγίων ψυχῶν ἔσταση τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ μόλις καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ αὗται λίαν κεκαθαρμέναι τῷ Πνεύματι, μικρὸν ὅσον περιελάμφθησαν· ταύτῃ δὲ καὶ ἡ σὰρξ ὅλου τοῦ Πνεύματος οἰκητήριον καὶ ἐργαστήριον τοῦ Υἱοῦ· μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ὕλην αὐτὴν αὐτῷ παρεχομένη, καὶ συγκιρνωμένη διὰ καθάρσεως.

XI. Verum ista quidem ad sponsam pertinent. [Hæc sunt, de quibus (angelus) Virgini fidem facit] Quod vero propter dolores olim intentatos [8] [ac propter veterem illam sententiam solvendam, hoc etiam gaudium ipsi jucunde exhibeat, ad pollicitationes id pertinet. Et illud quidem *Ave*, quasi nuptiale sponsi munus est, et arrha; quod autem nitere virtutum ipsa sit *gratia plena*, hæ sunt sponsæ divitiæ. Sed et illud, *Dominus tecum*, hoc ipsum potissimum est, quod promittitur, benedictus ipse sponsus, qui tanquam Verbum per verbum et simul cum verbo et supra quam verbis effari liceat, conjunctionem exsequitur, (et quod præterea cum ea ipse permaneat, hoc idem est omne donum, in hoc sunt omnes sponsi divitiæ, ut sponsa sponsum ipsum habeat). Et ipse quidem sponsus simul et Pater evadit et Filius, quippe qui et ipse sator est et ipse satus, seu potius, veluti coagulum virtute sua hæc constringit, ipse integram sibi subjicit naturam, eamque efformans sibi circumdat. Qualis porro est et rei exitus, quam immensum simul opus est, et maxime compendiosum!]

IA'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς νύμφης. [Τοῦτο τῇ κόρῃ μαρτυρεῖ.] Τὸ δὲ καὶ αὐτὴν αὐτῇ χαρίζεσθαι τὴν χαρὰν [διὰ τὴν πάλαι λύπην, καὶ τὴν λύσιν τῆς ἀποφάσεως, τοῦτο ἡ ἐπαγγελία. Καὶ τὸ μὲν, *Χαῖρε*, οἷονεὶ μνῆστρον τοῦ νυμφίου· καὶ ἀρραβών· τὸ δὲ, κεχαριτῶσθαι ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτο τῆς νύμφης ὁ πλοῦτος. Τὸ δὲ καὶ *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*, αὐτὸ τῆς ἐπαγγελίας τὸ τέλος, αὐτὸς ὁ νυμφίος εὔλογος, ὡς Λόγος διὰ λόγου καὶ σὺν τῷ λόγῳ καὶ ὑπὲρ λόγου τὴν ἕνωσιν ἐργαζόμενος· (τὸ δὲ καὶ μετ' αὐτῆς αὐτὸν γενέσθαι, τοῦτο τὸ δῶρον πᾶν, τοῦτο πᾶς ὁ τοῦ νυμφίου πλοῦτος, τῇ νύμφῃ αὐτὸς ὁ νυμφίος.) Καὶ νυμφίος ὁ αὐτὸς ὁμοῦ καὶ Πατὴρ καὶ Υἱὸς γινόμενος, ὡς αὐτὸς μὲν σπείρων, αὐτὸς δὲ σπειρόμενος, μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ὀπὸς γάλα, τὴν ὅλην φύσιν νικῶν, καὶ ἑαυτῷ περιπλάττων. Οἷον δὲ καὶ τὸ ἀκρατελεύτιον! ὡς πληρέστατόν τε ἅμα καὶ συντομώτατον!]

B

[*Benedicta tu in mulieribus*, aperte præ omnibus pariter mulieribus. Sed et benedictæ prorsus in te mulieres, quemadmodum et viri in Filio tuo; seu potius benedicti utrique in utroque. Sicuti enim per unam et per unum, mulierem scilicet et virum, maledictio et luctus, sic etiam nunc per unum et per unam et benedictio et gaudium etiam in reliquos omnes effusum est (1).]

[*Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ*, παρὰ πάσας ὁμοῦ δηλαδὴ τὰς γυναῖκας. Ἀλλὰ καὶ εὐλογημέναι πάντως ἐν σοὶ αἱ γυναῖκες, καθάπερ καὶ οἱ ἄνδρες ἐν τῷ Υἱῷ· μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἀμφότεροι. Καθάπερ γὰρ διὰ μιᾶς καὶ ἑνὸς, γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, ἡ ἀρὰ καὶ λύπη, οὕτω καὶ νῦν διὰ μιᾶς καὶ ἑνὸς ἡ εὐλογία τε καὶ χαρὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι διαδόθη.]

C

XII. Verum hic observa, quomodo præsentia ista antiquis illis omnia ex adverso se habeant. Illic, *In dolore paries filios*,[9]; hic, *Ave*, et tristitiam ejiciens, et lætitiam in vicem illius inducens; illic tristitia præit parientis doloribus, dolores vero tristitiam excipiunt; iterumque dolores tristitia excipit, tristitiamque dolores [ac jugis ærumnarum vicissitudo]; semper enim *ad virum conversio* [7], et conceptus, filiorum simul ac dolorum gestatio, hic vero et gaudium puerperio præest, et gaudio ipsa est obstetrix gratia, et tum gestatio suavis, et suavior di-

IB'. Ἀλλ' ὅρα, πῶς ἀντίθετα τοῖς πάλαι πάντα τὰ νῦν. Ἐκεῖ, *Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα*· ἐνταῦθα, *Χαῖρε*, καὶ τὴν λύπην ἐκβάλλων, καὶ ἀντεισάγων τὴν ἀγαλλίασιν· ἐκεῖ, λύπαι μὲν προηγούμεναι τῶν ὠδίνων, ὠδῖνες δὲ τὰς λύπας διαδεχόμεναι· καὶ πάλιν τὰς ὠδῖνας λύπαι, καὶ τὰς λύπας ὠδῖνες [καὶ κύκλος συμφορῶν·] ἀεὶ γὰρ ἡ *ἀποστροφὴ πρὸς τὸν ἄνδρα*, καὶ ἡ σύλληψις, καὶ ἡ ἐπικύησις καὶ τῶν τέκνων ἅμα καὶ τῶν ὠδίνων· ἐνταῦθα χαρὰ μὲν ἡγήτρια τῶν ὠδίνων· τῆς δὲ χαρᾶς ἡ χάρις αὐτὴ μαιεύτρια, καὶ γλυκεῖα μὲν ἡ κυοφορία, γλυκυτέρα

D

[8] Gen. III, 16. *Multiplicabo ærumnas tuas... et in dolore paries filios.* [9] Ibid. [7] Ibid.

(1) Tota hæc paragraphus sic paucis exhibetur in S. Thomæ catena aurea : *Hoc autem est totum legationis complementum. Deus enim Verbum ut sponsus supra rationem unionem efficiens, tamquam ipse germinans idemque germinatus, totam naturam humanam sibi ipsi conformavit. Ultimum vero ponitur tamquam perfectissimum et compendiosum* : Benedicta tu in mulieribus : *una scilicet præ cunctis mulieribus : ut etiam benedicantur in te mulieres, sicut mares in filio, sed magis uterque in utrisque. Velut enim per unam feminam et unum marem peccatum simul et tristitia intravit ; sic et nunc per unam et unum benedictio revocata est et lætitia, et ad singulos est profusa.*

δὲ ἡ θεοτοκία, καὶ τῆς κοσμικῆς εὐτοκίας αὐτουργὸς ὁμοῦ καὶ προάγγελος.

ΙΓ'. [Ὅρα μοι τῆς Παρθένου τὴν καθαρὰν καὶ σοφὴν καὶ ψυχὴν ὁμοῦ καὶ φωνήν. Χαρὰν ἀκούσασα, οὐχ ἥπλωσε τὴν ἀκοήν, ἀλλ' ἐβασάνισε τὴν φωνήν· καὶ οὔτε φανερῶς ἀντιπίπτει διὰ τὴν ἀπιστίαν, οὔτε παντελῶς εὐθὺς ὑποπίπτει διὰ τὴν εὐκολίαν· ἀλλ' ἐξίσης φεύγουσα καὶ τὴν ἀπαλότητα τῆς Εὔας, καὶ τὴν ἀπείθειαν τοῦ Ζαχαρίου, μέση χωρεῖ διὰ τὴν ἀσφάλειαν· καὶ διαταράττεται μὲν, ὡς εἰκός· οὐ διὰ τὰ ὁρώμενα μᾶλλον· τοσοῦτον αὐτῇ τὸ παράστημα· ἄλλως τε καὶ τούτων οὖσα τῶν θεαμάτων ἤδη συνήθης, ἀλλὰ διὰ τὰ λεγόμενα. Ταῦτά τοι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐ τῇ θεωρίᾳ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ ἐπαγγελίᾳ τὸν τάραχον ἀποδίδωσι. *Διεταράχθη* γὰρ, φησὶ, *ἐπὶ τῷ λόγῳ.*] .... [Οὐχ ὁ τοκετός· ἔτι γὰρ ἠγνόει τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος. Ἀλλ' ὅμως ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε τὴν θείαν ὁμιλίαν καὶ κοινωνίαν, καὶ καθ' αὐτὴν ἠπόρει, ποταπή τις αὕτη καὶ ὅπως· ἆρα πορνική τις καὶ ἄτοπος, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην· ἡ θεία, ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη αὐτῇ σύνεστι, τὸ, *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.*]

XIII. [Sed præterea inspice, quæso, puram prudentemque Virginis mentem pariter ac linguam Quamvis gaudii vox insonaret, non arrexit aures, sed sermonem diligenter perpendit; tum vero neque incredulitate aperte obnititur, neque statim nimia quadam facilitate omnino cedit; sed ex æquo et ab Evæ mollitie, et ab incredula Zachariæ duritie declinans, in medio caute prudenterque consistit. Et conturbatur illa quidem, prout res ferebat; non adeo sane ex visis, licet tam tremendum id esset, quod oculis ipsi obversabatur, præsertim cum cernendis ejusmodi quoque visionibus jam fere assueta; sed utique conturbatur ex dictis. Ita profecto et evangelista, non tam ex visione, sed potius ex audito nuntio incussam esse turbationem tradit. Inquit enim : *Turbata est in sermone* [8] ..... [Itaque non eam in hunc angorem conjecit mentio partus; nondum enim perspectam magni illius mysterii rationem habebat. Verumtamen a divina illa allocutione conversationeque timebat, tremebatque, atque anxiis angebatur dubitationibus, cujusmodi illa foret, quove spectaret; num inhonesta ullo modo ac turpis, quippe quæ viri ad puellam, an vero divina, quoniam in ipso alloquio subjecta fuerat Dei mentio, illud nempe *Dominus tecum.*]

(7) Habes igitur vestigium traditionis per Geometræ ætatem vigentis, Christum Dominum ad judicandos omnes homines eadem vigesima quinta die mensis Martii esse venturum.

(8) Spectare hæc videntur ad illud Petri (*II Petr.* III, 12, 13): *per quem cœli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent: novos cœlos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus;* tum ad illud Joannis (*Apoc.* XXI, 1): *Et vidi cœlum novum et terram novam. Primum enim cœlum et prima terra abiit.*

(9) *Apoc.* XI, 15: *Factum est regnum hujus mundi Domini nostri et Christi ejus.*

σία· μηδὲ γὰρ ἔχειν πέρας ἐντεῦθεν ἤδη, τῆς ἐκεῖθεν ἀρξαμένης ἡμέρας, καὶ τοῖς αἰωνίοις αἰωνίαν εἶναί τε καὶ συνεῖναι πιστευομένην.

A cæteras omnes tum antiquitate præcedit, tum duratione prætergreditur, quippe quæ simul cum prima rerum creatione ortum habuit, et cum universi hujus regeneratione conveniet; neque sane jam inde finem a die tunc incipiente habitura est, sed, ut fides docet, sempiterne viventibus ipsa pariter coæterna, perpetuoque sociata erit.

ΑΒ'. Ἐπεὶ δὲ τῆς ἑορτῆς ὀλίγα καὶ πρὸς ὀλίγον ὁ λόγος ὑπέγραψεν, ὃ καὶ μόνον ἐστὶ τὸ λεῖπον, ἐπιζητήσωμεν· τίνας καὶ τοὺς χαριστηρίους τούτων ἁπάντων, ἢ τίνι πρῶτον προσοίσομεν, τῷ Πατρὶ καὶ νυμφίῳ καὶ Υἱῷ καὶ Θεῷ; ἢ τῇ δούλῃ τε καὶ νύμφῃ καὶ θυγατρὶ καὶ μητρί; Ἐπειδὴ καὶ τὴν φύσιν ὁρῶ καὶ τὴν κτίσιν ὅλην φιλοτιμουμένην τὰ χαριστήρια, καὶ οὕτω προῆλθεν ἡμῖν μετὰ τῶν ἄλλων ἡ ἑορτὴ καὶ ὡραιοτάτη καὶ ἡδυτάτη. Νῦν μὲν γὰρ ἡ κτίσις ὁμοία καὶ παστάδι καινῇ τῇ καινῇ νύμφῃ λαμπρύνεται, καὶ κοινὸν καταχεῖ κάλλος τῶν ὁρωμένων ἁπάντων, καὶ καινουργεῖται κόσμος.

XXXII. Quandoquidem vero pauca ista atque ea quidem parce circa solemnitatem sermo prosecutus est, jam et quod reliquum est, exquiramus; quosnam grati animi hymnos pro hisce omnibus, vel cuinam primum offeramus? Patrine, ac sponso et Filio et Deo? An vero ancillæ et sponsæ et filiæ ac matri? Maxime vero postquam et naturam omnem, et creaturas universas gratulandi studio veluti certantes video, atque adeo venustissima nobis atque inter alias suavissima hæc solemnitas eluxit. Nunc enim rerum universitas ad instar novi thalami se ornatam novæ sponsæ exhibet, novamque in visibilia omnia pulchritudinem effundit, et totus renovatur mundus.

ΑΓ'. Ἐπεὶ καὶ δι' ὃν ὁ κόσμος, ἄνω μὲν οὐρανὸς, οἷα χιτῶνα πένθιμον, τὸ χειμέριον νέφος ἀποβαλὼν, εἰς καινὸν δέ τι χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ κρᾶμα τὸ χρῶμα μεταβαλών· καὶ αἰθὴρ ἀπειλῶν φρικτὸν μὲν οὔ, καλὸν δὲ λάμπων λίαν, καὶ ἀπαστράπτων ἡδύ· καὶ σελήνη μὲν ἐγκαινιζομένη, καὶ τὸ νέον σέλας αὐτῇ τε τοῦ καλοῦ δεχομένου νυμφίου λαμπρότερόν τε καὶ ἀφθονώτερον, καὶ ὑπὸ μείζονι καὶ φαιδροτέρᾳ λαμπάδι τὴν νύκτα προπέμπουσα, καὶ τῇ κτίσει πάσῃ πυρσεύουσα· ἄστρα δὲ, τὰ τέως συγκαλυπτόμενα, καὶ πλείονα καὶ μείζονα καὶ ἡδύτερα καὶ φανότερα· φωσφόρος δὲ, τὸ μὲν μέγεθος μείζων, τὸ δὲ κάλλος κρείττων, ὑψηλότερος δὲ τὸ ὕψος, καὶ ἰδεῖν ἡδύτερος καὶ προσβαλεῖν ἀλυπότερος. Νῦν καὶ τῷ φωτὶ μὲν ἡμέρα πλεονεκτεῖ, καὶ χορηγεῖ τῇ τικτούσῃ τὸν ἥλιον· παραχωρεῖ δὲ τῇ δεσποίνῃ ἡ νὺξ, τὸ πρῶτον ἐγκυμονούσῃ καὶ δημιουργικὸν καὶ καλὸν φῶς. Νῦν καὶ ἀὴρ πραότερος ἅμα καὶ διαυγέστερος, καὶ θάλασσα γαλήνης ὅλη καὶ ἡδονῆς πέλαγος, καὶ κόσμος ὅλος, ἡ χέρσος ἄνθεσι βρύουσα, πίαις θάλλουσα πάντοθεν, καὶ πάντα τέρπουσα, λειμώνων ὀδμαῖς, ὀρνέων φωναῖς, φυτῶν κόμαις, ἀψύχων κάλλεσιν, ἐμψύχων ἅλμασι. Νῦν καὶ ὡρῶν κράσεις καὶ μίξεις στοιχείων εὔκρατοι, καὶ ἀνέμων σπονδαὶ καὶ μαλακαὶ ζεφύρων φοραὶ, καὶ ῥοαὶ ποταμῶν πραεῖαι, καὶ πηγαὶ ψυχραί τε καὶ καθαραὶ, καὶ ἦχοι ῥευμάτων ἥμεροι. Νῦν καὶ φύσις ὅλη τὸν τόκον ὡς δῶρον τῇ νύμφῃ δίδωσι, καὶ πᾶσα μὲν πτηνὴ, πᾶσα δὲ νηκτὴ, πᾶσα δὲ καὶ πεζὴ γένεσις, ἡ μὲν προέρχεται, ἡ δὲ ἐπαγγέλλεται, ἡ δὲ τρέφεται, ἡ δ' ἄρτι καὶ κεκρυμμένη φαίνεται· τὰ μὲν ὡς ἐκ θαλάμων ἐπιφαίνεται τῶν ὀρῶν· τὰ δὲ ὡς ἐκ τάφων τῶν ὀπῶν ἀναφαίνεται· τὰ μὲν τῷ γάμῳ, τὰ δὲ τῷ τόκῳ τέρπεται, κοινῇ δὲ πάντα πάντως κοινὴν ἑορτὴν ἄγουσι καὶ ᾄδουσιν, οὐ τὴν δημιουργίαν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοσοῦτον τῆς κτίσεως, ὅτι καὶ κατὰ τόνδε τὸν καιρὸν ὑπέστη τὸ πᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν καινουργίαν τῆς ἡμετέρας φύσεως.

XXXIII. Nam et cœlum desuper, e quo mundi ornatus, hiemalem caliginem ceu lugubrem vestem abjecit, et colorem suum in novum quid auro et purpura commistum immutavit; et æther non tremendas minitatur procellas, sed pervenuste nitet, et suavi luce coruscat; renovatur etiam luna, cumque lumen, quod in ipsam redundat, pulcher ejusdem sponsus novum, fulgidiusque et copiosius acquirat, ipsa quoque ampliori splendidiorique face noctem comitatur, et universis creatis lucem affundit; astra vero, quæ hucusque fere latitabant, et plura et majora et suaviora et micantiora cernuntur: lucifer autem et mole major, et specie pulchrior, et altitudine sublimior, et visu dulcior, et accessu jucundior evasit. Nunc et dies quidem luce abundat, chorumque adornat illi, quæ solem parit; nox vero recedit ante dominam, quæ primam illam et creatricem et venustam lucem in utero gestat. Nunc et aer mitior simul ac limpidior, et mare, qua late protenditur, tranquillitatis est deliciarumque pelagus, et totus orbis, terra nempe pridem deserta, nunc florum venustatur copia, herbisque undique virescit, et modis omnibus, pratorum fragrantia, avium cantu, frondeis plantarum comis, inanimantium rerum jucundo aspectu, et animantium tripudiis oblectat. Nunc et pacata tempestas, et elementa apte temperata, et venti molliter lambentes, et zephyri suaviter spirantes, et flumina placide decurrentia, et fontes frigidum limpidumque laticem manantes, et rivi leniter sonantes. Nunc natura universa sobolem suam ceu donum sponsæ profert; nunc omnis volatilium, omnis natantium, omnis terrestrium procreatio, et alia quidem proles in lucem prodit, alia promittitur, alia nutritur, alia, paulo ante adhuc abscondita, se manifestat: hinc veluti e thalamis super montes apparent, inde a foraminibus veluti a sepulcris erumpunt, illinc nuptiis, vel partu gaudent, et prorsus omnia communem simul agunt solemnitatem, et canora voce concelebrant non quidem, ut mihi videtur, rerum omnium tantummodo creationem (nam et hoc anni tempore omnia creata sunt), sed hanc quoque naturæ nostræ renovationem.

XXXIV. Ita sane omnis natura, ac res omnes creatæ et salutant eam, quæ cœlitus salutata est, et laudis tributum illi persolvunt, quæ omnia portantem portat. Quid vero nos? num vero soli in hoc tributo solvendo pigri, segreges, et ingrati apparebimus? Seu etiam, quamnam demum gratulationem ac munus ipsi afferemus, quanquam gratiis potius sic locupletemur, quam quidpiam illi tribuamus? Et gratulabimur profecto, et offeremus; sed quid amplius, quam hunc ipsum sermonem, quem et jam obtulimus, seu potius quem in antecessum a verbo matris jam retulimus? Nam hunc quoque acceptum illi referimus simul cum aliis bonis, tum quæ ab ipsa jam habemus, tum quæ habituri sumus. Finem igitur dicendi facientes pura mente simul et voce et ore et sermone pauca, prout succurrunt animo, acclamantes addamus.

A Λδ'. Ἀλλ' οὕτω μὲν φύσις ὅλη καὶ κτίσις ὅλη καὶ προσφωνεῖ τὴν προσφωνηθεῖσαν ἄνωθεν· καὶ συνεισφέρει τῇ φερούσῃ τὸν πάντα φέροντα. Τί δ' ἡμεῖς; ἀσυντελεῖς ὀφθῶμεν μόνοι καὶ ἀκοινώνητοι καὶ ἀχάριστοι; ἢ τί καὶ προσφθεγξόμεθα καὶ συνεισοίσομεν, καὶ χαρισθῶμεν μᾶλλον ἢ χαρισόμεθα; Καὶ προσφθεγξόμεθα δηλαδὴ καὶ συνεισοίσομεν· τί δὲ πλέον, ἢ τὸν λόγον, ὃν καὶ ἤδη συνεισηνέγκαμεν, μᾶλλον δέ, ὃν καὶ ἤδη τοῦ τῆς Μητρὸς Λόγου προαπηνέγκαμεν; ἐπεὶ καὶ οὗτος ἡμῖν ἐκ ταύτης μετά γε τῶν ἄλλων, ὧν τε νῦν ἔχομεν ἀγαθῶν, καὶ ὧν ἕξομεν· ὀλίγα δὴ τελευτῶντες καὶ προσφθεγξόμεθα καὶ ψυχὴν ἅμα καὶ φωνὴν καὶ στόμα καὶ λόγον ἐκ τῆς μνήμης ἁγιαζόμενοι.

XXXV. Ave, puella, mater Verbi, ac primo quidem illius Verbi, quod conditionis est humanæ, illius deinde, quod naturæ nostræ supereminet. Et sane nihil exstitit unquam, quod præ te, sive dum proferes Verbum sive antequam proferres, sapientius haberi queat, et exinde nihil accommodatum magis; atque ita Evæ remedium evasisti, sapientissima nempe imprudentissimæ. Id porro et Verbum testatur, qui te, in qua inhabitaret, elegit; testatur et tua ante partum agendi ratio, præsertim vero quod neque angelicis verbis te abripi passa fueris, neque ob tam sublimia deinde mysteria intumueris, verum æque prudentem te et antequam conciperes et postquam concepisti, ostenderis. Quid vero voluptatis præterea cognitionem commemorem, quam virgo persensisti nunquam, seu potius quam non modo experta nunquam es, sed cujus ne levissimo tuum mentis judicium etiam in te tenello pulchro et juvenili corpore invicte prævalebat.

B Λε'. Χαῖρε, Κόρη, τὸ μέγα θαῦμα, τοῦ Λόγου Μῆτερ, πρότερον μὲν τοῦ καθ' ἡμᾶς, ὕστερον δὲ καὶ τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς. Οὐδὲν γὰρ τὸ φανὲν, ὅ τι σοῦ τῷ Λόγῳ καὶ πρὸ τοῦ Λόγου σοφώτερον, ἔνθεν οὐδ' οἰκειότερον· καὶ οὕτω προῆλθες Εὔας τὸ φάρμακον, τῆς ἀφελεστάτης ἡ σοφωτάτη. Καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ μὲν καὶ ὁ κρίνας καὶ ἐνοικήσας σοι Λόγος· μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ σὸς πρὸ τοῦ τόκου τρόπος, οὔτε συναρπαγεὶς ἀρχαγγελικῆς καὶ ταῦτα τοῖς ῥήμασιν, οὔτε φυσηθεὶς ἀῤῥήτοις οὕτω καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' ἐπίσης φανεὶς καὶ πρὸ τῆς συλλήψεως ἀσφαλὴς καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν. Τί δὲ καὶ ἡ τῆς ἡδονῆς γνῶσις, ἣν ἡ παρθένος οὐκ ἔσχηκας, ἢ τέχα οὐχ ἡ πεῖρα μόνον, ἀλλ' οὐδ' ἡ ἔφεσις; οὕτω σου τῶν λογισμῶν τὸ κριτήριον ἔῤῥωτο ἐν ἁπαλῷ καὶ καλῷ καὶ νεαρῷ καὶ ταῦτα τῷ σώματι.

C quidem desiderio sollicitata fuisti? Adeo nempe

XXXVI. Ave, quæ disjunctis et impermistis unitio et commistio, utrumque scilicet utrisque, evasisti, et forma illi qui forma caret, et mensura ei qui nullam temporis mensuram novit, et sinus ei qui immensus est ac sedes illi fuisti qui nulla sede excipitur. Ave, o sublimior Thronis, Cherubim sapientior, et Seraphim flammantior; e quibus, aliorum quidem gestatur humeris qui portat omnia, exiguam aliquam largitur aliis scientiam, aliis autem absconditum ignem, non vero plenum tribuit; tibi vero servat, ut totum radium illum primogenitum, totum nempe Verbum tum corde, dum visceribus tuis adhuc inclusum eum gestas, tum labiis, dum post partum genibus insidentem tenes, deosculeris. Ave, terribilior Potestatibus, potentior Virtutibus, dominantior Dominationibus, principans Principatibus, Archangelis velocior, omnibus simul angelis ditior ac beatior, utpote quæ vim agendi quamlibet, atque omnes simul virtutes, quibus universi simul superni ordines exornati sunt, tu sola et cum magno quidem excessu, atque iis etiam potiora possides. Ave, Domina ordinis omnis ac nominis, non modo quod nunc nominatur, sed quod et in posterum nominabitur; arbitror enim quasdam alias præterea, nondum nomine quoquam compellatas nobisque ignotas, illic esse Virtutes, et fidem illi habeo, qui et ineffabili modo (in cœlum) raptus est, et arcana audivit, quæ non licet homini loqui [27].

D Λς'. Χαῖρε, τῶν ἀκεράστων καὶ ἀμίκτων ἡ κρᾶσις ἅμα καὶ μίξις, καὶ ἀμφοτέρων ἀμφότερα, ἀμόρφου τύπος, ἀχρόνου μέτρον, ἀπείρου κόλπος, ἀστέκτου θρόνος. Ἀνώτερε θρόνων, σοφώτερε Χερουβὶμ, φλογώτερε Σεραφίμ· ἐκείνων ὧν μὲν ὦμοις ὁ φέρων τὰ πάντα φέρεται, οἷς δὲ τὴν γνῶσιν ὀλίγην χαρίζεται, οἷς δὲ τὴν φλόγα συγκεκαλυμμένην καὶ οὐδὲν ὅλην παρέχεται· σοὶ δὲ καὶ σπλάγχνοις, καὶ γόνασι, καὶ τὴν ἀκτῖνα, πρώτην καὶ ὅλην, καὶ τὸν Λόγον ὅλον, καὶ τῇ καρδίᾳ κυούσῃ καὶ τοῖς χείλεσι τικτούσῃ δίδωσι κατασπάζεσθαι. Χαῖρε, φρικτοτέρα Ἐξουσιῶν, δυνατωτέρα Δυνάμεων, κυριωτέρα Κυριοτήτων, Ἀρχῶν ἀρχικωτέρα, Ἀρχαγγέλων εὐδρομωτέρα, τῶν Ἀγγέλων ὅλων ὁμοῦ πολυαρκεστέρα, πάσας ἐνεργείας ὁμοῦ καὶ ἀρετὰς ὅλας, ὅλων ὁμοῦ τῶν ἄνω τάξεων μόνη καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἔχουσα καὶ τὸ μεῖζον. Χαῖρε, Δέσποινα παντὸς τάγματος καὶ ὀνόματος, οὐ νῦν ὀνομαζομένου μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα· πείθομαι γὰρ, καί τινας ἄλλας, ἀφράστους τέως καὶ ἀγνώστους ἡμῖν, ἐκεῖσε τυγχάνειν δυνάμεις, καὶ πείθομαι τῷ ἀπορῥήτως τε ἁρπαγέντι, καὶ ἀπορῥητοτέρων ἀκούσαντι.

[27] II Cor. XII, 4.

ΛΖ'. Χαῖρε, μείζων καὶ τῶν ἀΰλων νόων καὶ λόγων ἔπαινος· θαῦμα οὐχ ὑμνητὸν ὅλον τοῖς Σεραφὶμ, οὐδὲ θεατὸν ὅλον τοῖς Χερουβὶμ, οὐδὲ καταληπτὸν ὅλον ταῖ; ὅλαις ὑψηλοτέραις ἢ ταπεινοτέραις τάξεσι. Χαῖρε, χαρᾷ μὲν συλληφθεῖσα, χαρᾷ δὲ κυηθεῖσα, χαρᾷ δὲ καὶ τεχθεῖσα· χαρᾷ δὲ αὖθις καὶ συλλαβοῦσα, καὶ κυήσασα, καὶ γεννήσασα χαρὰν τὴν πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερέχουσαν, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, χαρὰ τῶν ἐπιγείων ὅλων καὶ οὐρανίων ὅλων, τοῦ γένους καύχημα, τῶν οὐρανων καλλώπισμα, τῶν ἀμφοτέρων κόσμων κατάκοσμε.

A XXXVII. Ave, cujus laudes ne ipsi quidem cœlites aut cogitatione assequi aut sermone efferre valent. Ave, prodigium quod neque Seraphim pro merito celebrare, neque Cherubim ex omni parte cernere, neque acies ulla ordinum cœlestium sive sublimiorum sive inferiorum penitus pervidere potest. Ave, quæ et in gaudio concepta fuisti, et in gaudio gestata in utero, et in gaudio etiam in lucem edita; atque iterum quæ in gaudio et concepisti, et gestasti in utero, et peperisti gaudium quod omnem pariter sermonem cogitationemque transcendit; quæque, ut omnia complectar, gaudium exstitisti terrestrium omnium, omniumque cœlestium, generis nostri gloriatio, cœlorum decus, utriusque mundi ornamentum.

ΛΗ'. Χαῖρε, τῆς λύπης ἡ λύσις, τῆς ἔχθρας κατάλυσις, τῆς αἰχμαλωσίας ἡ λύτρωσις, ἡ τῶν θνητῶν θέωσις, ἡ τοῦ Θεοῦ σάρκωσις. Χαῖρε, τῶν δεινῶν ἡ ἀπαλλαγὴ, τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ καταλλαγὴ, τῶν ἑστώτων ἀσφάλεια, τῶν πιπτόντων ἀνάκλησις, τῶν σπουδαζόντων ἐπίτασις, τῶν ῥᾳθυμούντων διέγερσις, τῶν εὐεκτούντων ἰσχὺς, τῶν καμνόντων ἴασις. Χαῖρε, τῶν ἀρετῶν πηγή τε ἅμα καὶ ὁδηγὲ, παρθενίας ἄνθος ὁμοῦ καὶ ῥίζα, τὸ μὲν φανεῖσα, τὸ δὲ τεκοῦσα· καὶ νῦν διὰ σέ τε καὶ διὰ σοῦ τὰ ταύτης φυτὰ πανταχοῦ κομᾷ· καρτερία τοῖς ἀσκηταῖς, ἀνδρία τοῖς ἀθληταῖς, εὐσπλαγχνία τοῖς ἔχουσιν, εὐψυχία τοῖς πένησι, ταπεινοφροσύνη τοῖς ὑψηλοῖς, μεγαλοφροσύνη τοῖς ταπεινοῖς, ὀδυνωμένοις παράκλησις, εὐφραινομένοις ἐγκράτεια· οὐχ οὕτω παιδαγωγούσης μόνον, ἀλλὰ καὶ προτυπούσης ἀμφότερα· τὸ μὲν, ὅτε σου τὴν ψυχὴν ῥομφαία διήρχετο, τὸ δ' ὅτε σου τὴν φωνὴν ὁ λόγος τὴν χαροποιὸν προσεφθέγγετο.

B XXXVIII. Ave, doloris solutio, destructio inimicitiæ, captivitatis redemptio, mortalium ad Deum evectio, et Dei cum carne conjunctio. Ave, ærumnarum depulsio, peccatorum reconciliatio, stantium securitas, lapsorum restitutio, strenue agentium ardens studium, torpentium incitamentum, bene valentium firmitas, ægrotantium salus. Ave, virtutum scatebra simul et semita, virginitatis flos simul et radix, illud quidem pro eo quod ipsa apparuisti, istud vero pro eo quod in lucem edidisti; quanquam nunc etiam propter te et per te hujusmodi plantæ ubique frondibus virescunt: ascetarum abstinentia, certantium robur, divitum misericordia, pauperum patientia, grandium humilitas, et humilium magnanimitas, mœrentium solamen, et tripudiantium temperantia; utriusque enim virtutis non magistra modo, sed et exemplum exsistis, alterius quidem quando tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit [38], alterius vero quando vocem illam lætitia plenam sermo tuus protulit.

C

ΛΘ'. Χαῖρε, θείων χαρίτων οἶκος, βασιλικὸς τῆς Τριάδος θάλαμος, ἐν ᾧ τῶν ἀγαθῶν οἱ θησαυροὶ πάντων, σοφίας πλοῦτος, ἀνδρίας ὄγκος, εὐβουλία, σύνεσις, δωρεαὶ λόγων, ἀρχαὶ σκήπτρων, παροχαὶ πλούτων, ἀξιωμάτων ὑπεροχαὶ, εὐτεχνίαι καὶ εὐγαμίαι καὶ εὐτεκνίαι, εὐφωνία καὶ εὐταξία καὶ εὐεξία, κάλλος, ἰσχύς· καὶ ὅπως ἐν μέσῳ παροπτέα μοι τὰ μικρὰ καὶ σωματικὰ μόνα, λέγω δὲ τὰ τοῦ Πνεύματος· ἰαμάτων πηγαὶ, ῥοαὶ δακρύων, εὐχαὶ καθαραὶ, καὶ Θεοῦ πλησίον, γνῶσις Λογίων, διδασκαλίας ῥεύματα, προοράσεις καὶ διοράσεις, διακρίσεις πνευμάτων τε καὶ πραγμάτων, καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, χαῖρε, Δέσποινα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ ἀμφοτέρων διακόσμων Δέσποινα, ἡ πάντα πᾶσιν, οἷς καὶ ὅτε καὶ ὅσα καὶ οἷα θέλεις, παρεχομένη.

C XXXIX. Ave, divinarum gratiarum domus, regius Trinitatis thalamus, in quo reconditi sunt omnium bonorum thesauri, divitiæ sapientiæ, virtutis eminentia, consilium, intellectus, dona sermonum, sceptrorum dominatio, opum dispensatio, honorum sublimitas, scientia omnigena, felicia connubia, ac læta soboles, claritas vocis, apta membrorum dispositio, sanitas, pulchritudo, robur virium: et quoniam leviora ista et mere corporalia utpote minoris momenti posthabenda sunt, et ea sane, quæ sunt spiritus, adjiciam; remediorum scaturigines, imbres lacrymarum, mundæ preces, familiaris cum Deo consuetudo, sacrarum Litterarum scientia, doctrinæ fluenta, prospicientia et perspicientia, et in spiritibus internoscendis juxta ac rebus gerendis discretio, et ut paucis omnia contraham, ave, Domina bonorum omnium, et ordinis utriusque Domina, quæ omnibus omnia, quibus et quando et quanta et qualia vis, dispensas.

M'. Ταῦτά σοι ὁ μικρὸς ἐγὼ καὶ πᾶς μὲν, διὰ τὸν Λόγον καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν καὶ χάριν καὶ ἐλπίδα, σὸς, οὐ πᾶς δὲ διὰ τὸν τρόπον, ὀλίγα τῶν σῶν, ὧν ἐχαρίσω, πολὺν μὲν διὰ τὸν πολὺν φόβον ἐπεχόμενα χρόνον, ἄφνω δὲ ἐκραγέντα διὰ τὸν πόθον, καὶ νικηθέντα τῷ πλείονί τε καὶ κρείττονι, εἰς δόξαν τοῦ σοῦ

XL. Hæc in laudem tuam ego miscllus, et totus sane cum propter Verbum tum propter aliam omnem et gratiam et spem tuus, sed non totus tuus per vitæ rationem, hæc, inquam, pauca ex iis, quæ mihi largita es, diu ob ingentem formidinem silentio compressa, derepente autem impetu amoris ex-

[38] Luc. II, 35.

pressa, utcunque magnalium tuorum et multitudini et magnitudini longe imparia, offero; in gloriam Filii tui, magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum sanctissimo ipsius Patre et vivificante ac sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A Υἱοῦ, τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναχράντῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΡΩΤΟΘΡΟΝΟΥ

ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΛΟΥ.

—

JOANNIS GEOMETRÆ PROTOTHRONI

DE MALO *.

(Joan. Iriarte, Codices Græci mss. biblioth. Matrit. Matriti, 1769 fol. pag. 301.)

—

Lac quidem album est, mel autem flavum; solum ficus fructum nominare novit Homerus dulcem; jucundum vero illum non audet vocare; et hoc tantum malo servat, et dicit alicubi in poematibus malos jucundis fructibus. Et non modo nomine illam, sed etiam ordine exornat. Nam alias quidem arbores absolute ita designans, pyros et punicas tres tantum cum epithetis ponit; his vero malum præponens, ficum subdit, tertiam autem oleam inducit. Et malos dicit jucundis fructibus, ficus dulces, et oleas luxuriantes. Illud quoque majus quod finem istum primo versuum dederit, arbitratus oportere neque per has potius principium, neque majorem gratiam versui præstari. Ita ut sit pulchrarum arborum illa principium simul et finis: jam autem et medias tenet; universarum quippe C media, primarum principium, versui autem finis. Illas quidem colligat, has autem exornat; versui vero majorem gratiam in fine servat. Collocat enim in fine etiam oleas, sed de illis nihil saporis memorat, simul vero et in solo fine illas nominans; et non ita de malis. Puto quidem oportere me ipsum et Homerum exponere causas cur tandem ambo malum ita honoremus: hic quidem talia de ea dicendo, ego autem secundum illum et tali modo hæc exscribendo.

Cæteras ergo frugiferas arbores Græci, nescio qua mente, hanc Veneri, illam Baccho, aliasque

B Τὸ μὲν γάλα λευκόν· τὸ δὲ μέλι χλωρόν· μόνον δὲ τὸν τῆς συκῆς καρπὸν ὀνομάζειν οἶδεν Ὅμηρος γλυκερόν· ἁγλαὸν δὲ οὐδὲ τοῦτον τολμᾷ καλεῖν· μόνον δὲ τοῦτο φυλάττει τῷ μήλῳ, καὶ λέγει που τῶν ἐπῶν τὰ; μηλέας ἀγλαοκάρπους· καὶ οὐ τοῦτο μόνον αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ τῇ τάξει κοσμεῖ. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἁπλῶς οὕτωσὶ φράσας, ὄγχνας τε καὶ ῥοιὰς, τρεῖς μόνας μετὰ τῶν ἐπωνύμων τίθησι· τούτων δὲ αὐτῶν τὴν μηλέαν προθεὶς, ὑποτίθησι τὴν συκῆν· τρίτην δὲ τὴν ἐλαίαν τίθησι· καὶ μηλέαι, φησὶν, ἀγλαόκαρποι· συκέαί τε γλυκεραί· καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. Καὶ τὸ δὴ πλέον ὅτι καὶ τέλος τοῦτο τῷ πρώτῳ τῶν στίχων δίδωσιν, ἡγούμενος δεῖν, οὔτ' ἐκείναις κρείττονος κεφαλῆς, οὔτε μείζονος τῷ στίχῳ χάριτος· ἵν' ᾖ τῶν καλῶν ἡ αὐτὴ ἀρχή τε ἅμα καὶ τελευτὴ, ἤδη δὲ καὶ μέση. Τῶν μὲν ὅλων μέση, τῶν δὲ πρώτων ἀρχή· τῷ δὲ μέτρῳ καὶ τελευτή. Καὶ τὰς μὲν συνδεῖ, τὰς δὲ κοσμεῖ· τῷ δὲ στίχῳ μείζω τὴν χάριν ἐπὶ τέλει τηρεῖ. Τίθησι μὲν γὰρ ἐπὶ τέλει καὶ τὰς ἐλαίας· ἀλλὰ ταύταις μὲν γεῦσιν, οὐδὲν μαρτυρεῖ· καὶ ἅμα καὶ ἐπὶ μόνου τοῦ τέλους· καὶ οὐχ οὕτως ὥσπερ καὶ ταύτας. Οἶμαι δὴ δεῖν ἐμαυτόν τε καὶ τὸν Ὅμηρον ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας, τί δήποτε καὶ ἄμφω τὸ μῆλον οὕτω τιμῶμεν· ὁ μὲν τῷ ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἐγὼ δὲ, παρὰ τοιοῦτον καὶ τοσαυτάκις αὐτὰ πέμπειν.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ἀκροδρύων Ἕλληνες, οὐκ οἶδα τί γνόντες, τὰ μὲν Ἀφροδίτῃ, τὰ δὲ Διονύσῳ,

* Hæc oratio, quæ mali, sive pomi laudes persequitur, teste Casimiro Oudino in Commentario *de scriptorib. ecclesiast.* vol. II, col. 617, ms. permanet inter codices Baroccianos, cod. XXV, pag. 291. Cum vero id pomum, librorum adhuc obtectum foliis, necdum soli sese ostenderit, placuit decerpere, placuit, ut saporis non injucundi, delicatioris litteraturæ cupidis hominibus præbere, atque vel erudito palato, vel ingeniosæ gulæ aliquantulum lenocinari. Quapropter

Græcia quod peperit, servavit Iberia Malum,
Accipe non tarda, Lector amice, manu.

τὰ δὲ τῷ τῶν ἄλλων καὶ νόθων θεῶν ἀνατεθεῖσθαι λέγουσι· τοῦτο δὲ μόνον καὶ φοινικά τε καὶ δάφνην, τῷ κατ' αὐτοὺς σοφῷ καὶ καλῷ γὰρ πάντως καὶ ὑπὲρ πάντας ἀρίστῳ μουσικῷ τε καὶ τοξικῷ ἰατρικῷ τε καὶ μαντικῷ Ἀπολλωνίῳ, ὃν καὶ αὐτὸν εἶναι τῷ ἡλίῳ λέγουσι· καὶ ὡς καλλίστῳ καὶ παγχρήστῳ, τὸ κάλλιστόν τε καὶ πάγχρηστον ἀνατιθέασιν. Οὕτως ἐξαρχῆς ἀνεῖτο τῷ κάλλει καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ χρήσει τὸ χρῆμα· καὶ ἐδόκει αὐτὸ καλόν τε ἰδεῖν ἅμα καὶ χρηστὸν βρωθῆναί τε καὶ χρησθῆναι, καὶ σοφοῖς προσῆκον λαβεῖν· ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν μύθων, εἰ δοκεῖ, χαίρειν ἐῶμεν. Ὅσα δὲ καὶ βλέπειν ἔξεστι καὶ λέγειν μέμψις οὐκ ἔστι· πρῶτον μὲν γὰρ τρέφεται παντα-
χοῦ γῆς τὸ φυτόν· καὶ οὐχ ὥσπερ τἆλλα τῶν δένδρων· τὰ μὲν τῷ ἠμέρῳ χαίρει, τὰ δὲ τοῖς δρεσιν ἀγαπᾷ· τὰ δ' οἰκείως ἔχει πρὸς θάλατταν· ἀλλὰ τοῦτο μόνον κἀν ταῖς κορυφαῖς φύεται· κἂν τοῖς ἡμέροις τρέφεται· καὶ παρὰ τὴν θάλατταν θάλλειν φιλεῖ· νικῶσα δὲ οὕτω πανταχοῦ, οὐδὲν ἧττον νικᾷ καὶ τῷ θάλλειν οὕτως ἐκτασταχοῦ, ὡς ἐνιαχοῦ οὐδέν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τῶν ἄλλων ὅσα μὲν ὄρεια ταυτὸν τοῦτο ἰδεῖν τε ὄρεια καὶ δεινῶς ἄγρια· τὰ πλείω δέ γε καὶ ἄκαρπα. Τῶν δὲ ἡμέρων, τὰ μὲν, καὶ αὐτὰ τὸν καρπὸν βραχύτατα καὶ τὸ πρέμνον ἀκανθωδέστερα· καὶ τόπῳ μόνον τῶν ἐν κορυφαῖς διαφέροντα· τὰ δὲ, τὸν καρπὸν μὲν ἴσως οὐκ ἀγεννῆ, ἀσθενῆ δὲ ἄλλως· καὶ βραχὺν ἀνθοῦντα τὸν χρόνον· ἀλλ' οὕτω μὲν ἐν ἡμέροις ἰσχυρά τε καὶ πολυχρόνιος ὡς ὀλίγα κομιδῇ τῶν ἀγρίων τε καὶ ἀκάρπων. Οὕτω δ' ἐν ἀγρίοις τρυφερά τε καὶ λεῖα καὶ εὐανθὴς καὶ εὔκαρπος, ὡς οὐδὲν ἄλλο τῶν παρὰ ταῖς στοαῖς φυομένων, καὶ ὥσπερεὶ κόραι καλαὶ θαλαμευομένων· ἔπειτα τὰ μὲν ἄλλα τὰς ὥρας πολλάκις παρανομεῖ· καὶ τὰ μὲν προΐασιν ἔαρος, ὥσπερ δὴ καὶ φοῖνιξ αὐτός. Πολλὰ δὲ καὶ χειμῶνος ἐκφύει· αὕτη δὲ κἀν τούτοις τηρεῖ τὸν νόμον καὶ σωφρονεῖ· θέρους τε γὰρ ὡς ἐπὶ πλεῖστον πρόεισι· καὶ τὰ κάλλιστα τῶν καρπῶν τῶν ὡρῶν τῇ καλλίστῃ δείκνυσι· χειμῶνος δὲ ῥίπτει τὸ κάλλος· καὶ τῇ φύσει καὶ τάξει τῆς ὥρας ἀκολουθεῖ, ὥστε εἰ δεῖ τι καὶ παράδοξον μὲν, ἀληθέστερον δὲ εἰπεῖν, τοῦτο καὶ μόνον, ὡραῖον ἂν τις εἴποι δικαίως· οὐ διὰ τὴν ὥραν μόνον ἀλλὰ καὶ τὸν καρπόν· τὰ δ' ἄλλα καὶ ἔξωρα, οὕτω τὴν τάξιν τε παραδόντα καὶ ἀγνοήσαντα τὸν καιρόν· οὐ μὴν ὥσπερ τὸ καθ' ὥραν φανῆναι, οὕτω καὶ τὸ διαφυλαχθῆναι δι' ὥρας, ὡραῖον· ἀλλ' αὐτῷ γε τῷ διὰ παντὸς τοῦ ἔτους διακατέχειν, κρεῖττον μὲν τῶν ὡρῶν· κρεῖττον δὲ τῆς ἐπωνυμίας· κρεῖττον δὲ καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν λοιπῶν καρπῶν δείκνυται· τὰ μὲν ἡδεῖα τῷ διαρκεῖ, τὰ διαρκέστερα δὲ τῷ ἡδεῖ νικῶσα· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τὰ ἡδέα τῇ ἡδονῇ καὶ τῷ μονίμῳ τὰ μόνιμα.

Ἥδιστόν τι χρῆμα συκῆ. Ἀλλ' εἰ τὸ μέλιν πρὸς τὴν ἕλην ἐξικμασθῇ καὶ τῷ ἡλίῳ τὸ κάλλος ἀποβληθῇ, καὶ τό τε εἶδος ἅμα καὶ τὴν ἡδονὴν στερηθῇ, καὶ ἀτεχνῶς ῥυσὴ γένηται, πλὴν ἢ ἅπαξ ἰδεῖν, ἔξεις οὐδέν· ἅμα τε γὰρ ἐφάνη, καὶ τὰ τοῦ δένδρου πολλῷ θᾶττον ἢ τὸ ἄνθος ἐῤῥύη· οὕτω καὶ ταῦτα τῆς μη-

A aliis nothis deis assignatas esse dicunt; solum vero palmam et laurum, ei qui secundum illos sapiens et pulcher est, deo, omninoque et præ omnibus excellenti musico, arcuario, medico, et vati Apollini, quem eumdem esse ac Solem dicunt: et ut pulcherrimo et utilissimo, quod pulcherrimum et utilissimum est assignant. Ita a priori conveniebat pulchritudini, sapientiæ et utilitati tale munus; et videbatur pulchrum simul et utile manducari et prodesse, et sapientes quod congruum illic erat accipere. Sed has quidem fabulas, si videtur, valere sinamus. Quæ autem cernere licet et dicere exprobrationes non sunt: nam prima in universa terra arbos producitur; neque tanquam arbores reliquæ. Hæ quidem cultura gaudent,
B illæ vero montes amant, aliæ quoque juxta mare patriam habent: ista autem sola et in culminibus producitur, et cultura crescit, et juxta mare vegetare amat; vincens autem ita locorum universitate, non minus vincit vegetatione ita quamcunque arborum, ut nulla uspiam talis sit. Non enim ut inter alias quæ montanæ sunt idem cernere præbent, silvestres et incultæ cum sint, plerumque etiam et infructuosæ; inter cultas vero, aliæ fructibus parcissimæ et truncis aculeatæ, loco tantum a montanis differentes; aliæ, fructum quidem forte non abnuentes, sed debiliter producentes, et brevi tempore florentes. Sed ista inter cultas viget et durat ut paucæ admodum e sylvestribus et infructuosis; et inter silvestres jucunda et amœna est,
C floribus et fructibus ornata, ut nulla alia arborum porticus exornantium, et pulchrarum puellarum more bene comptarum. Deinde cæteræ sæpius anni tempora fallunt; aliæ quidem ver antecedunt, ut ipsa quidem palma; multæ autem in hieme producunt; ista vero etiam in his legem servat et sapienter colit: æstatis enim in partem majorem progreditur, et fructuum pulcherrimos, anni temporum pulcherrimo ostendit: hieme autem pulchritudinem excutit, et naturam ordinemque temporum insequitur; ita ut, si quid mirum quidem, sed verissimum dicere est, hanc solam esse tempestivam merito aliquis pronuntiaverit, non solum ob tempus, sed etiam ob fructum; cæteræ autem intem-
D pestivæ, ita ordinem fallentes et tempus ignorantes; non certe quasi ad tempus apparere, sicut servari durante tempore tempestivum foret: sed eo ipso quod omnino durat, ista temporibus potior, potior epitheto suo, potior quoque omnibus una cæteris frugiferis ostenditur; jucundas quidem duratione, diuturniores autem jucunditate vincens; imo vero, si vera dicere oportet, jucundas jucunditate et durabiles duratione superans.

Jucundissimum quidem bonum est ficus; sed si ejus mel calore defluxerit, et sole pulchritudo ablata fuerit, tunc venustate et voluptate simul nudatur, et fœde rugata efficitur, præter solum visum invenies nihil; nam simul apparuit et effluxit arboris decor multo velocius quam flos. Sic etiam

in his malo ficus cedit tum in aliis pulchritudinis et odoris cum magnitudinis dotibus : talibus quidem ista locis gaudet, talibus autem in montibus floret ; in tantum temporis durat, quantum etiam incrementum sumit. Non enim ad ipsum cœlum tollitur, et ab hominibus quam maxime recedit ; neque multum juxta terram surgit, ut multæ arbores, humilitate despicitur, vel ruborum more divellitur et proculcatur ; sed moderationem in his quoque servat, et tamquam omnes homines amatores habens, ad justam mensuram profertur, et prope manendo amantibus se præbet. Ut autem amoris satietas non contingat, paulo a terra assurgit, et una cum juventute pulchritudinem explicat, et juventute majorem pulchritudinem expendens, utraque conspicua ostenditur. Ita ergo humilitatem et celsitudinem æqualiter evitans arbor, neque aspectui contemplantium abducitur, neque amorem satiat. Sed neque sibi ipsi nocet, nam altitudinem correptam vehemens ventus irruens non rumpit vel subvertit, et tantam pulchritudinem proculcandam permittit. Certe enim non digne Homerus rem deploraret, qui in plantas lamenta expromit, qui pinum lamentatur et quercum, qui populum albam deflet, et gemitum ciet in oleam arborem. Fugiens igitur hanc calamitatem hæc arbos, eodem modo etiam fructum producit.

Nam primo quidem non sicut palma frondes frondibus solum adjicit, sed ex omni parte ramos et frondes expromit, et undecumque amatores attrahit et delectat. Deinde fructibus hæc alba est, illa flava, altera rubra, altera purpurea, altera denique æruginosa : ita inter arbores alia aliud fert, sed omnia fert malus. Si quidem albo delecteris, ad albam arborem procedis ; si vero rubrum cupias, ad rubram te dirigis ; si utrumque ames, ad aliam vadis ; sin autem simul omnia quæras, abi ad ferentem datiles ; hæc iis quidem albet, iis vero rubet ; tum quidem recenter, tum autem jamdudum ; iis vero purpurat ; et albet quidem velut lac, purpurat vero ista velut rosa, variaturque diversis coloribus ; hæc quidem tota, illa vero non tota ; hæc minus, illa magis. Si quidem rubram videris, albam omnino putabis ignorare arborem ; et si in primam istam oculos direxeris, nihil rubri fructui inesse dixeris ; sed hoc quidem partim sanguis, partim vero nix videbitur. Et malus est visu rosa, olfactu vero unguentum, gustatu autem aliud quid, aut rursus in eo multum alias delectatione vincit malus, dum illi aliæ magis comparantur. Si quis laudare velit cujusquam rei gustum, aut malum dicet aut mel : et hæc igitur Homerum suaserunt ad omnem vocandum jucundum mali fructum.

Si vero oportet fabulæ meminisse, et si quid doctrinæ et delectationis non injucundum est ad virum applicare sæpius et ipsum cum Musis saltantem, aliter, quando fabulam ornat sapientia,

λέας ἡ συκῆ ἡττᾶται· μετά γε τῶν ἄλλων τοῦ τε κάλλους καὶ τῆς ὀδμῆς καὶ τοῦ μεγέθους· παρὰ τοιούτοις μὲν τῶν χωρίων χαίρουσα· παρὰ τοιαύτῃ δὲ τῶν ὡρῶν θάλλουσα· παρὰ τοσοῦτον δὲ διαμένουσα καὶ τὸν χρόνον οἷαν δὴ καὶ τὴν βλάστην ποιεῖται. Οὔτε γὰρ πρὸς αὐτὸν αἴρεται τὸν οὐρανὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀποστατεῖ· οὔτε μὴν πάνυ τῇ γῇ προσπέφυκε, καὶ οἷα τὰ πολλὰ τῶν δένδρων, τῷ ἑτοίμῳ καταπεφρόνηται, ἢ θάμνου τρόπον ἐρρίπται, καὶ καταπεπάτηται· ἀλλὰ τὸ σῶφρον κἀν τούτοις τιμᾷ· καὶ οἷα μὲν πάντας ἀνθρώπους ἐραστὰς ἔχουσα, πρόεισιν ἐπὶ μέτριον· καὶ τῷ μένειν ἐγγὺς, τοῖς ἐρῶσι χαρίζεται. Ὅπως δὲ μὴ καὶ κόρος τοῦ ἔρωτος ᾖ, καὶ μικρόν τι τῆς γῆς ἀνέστηκε, καὶ ἅμα τῷ τε κάλλει τὴν ἡλικίαν συμπροϊοῦσα· καὶ τὸ κάλλος τῇ ἡλικίᾳ πλέον τιθεῖσα, ἐξ ἀμφοτέρων τὸ σεμνὸν ἐνδείκνυται. Οὕτως οὖν τὸ ταπεινόν τε καὶ ὑψηλὸν ἐπίσης φυγὸν τὸ βλάστημα, οὔτε τὴν ὄψιν τοὺς θεατὰς ἀφαιρεῖ, οὔτε πληροῖ τὸν ἔρωτα· ἀλλ' οὔτε μὴν ἑαυτὴν ἀδικεῖ· οὐ γὰρ δὴ πρὸς ὕψος ἐλάσασαν, σκληρός τις ἄνεμος ἐμπεσὼν κατήνεγκε καὶ ἀνέτρεψε, καὶ τοσοῦτον κάλλος πατεῖν παρέδωκεν· ἢ γὰρ ἂν οὐδ' Ὅμηρος ἀξίως τὸ πρᾶγμα ἐθρήνησεν· ὅς γε καὶ θρήνους εἰς τὰ ἔρνη ποιεῖ· καὶ θρηνεῖ μὲν τὴν πίτυν· θρηνεῖ δὲ τὴν δρῦν· δακρύει δὲ τὴν ἀχερωΐδα καὶ ἐλεεινὸν ἐπὶ τῷ τῆς ἐλαίας ἀνακλᾶται φυτῷ. Φεῦγον οὖν καὶ ταύτην τὴν συμφορὰν τὸ φυτὸν, οἷον βλαστάνει καὶ τὸν καρπόν.

Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὥσπερ ὁ φοῖνιξ ἐπὶ κόμης οὐ μόνον κομᾷ, ἀλλὰ διαπαντὸς ἐξανθεῖ τοῦ βλαστήματος, καὶ ψυχαγωγεῖ καὶ τέρπει πανταχόθεν τοὺς ἐραστάς. Ἔπειτα τῶν καρπῶν, ὁ μὲν λευκός· ὁ δὲ, ὠχρός· ὁ δὲ, ἐρυθρός· ὁ δὲ, φοινικοῦς· ὁ δὲ, καὶ μιλτός. Φέρει δὲ τῶν φυτῶν καὶ ἄλλο μὲν ἄλλο, καὶ πάντα δὲ τὸ αὐτό· κἂν μὲν τῷ λευκῷ χαίρῃς, παρὰ ταύτην βαδίζεις· ἂν δὲ τὸ ἐρυθρὸν ποθῇς, παρ' ἐκείνην ἀπέρχῃ· ἂν δὲ καὶ ἀμφοῖν ἐρᾷς, παρὰ τὴν ἄλλην φοιτᾷς· ἂν δὲ καὶ πάντα ὁμοῦ ζητῇς, παρὰ τὴν φέρουσαν ἄπει τοὺς φοινικοῦς. Ἡ δὲ τοὺς μὲν λευκαίνεται, τοὺς δὲ ἐρυθραίνεται· τοὺς μὲν ἄρτι, τοὺς δὲ ἤδη· τοὺς δὲ καὶ φοινίσσεται· καὶ λευκαίνεται μὲν οὕτως ὡς γάλα· φοινίσσεται δ' ἐκεῖνος ὡς ῥόδον· κεκέρασται δ' ἄλλως καὶ ἄλλως· ὁ μὲν ὅλος· ὁ δὲ, οὐχ ὅλος· καὶ ὁ μὲν, ἧττον. ὁ δὲ, μᾶλλον· κἂν μὲν τὸ ἐρυθρὸν θεάσῃ, τὸ λευκὸν ὅλως νομίσεις ἀγνοεῖν τὸ φυτόν· κἂν τούτῳ πρώτῳ τὴν ὄψιν προσβάλῃς, οὐκ εἶναί τι φήσεις καὶ ἐρυθροῦ τῷ καρπῷ· ἀλλὰ τὸ μὲν, αἷμα τὸ μέρος· τὸ δὲ, δόξεις χιών. Καὶ ἔστι τὸ μῆλον ἰδεῖν μὲν ῥόδον, ὀσφρήσασθαι δὲ μύρον, γεύσασθαι δέ τι ἄλλο, ἢ πάλιν αὐτὸ μῆλον οὕτω καὶ τοσοῦτον ἡδονῇ τἆλλα νικᾷ, καὶ πρὸς τοῦτο κἀκεῖνα μᾶλλον εἰκάζεται· κἂν τις ἐπαινεῖν ἐθέλοι τι κατὰ γεῦσιν· ἢ μῆλον ἐρεῖ πάντως ἢ μέλι· καὶ ταῦτα μὲν οὖν τὸν Ὅμηρον ἔπεισε πάντα ἀγλαὸν ὀνομάσαι τὸν μηλέας καρπόν.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ μύθου μνησθῆναι, καὶ οὐδὲν ἀηδὲς παιδιᾶς καὶ ψυχαγωγίας ἅψασθαι πρὸς ἄνδρα πολλάκις καὶ αὐτὸν τὰ μουσῶν χορεύσαντα· ἄλλως θ' ὅτε καὶ τὸν μῦθον κοσμεῖ σωφροσύνη, φασὶν, ὡς κόρη

τις ἦν πάλαι καλὴ καὶ παρθενική. Τοῦ δὲ κάλλους ἐρασταὶ πολλοὶ καὶ ἐρωτικοί· σωφρονοῦσα δὲ καὶ μὴ προδιδοῦσα τὴν ὥραν, ἔτι μᾶλλον δυσέρωτας ἐποίει τοὺς ἐραστάς· οἱ δὲ, τέως μὲν ἦρων ὡς ἐρασταὶ, καὶ ἠμιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους· ἔπειτα οἰνωθέντες ἀλλήλους φονεύουσιν, ὡς ἀντερασταί. Ἐφίσταται ἡ παρθενικὴ, καὶ ἐλεεῖ μὲν ἐκείνους· αἰδεῖται δὲ τοὺς ζῶντας, δακρύει δὲ ἑαυτὴν, καὶ γίνεται δι' εὐχῆς φυτὸν καλὸν, ὡς καλὴ, λευκὸν ὡς λευκή· αἰδουμένη δὲ προφυροῦν. Ὁ μὲν μῦθος οὗτος· εἰ δὲ καὶ φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ μὴ μυθολογεῖν ἡμᾶς τε δέον καὶ σὲ, ἑρωτι καὶ θεωρίας ἡμμένον· φασὶν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ μόνον μὲν σχημάτων, τὸ σφαιρικὸν κάλλιστον· μόνον δὲ τῶν ἴσων ἐμβαδοῖς μέγιστον τοῦτο ἐν στερεοῖς, ὅπερ ἐν ἐπιπέδοις τὸ κυκλικόν· δοκεῖ δὲ καὶ τόδε τὸ πᾶν, τοῦτο σῶζον τὸ σχῆμα. Ἔχει μὲν οὖν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο τὸ μῆλον· καὶ οὐδὲν οὕτως ἐν καρποῖς τῶν ἄλλων ἀποτετόρνευται, ὡς τοῦτο τετόρνευταί τε τῇ φύσει, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἀποτέταται· καὶ σχῆμα τῷ μήλῳ τὸ τοῦ παντός ἐστι μίμημα. Καὶ τί δεῖ τὰς ἐνεργείας τοῦ βλαστήματος καταλέγειν; καὶ ὡς ἐῤῥωμένοις μὲν τρυφὴ, καὶ βρῶμα ἡδύ· νοσοῦσι δὲ χρηστὴ τροφὴ καὶ ὑγιεινή· καὶ ὅτι σῦκον μὲν ἐν ὀνείροις δυσοιώνιστον· μῆλον δὲ κἂν τούτοις εὐάγγελον· δόξαν γὰρ καὶ στέφανον ἐπαγγέλλεται. Ἀλλ' αὕτη γε καὶ τὰ Πύθια στεφανοῖ· καὶ πάρεστιν ἀθλητὴς, δι' ἔτους τε γυμνασθεὶς, καὶ πολλὰς εὐπαιδοτρίβου λαβὼν, πλείους δὲ μέλλων. Κἂν τι δέοι θήσων καὶ τὴν ψυχὴν ἵνα δὴ τὸ μῆλον καὶ τὴν μετὰ τοῦ μήλου δόξαν λαβὼν ἀπέλθοι, πολλὰ καὶ ἄλλα περὶ τοῦ μήλου λέγειν ἐνῆν, εἴ μοι καιρός τε παρῆν, καὶ μὴ ταῦτα γράφειν ἠναγκαζόμην σχέδιον καὶ κατ' ἐπιδρομήν.

A dicunt illam fuisse olim quamdam puellam pulchram et virginem; pulchritudinis autem multos amatores et amantes. Prudens autem cum fuerit neque formam venalem habuerit, magis etiam amore perditos effecisse amatores; illos vero nihilominus in amore perseverasse, et inter se pugnavisse : deinde vino presses alios invicem cecidisse, ut rivales : virginem etiam intervenisse, mortuorum misertam esse, et viventibus erubuisse, seipsam autem deflevisse, et factam fuisse per votum pulchram arborem, ut pulchra erat; albam, ut alba erat, purpuream, ut erubescens erat. Ita quidem fabula. Si vero philosophiæ, non autem fabulis studere oportet nos et te amori contemplationis incumbentem : dicunt isti de his doctiores formarum unam pulcherrimam esse B sphæricam, unam æqualés inter superficies solidas illud esse, quod inter planas circularem : videtur autem illud universum figura referre. Habet igitur cum aliis et illud quoque malus; nullus ita inter fructus aliarum arborum in sphæram inflexus est, ut illius fructus natura; et species ejus expanditur, nam universi figuræ malus imitationem præbet. Sed quid opus est proprietates enumerare? et languentibus quidem voluptas et jucunda esca, ægrotantibus autem salutiferum et hygienicum alimentum : ficus quidem in somniis mali præsagii est, malus autem fausti augurii; gloriam enim et coronam pollicetur. Sed eadem et in Pythiis coronam præbet; et adest athleta, per annum exercitatus, et multas bonæ exercitationis coronas ferens, C plures exspectans. Si vero opus esset mentem applicare ut complectens malum et malo adhærentem laudem evadat, multa et alia de illa loqui facile esset, si tempus mihi suppeteret, neque ista scribere velociter et quasi cursim cogerer.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ

ΥΜΝΟΙ ΠΕΝΤΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΕΡΑΓΙΑΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ

—

JOANNIS GEOMETRÆ

HYMNI QUINQUE IN SANCTISSIMAM DEIPARAM.

(Edidit Fed. Morellus, typogr. regius. Lutetiæ, 1591, 8°.)

—

ADMONITIO.

In his Hymnis, quibus Jo. Geometra B. Virginis laudes celebrando nomen illustravit suum, perpetuæ sunt allusiones ad salutandi verbum Χαῖρε, *quo Græci* χαρὰν, χάριν, *salutem, gaudium et bona lætaque omnia precabantur. In ejusmodi vero alliterationibus, Latina vix ac ne vix quidem Græcorum venustatem assequi possunt. Cæterum quia maculæ et lacunæ aliquot occurrerunt in Græco codice (quo unico nobis uti licuit hactenus), partim scriptoris errore vitiato, partim vetustate ipsa prope obliterate : æquus rerum æstimator interpreti plerisque in locis mutilis et depravatis ambigenti, divinanti, et conjecturis suis medicas*

adhibere manus ad vulnera tentanti, facilem tribuet veniam : et sicubi forte castigatius exemplum nanciscatur, candide impertiet, errantique comiter viam monstrabit. Idem nonnullorum versuum Latinorum asperitatem æquis auribus perferet, et poeticæ versionis e Græcis difficultati ac sudori aliquid condonabit : simul etiam inducet in animum hic necesse fuisse indiciis monstrare recentibus abdita rerum : atque in hoc poematis genere pietatis potius quam suavitatis habitam esse rationem. Porro veterum SS. Patrum auctoritatibus singula B. Virginis Elogia et Encomia quæ hic coacervata sunt, comprobare, actum esset agere ; enimvero hac jam in re elaboraverunt, optimamque operam collocarunt viri doctiss. et graviss. Theologi, P. Canisius e Societate Jesu, in opere Mariano, et Gaspar Loartes ex eadem Societ. in institut. Rosarii et Litaniis : ubi plerasque perhonorificas B. V. Dei Genitricis compellationes diligenter persecuti et interpretati sunt.

JOANNIS GEOMETRÆ

HYMNI

IN BEATISSIMAM DEI GENITRICEM.

HYMNUS I.

Gaude, grata charis charitum, Virgo alma, parentum
Lætitia, atque hominum, lætitia et superum.
Salve, Virgo salutifera gavisa salute :
Virgo labore carens, absque dolore parens.
Gaude, languores solvens fraudesque tyranni,
Libertatis fons, integritatis honos.
Gaude, vincla poli et terræ, bona non sata tellus :
Veri regnatrix, promaque lætitiæ.
Salve, mortalis generis fundamen, honosque
Virgineæ laudis, conjugiique sacri.
Gaude, dos Sophiæ, Mater charitum optima, salve :
Absque viro genitrix, Virgoque pulchripara.
Gaude, mœrorum medicina oblivia fundens :
Æternæ vitæ, summi et alumna boni.
Salve, scala polum penetrans, et sidera tangens :
Quæque Deum nobis, nosque Deo reparas.
Gaude, lux hominum : genio vis ignea pravo :
Ignis ea igni, non ureris igne tamen.
Salve, non confusa Dei mistura potentis
Humanæ et sobolis, quæ fragilis stipula est.
Gaude, incombustus rubus, assidueque refulgens,
Atque augens virides igne cremante comas.
Gaude, Luna hilaris, nec habens cœlestia damna,
Plenior at Phœbo proxima facta tuo.
Gaude, Thesbitæ vive et clarissime currus,
Virtutum rapidis concite quadrijugis.
Salve, Diva Cherubinos super, aurea sedes,
Purior et Seraphim, latior atque Thronis.
Gaude, Sponsa Dei, atque tui quoque pronuba Nati,
Purpurea expandens strata cruore sacro.
Gaude, naturam Christo impertita secundam,
Nempe ut mortalem jungeret æthereæ :
Gaude, miscens naturam, haud misto integra partu,
Carne Deo exhibita, carne carente notis.
Salve, quæ feno humano junxti ætheris ignem,
Æternum fragili, perstabilem instabili.
Gaude, quæ sobolem peperisti, Virgo, supremam,
Mundifabrum mundo, celsithronumque solo.

ΥΜΝΟΣ Α'.

A Χαῖρε, χάρις χαρίεσσα χαριτόκε χάρμα τοκήων,
Χόρμα μέγα χθονίων, χάρμα μέγ' οὐρανίων.
Χαῖρε, Κόρη χαιρήκοε, χάρματι χάρμα λαβοῦσα,
Παρθένε πλὴν καμάτων, Μῆτερ ἄνευ ὀδύνης.
Χαῖρε, πόνων λύτειρα, δόλων ῥύτειρα τυράννου,
Μῆτερ ἄμ' ἀφθορίης, Μῆτερ ἐλευθερίης.
Χαῖρε, δέσις χθονὸς, οὐρανοῦ, εὔτοκε, ἄσπορε χώρα,
Κοίρανε ἀτρεκίης, κοίρανε χαρμοσύνης.
Χαῖρε, βάσις βροτέης γενεῆς, [ἰσ. πηγὴ] ἀρετάων,
Σύγγονε ἀφθορίης, ἔκγονε εὐγαμίης.
Χαῖρε, δόσις σοφίης, χαρίτων Μῆτερ, μέγα χαῖρε,
Παρθένε καλλιτόκε, Μῆτερ ἀνανδροτάτη.
Χαῖρε, πόσις χθονίων λυγρῶν ἐπίληθος ἁπάντων,
Μῆτερ ἀπημοσύνης, Μῆτερ ἀειζωΐης.
B Χαῖρε, κλίμαξ περόωσα καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Ἣ Θεὸν ἀνθρώποις, ἐς Θεὸν ἄνδρας ἄγεις.
Χαῖρε, φάος μερόπων, πῦρ ἔμπαλι δαίμονι, χαῖρε.
Καὶ πυρὶ πῦρ ἐγένου οὐδὲ φλεγεῖσα φλέγεις.
Χαῖρε, ἀμικτοτάτη μῖξις Θεοῦ αἰὲν ἐόντος,
Ἀνδρομέης γενεῆς, ζαφλεγέος καλάμης.
Χαῖρε, βάτος πυρόεσσα καὶ οὐ λήγουσα καμίνῳ,
Μᾶλλον δ' αὐξομένη εὐτραφέας καλάμους.
Χαῖρε, ἀγαλλομένη καὶ οὐ λείπουσα Σελήνη,
Μᾶλλον ὅτ' ἠελίου ἔδραμες εἰς συνόδους.
Χαῖρε, ὄχημα φαάντατον Ἠλίου ἔμπνοον ἅλλο
Ἐξ ἀρετῶν πισύρων, εὐτροχάλων, φλογίων.
Χαῖρε, Χερουβὶμ ὑπέρτερον εὔχαρι κλίντρον [ἰσ. ἀνα-
[κτος],
C Ἁγνότερον Σεραφὶμ, εὐρύτερόν τε θρόνων.
Χαῖρε, γαμοστόλε Νυμφίου οὗ τόκου ἠδὲ Θεοῖο
Πορφύρεον στολίσας' ἔνδυμα αἱματόεν.
Χαῖρε, φύσιν χρήσασα φυσιζώῳ ἔμπαλι γουνῷ,
Χαῖρ', ἀπαμειψαμένη θειοτάτης βροτέην.
Χαῖρε, φύσιν μίξασα καὶ οὐ μίξασα λοχείῃ,
Σάρκα Θεῷ δοῦσα, σάρκα ἄνευθε ῥύπων.
Χαῖρε κερασσαμένη χόρτῳ φλόγα ἄμβροτον ὕλης
Ἄτροπον εὐτρέπτῳ, ἄχρονον ἡμερίῳ.
Χαῖρε, γενησαμένη γενεὴν ὑπερούσιον Υἱα,
Κοσμοθέτην κόσμῳ, ὑψιμέδοντα κάτω.

Χαῖρ', ἀνακλιναμένη μούνη παναπείρονα κόλπῳ,
Τὴν σοφίην φάτνῃ, πλουτοδότην δὲ ῥάκει.
Χαῖρ', ἀποθρεψαμένη παντοτρόφον. Ἡ σέο θηλὴ,
Ὡς φαέων πηγὴ, θρέψεν ἕνα Τριάδος.
Χαῖρε, θαλάσσης κόχλη, μάργαρον υἷα τεκοῦσα,
Ἀστεροπῆς θείας πορφυρέων τε ῥοῶν.
Χαῖρε, μόνη λεχόωσα πόλου βασιληΐδα τιμὴν
Οὐρανίων τε νόων, δευτέρα τῆς Τριάδος.
Χαῖρέ μοι, ὦ βασίλεια πανίλαος, εὔχαρις, ὕμνον
Ἐξ ἁλιτρῶν στομάτων δέχνυσο ἡμετέρων.

A Salve, quæ immensum Numen gremio una recondis,
Præsepi Sophiam, veste Deum tenui.
Gaude, quæ uberibus lactavisti omnia alentem,
Ut fons luminum alens ex Triade unigenam.
Salve, Concha marina, ex qua vere unio natus
Fulgore ex dio, et purpureo latice.
Gaude, quæ Regem genuisti sola polorum
Cœlestumque : tibi est a Triade alter honos.
Gaude, et ave, o lenis Regina, benignaque, laudes
Ex oris nostris percipe spurcitia.

ΥΜΝΟΣ Β'.

Χαῖρέ μοι, ὦ Βασίλεια βασιλίδος ἔκγονε φύτλης,
Ἔκγονε ἱερέων, ἔκγονε προφραδέων.
Χαῖρέ μοι, ὦ Βασίλεια, παναγνοτάτης ἀπὸ ῥίζης
Ἔρνος ἔφυς χαρίτων τρίπλοον ἐκ τριπλόου.
Χαῖρέ μοι, ὦ Βασίλεια, Τριὰς σέο ῥίζα καὶ ἀρχή.

Οὕνεκα καὶ τριμάκαιρ' ἕνα τέκες Τριάδος.
Χαῖρε, φάτις προγόνων, χάρις ἔκπαλαι, εὔλαλε μολπὴ,
Ἐκ σέο θειοτάτης εὔχος ὅλων μακάρων.
Χαῖρε, κρυπταδίη βουλὴ σοφίης γενετῆρος,
Αἶνος ὅλων στομάτων, θειοφόρων, κρυφίων.
Χαῖρε, παναιγλήεντα λαθὸν χορὸν οὐρανιώνων
Θάμβος καὶ σκοτίων πλήθεα δαιμονίων.
Χαῖρε, χάρις χρονίων, μυρίων, μεγάλων τ' εὐχωλῶν,
Λυσαμένη γονέων αἶσχεα κ' ἀρχεγόνων.
Χαῖρ', ἐριθηλέῖ καὶ τρυφερῷ παραδείσου κήπῳ.
Ἔρνος πρῶτα παγὲν αἵμασι γηραλέοις.
Χαίροις, Μητέρι μήτραν, ἀνθρώποις πόλον, οἶμον
Οὐρανίης ἀρετῆς οἰξαμένη χθονίοις.
Χαίροις, ὑψιπόλοις καινὴν ὁδὸν ἀγγελιήταις
Δείξασα τὴν χθονίοις εὔχαρι τριβομένην,
Χαῖρε, τοκεῦσι Θεοῦ δόσις βύσιμος, ἐκ δὲ τοκήων
Ἔμπαλι καὶ πρὸ τόκου ὑψιμέδοντι δόσις.
Χαίροις, παρθενικαῖς μετὰ ἀστράσιν οἷα Σελήνη
Πόμπιμος ἐς δόμον ὡς ἐς πόλον ἑρπομένη.
Χαῖρε, δέμας τραφὲν ὑψόθεν οὐρανίαισιν ἐέρσαις,
Ἀγγελικαῖς χερσὶν, Δεσποτικοῖς θαλάμοις.
Χαῖρε, βάτειρ' ἀδάτων, ἀδύτων διφήτρια μούνη,
Νυμφίου ὡς νύμφη κρυπταδίων μεγάρων.
Χαίροις, ἐκ γενετῆς ἁγνὴ δέμας, ἁγνὴ σῶμα,
Παρθένος ἐκ κραδίης, Παρθένος ἐξ ἀέρος.
Χαίροις, ἄνθος ἀκήρατον εὐοδμον, ἀμφοτέρωθεν,
Κάλλεσιν ἀμφαδίοις, κάλλεσι κρυπτομένοις.
Χαῖρε, κρίνον ῥοδέη τε κάλυξ νοτερή τ' ἀνεμώνη,
Νάρκισσος καθαρὴ, λευκοτέρα χιόνος.
Χαῖρε, ἀειζώοιο θάλος γλυκύ. Ἦ ῥα σὺ θνητῶν
Μοῦνον ἀμάραντον κάλλεῖ θειοτέρων.
Χαῖρε, καὶ ἄλλο θάλος φλογερὸν χρυσάνθεμόν ἶον,
Ἄνθεα πάντα βροτῶν ἄμμιγα καὶ τριβόλων.
Χαῖρ', ὑακίνθου πορφυρέου χάρις, ἧς ἐπὶ φύλλοις
Γράμματ' ἐλευθερίης, οὐδὲ μύθος θανάτου.
Χαίροις, ὑψικόμοιο δάφνης θάλος, ἧτις ἀπείργεις
Οὐ σέλα πρηστήρων, δαιμονίων δὲ φλόγα. [Θεοῖο
Χαῖρε, καὶ οὐ [Ἰσ. κόρη] φυγόδεμνος ἀπ' οὐρανίοιο
Ἐς χθόνα δυομένη πλάσματα δαιμονίων.
Χαῖρε, καὶ ἐκ χθονὸς ἔμπαλιν εὔδρομος ἐς φῶς
Νυμφίου ἠελίου πρὸς πόθον ἐρχομένη.

B Salve, o Regnatrix quæ creta es sanguine regum
Atque sacerdotum, fatidicumque virum.
Salve, o Regnatrix, cujus purissima radix,
Stirps Charitum triplex, atque sata a Triade.
Salve, o Regnatrix, Trias est tibi stirpsque caput [que :
Hinc unum e Triade, o ter benedicta, paris.
Salve, majorum decus et spes, gratia, cantus :
De te se jactat tota beata cohors.
Salve, consilium occultum Sophiæ genitoris :
Te cuncta ora canunt, abdita, sacra, pia.
Salve, quam illustris cœtus stupet astra colentum,
Quam geniique pavent jure tenebricolæ.
Salve, gratia votorum jucunda priorum,
Quæ generis solvis probra scelusque vetus.
Salve, nata in lætis atque in vernantibus hortis
Arbor ab antiquo sanguine nata senum.
C Salve, quæ Matrique uterum cœlumque recludis
Terrigenis, studii sidereique viam.
Salve, Virgo, novum quæ clivum mentibus altis
Ostendisti, uni tritum hominum generi.
Salve, Virgo Dei data munere utrique parenti,
Aque Parente Deo munus utroque datum.
Salve, virgineis in stellis candida Luna,
Ad proprias cœli currere visa domos.
Salve, almo corpus nutritum rore polorum,
Angelicis manibus, pro Domini thalamis.
Salve, quæ invia adis, penetras aditusque profundos,
Sponsa velut sponsi tecta reclusa sui.
Salve, corpore casta, simul castissima mente :
Exterius virgo, virgo quoque interius.
Salve, flos apprime tenax, bene olens, et utrinque,
D Conspicuo ornatu et dotibus ingenii.
Salve, lilia quæ, violas, madidamque anemonem
Narcissumque refers, candidiorque nive es.
Salve, perpetuæ vitæ stirps, atque amarantus
Flos sacro qui non marcet honore vigens.
Salve, cincte frutex flammis, violæ aureus ardor,
Omnigeni flores cum tribulisque sati.
Salve, hyacinthi puniceus decor, alma notantur
Quo libertatis symbola, nulla necis.
Salve, proceræ laurus stirps, quæ procul arces
Fulguris haud fulmen, dæmonis at faculas.
Salve, virgo innupta, Dei quæ numine condis
Figmenta in terræ viscera dæmonia.
Salve, quæ a terra rursus contendis ad astra,
Solaris sponsi percita amore pio.

Salve, pulchra Parens, casto gravidataque Verbo :
Virtutum Genitrix quæ decorant animos.
Salve, pervigiles oculos ut luna recludens,
Quo solem solisque aspicias Dominum.
Salve, virtutum celsis quæ curribus instar
Lunæ, solares assequeris radios.
Salve, quæ illustri a Nato, ceu luna parente
A Phœbo, lumen suscipis æthereum.
Salve, tu Triadis prænuntia mira beatæ,
Fixisti interni quæ thalamos decoris :
Salve, quam solus dilexit amabilis unus,
Qui Pater est et amans ingeniti decoris.
Salve, prima et, ave, sola : hanc tibi nempe salutem
Cœpit ferre tremor militiæ æthereæ.
Salve, Virgo edens miracula magna, sacra, alta :
Natum, rem indictam, concipis una Dei.
Salve, quæ Verbum æternum paris, integra, casta,
Abs te Patre carens : te, sine matre, prius.
Salve, temporis o Genitrix, Patris, et sinus ævi,
Et semper-geniti casta puella Parens.
Salve, cœlum homines lustrans, solisque reducens
Qui carnem ex te habuit, lumina conspicua.
Salve, mille oculis pole prædite, sidera circum
Solem clara regens, innumeras charitas.
Salve, ornata globis pole, septenisque decoris
Zonis insignis, spiritibus Sophiæ.
Salve, qui tenet astra polus, terram, aera et undam,
Et mundum immensum, qui inferioris apex.
Salve, quæ intus habes regem cui sidera parent,
Quem in nebula gestas, sanguine purpureo.
Salve, ter radians polus, et circum æthera pandens
Immensum et nitidum, nec tenebras capiens.
Salve, Cœlum exsultans, et sine flatibus ullis,
Affectus expers, mœstitiaque carens.
Salve, versicolor cœlum, Iridis instar amœnas
Virtutum formas florigerasque ferens.
Salve, plenus mente polus, decus Altitonantis
Virginibus celebrans, dum puerum ipsa geris.
Salve, mentibus horrendus cœlestibus æther :
Indicte hymnidicis, invie celsicolis.
Salve, cœlum quod stillat sacra et ampla fluenta
Queis mundus mundus, gaudet et omne genus.
Salve, nixa thronis puris, flagrantibus, altis :
Lumina quæ fundis, luminis ipsa Parens.
Salve, quæ verba exsuperans Verbum paris, alimum
Verbum, quod nostris anteit ingeniis.
Salve, o Regnatrix, orbisque utriusque Magistra,
Tu regnantem unam post Triadem coleris.
Salve, lux, decus et ratio, spes, spiritus et mens,
Sperati a cunctis indiciumque boni.
Gaude, et ave, o lenis Regina, beniguaque, laudes
Ex oris nostri sordibus accipito.

A Χαίροις, ἀγλαόμητερ ἀγνοῦ Λόγου ἔγκυος αἰεὶ,
Εὐῶδις ἀρετῶν ψυχοτόκων τοκέων.
Χαῖρε, παναγρύπνοισιν ἐπ' ὄμμασιν, οἷα σελήνη
Ἥλιον, ὁσσομένη κοίρανον ἠελίου.
Χαῖρε, καὶ ὑψιδρόμοισι πόνοις ἀρετάων, ἅτε
Ἠελίοιο πέλοις μήνη ἐπειγομένη.
Χαῖρε, παναιγλήεντος ἀφ' Υἱέος, οἷα σελήνη·
Πατρὸς ἀπ' Ἠελίου φέγγος ἐφελκομένη.
Χαῖρε, προαγγελίης Νύμφη, Τριάδος μέγα θαῦμα,
Παστάδα πηξαμένη κάλλεος ἐνδοτάτου.
Χαῖρε, καὶ ἧς ἠράσσατο μοῦνος, ἐραστὸς μοῦνος,
Ἵμερος αὐτοφύτου κάλλεος ὃς γενέτης.
Χαῖρε, πρώτη, χαῖρε, μόνη, τοῖόν σοι, χαῖρε,
Οὐρανίης στρατιᾶς πρῶτος ἔλεξε τρόμος. [πτὸν,
Χαῖρε, κόρη μέγα θαῦμα, καὶ οὐ φατὸν οὐδέ γε λη-
B Γῖα Θεοῦ τίκτεις, οὗ τίς ἄκουσεν ὅλων; [ἀγνὴ,
Χαῖρε, λόγῳ Λόγον ἄμβροτον, ἄσπορος, ἄρθορος,
Μητρὸς ἄνευθε πρὸ σοῦ, πατρὸς ἄνευθ' ἀπὸ σοῦ.
Χαῖρε, χρόνου γενέτου γενέτειρα, ἀπείρου κόλπος,
Πατρὸς ἀειγονέως, Μῆτερ ἀπειρογόνος.
Χαῖρε, πόλος φαεσίμβροτος ἥλιον ἕξεις
Σάρκα λαβόντα σέθεν, δίσκον ἀειφανέα.
Χαῖρε, πόλος μυριόμματος ἀστέρας ἄλλους,
Ἥλιον ἀμφὶ μέγαν πλῆθος ἔχων χαρίτων.
Χαῖρε, πόλος πολύκυκλος ὃς ἑπτάκι χρυσείαισι
Ζώναις ζωννύθης πνεύμασι καὶ σοφίης.
Χαῖρε, πόλος συνέχων πόλον, ἅλμην, ἀέρα, γαῖαν
Ἄλλον ὑπὲρ κόσμον, κόσμον ἀπειρέσιον.
Χαῖρε, πόλος τὸν ὑπὲρ πόλον ἔνδον ἔχων βασιλῆα
C Ὃν νεφέλῃ φορέεις, αἵμασι πορφυρέοις.
Χαῖρε, πόλος τρισάκτινος, αἰθέρα πάντοσε τείνων
Ἄσπετον, εὐφαέα, οὐδὲ δνόφους φορέων.
Χαῖρε, πόλος γανόων καὶ οὐκ ἀνέμοισι τινάσσων,
Ἔκτοθεν ἡμερίων ἠμετέρων παθέων.
Χαῖρε, πόλος ποικιλόχρος Ἶριδος οἷάπερ αὐγὰς
Μορφὰς τῶν ἀρετῶν ἀνθοφόρους φορέων.
Χαῖρε, πόλος νοερὸς δόξαν μεγάλοιο Θεοῖο
Παρθενικαῖς προλέγων ἀγκάσι παιδοφόροις
Χαῖρε, πόλος φοβερὸς, καὶ οὐρανίοισι νόεσσιν,
Οὐ φατὸς ὑμνολόγοις, οὐ βατὸς ὑψιπόλοις.
Χαῖρε, πόλος σταλάων πολυχεύματα ῥεῖθρα
Οἷς κομάει κόσμος, οἵσι γέγηθε γένος. [λων,
Χαῖρε, θρόνος καθύπερθε θρόνων φλογερῶν, πανυ-
Αὐτόχυτος φαέων, αὐτοτόκος φάεος.
D Χαῖρε, λόγων καθύπερθε λόγῳ Λόγον ἐκτετοκυῖα,
Καὶ λόγος ἀμφοτέρων ἐκπροθέουσα νόον.
Χαῖρέ μοι, ὦ Βασίλεια, καὶ ἀμφοτέρων διὰ κόσμων
Βασιλικῆς Τριάδος δευτέρα οἰοτάτης. {νοῦς,
Χαῖρ', ἐμὸν εὖχος, ἐμὸν φάος, ὄλβος, πνεῦμα, λόγος,
Ἐλπίδος ἀμφοτέρας τέκμαρ ἀειθαλέος.
Χαῖρέ μοι, ὦ Βασίλεια πανίλαος, εὔχαρις ὕμνον
Ἐκ ῥυπαρῶν στομάτων δέγνυσο ἡμετέρων.

HYMNUS III.

Salve, Virgo miranda, hominum generisque leva-
Gaude, gaudii apex, metaque dedecoris. [men,
Salve, Virgo, Camœna beatis mentibus apta, [num.
Quæ longe superas mentem animumque homi-

ΥΜΝΟΣ Γ.

Χαῖρε, Κόρη, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ
Χαῖρε, χαρᾶς ἀρχὴ, χαῖρε, τέλος κατάρας.
Χαῖρε, Κόρη, μέγ' ἄεισμα, καὶ οὐρανίοισι νόεσσι,
Πολλὸν ὑπεκπροθέον καὶ νόον οἷα λόγον.

Χαῖρε, θέαμα, Κόρη, φοβερὸν, φλογερὸν, πανάϋλον
tavit; stetit ad splendorem ejus luna cœli. Sagitta tua lux, et fulguris ignis telum. Terram devastes minis tuis, ira tua gentes percellas, venisti in salutem populi tui et christorum tuorum; contra inimicos pessimos mortem misisti, colla vincis, conteris cervices, capita potentium resecas in furore; et cordis trepidatio illos occupabit. Superbiunt ut pauper in abscondito comedens. Equos autem tuos currere contra aquas jussisti humidum perturbantes alveum. Percussus sum, contremui, et obstupui, cum oraculo futurum prævideo. Ingressus est usque ad ossa ipsa tremor, agitatus sum robore in imo. Lætabor spiritu, in tempore laborum intrabo in populum meæ habitationis. Ideo D ficus suavis fructu non incurvabitur, neque abundabit botrus in vineis; decipiar olivos inspiciens, et arvorum esca non os implebit; et pecudum multitudo deficit mihi fame consumptarum, et boum præsepe vacuum. Mihi autem Dominus gloria, gaudium, robur, in perfectionem bonorum pedes disponens, in sublimibus statuens ita ut vincam in cantibus.

167. Canticum V. — *Isaiæ prophetia, et plerumque oratio.*

E nocte splendorem tuum vidit spiritus meus,

Φῶς γὰρ νόμος σὸς τοῖς ἐφημέροις, Λόγε.
Οἱ γῆς ἔνοικοι, γνῶτε τὴν ἴσην κρίσιν·
Ἰδοὺ πέρας γὰρ ἔσχε τῶν τολμημάτων
Πᾶς δυσσεβὴς, ὃς οὐ διδάσκεται κρίσιν,
Οὐδ' ὀρθὸν οἶδεν ἔργον ἐν γῇ καὶ λόγον.
Ἥστραψε Χριστὸς, δυσσεβὴς πᾶς ἐρρέτω·
Ὡς αἰσχρὸν ὄμμα δόξαν ἀγνὴν οὐκ ἴδῃ.
Ὡς ἦν κραταιὸς σὸς βραχίων, Χριστέ μου·
Καὶ τοῦτον οὐκ ᾔδεισαν οἱ τολμητίαι·
Πλὴν γνόντες οἰμώζουσι, καὶ σὺν αἰσχύνῃ
Ζῆλος καθέξει λαὸν ἠγριωμένον.
Καὶ λήψεται πῦρ ὡς τροφὴν ἐναντίους.
Ὃς πᾶν καλὸν δέδωκας, εἰρήνην δίδου,
Σὸν πλάσμα, Πλάστης, ἐξαναπλάσαις τάχος·
Οὐκ ἴσμεν ἄλλον πλὴν μόνου σοῦ Δεσπότην.
Ὡς οὐ πάλιν πνεύσουσιν οἱ τεθνηκότες,
Οὐδ' ἰατροὶ σώσουσι νεκροὺς ἐκ τάφου.
Ἀνθ' ὧν ἐπάξεις, ἐξολοθρεύσεις, ἄρῃς
Πᾶν ἄρσεν αὐτῶν [17], καὶ κατάξεις εἰς τάφον.
Τοῖς γῆς κραταιοῖς δεινὰ πρόσθες, Χριστέ μου,
Πρὸς σὲ βλέπουσιν οἱ φόβῳ πεφρικότες·
Παιδευτικὴ σὴ ῥάβδος εἰς μικρὸν δέος.
Τίκτουσαν ὥσπερ ἔσχεν ὠδὶς καὶ μόγος,
Ἀριμύς τις ὀξὺς ῥήγνυσι, βοᾷ μέγα.
Καὶ σὴ κατέστη μοῖρα τοιουτοτρόπως,
Τὸν σὸν φόβον συνέσχε γαστρὶ καρδίας,
Ὠδινε, τίκτει πνεῦμα τῆς σωτηρίας.
Οὐδὴ πεσεῖται πᾶς τις ὁ βλέπων ἄνω,
Οἱ γῇ πεσοῦνται τῇδε προστετηκότες,
Πνεύσουσι νεκροὶ, καὶ παλαιῶν μνημάτων
Οἰκήτορες λείψουσιν ἅλμασι λίθους·
Πλησθήσεται δὲ χαρμονῆς πᾶσα κτίσις.
Ἴαμα πᾶσι τοῖς βροτοῖς ἡ σὴ δρόσος·
Μόνη πεσεῖται δυσσεβῶν κατοικία.

ρξη'. Ὠδὴ ϛ'. — *Ἐκ θηρὸς ἐκραύγασεν Ἰωνᾶς τάδε.*

Πρὸς Κύριον κέκραγα συσχεθεὶς πόνοις
Κἀκεῖνος εἰσήκουσε καὶ φθάνει τάχος.
Ἤκουσε κραυγῆς κοιλίας ἐκ ταρτάρου.
Ῥίψας θαλάσσης εἰς βάθη με καρδίας
Κυκλοῖ ποταμοῖς, ὑδάτων πλῆθος χέει,
Ἰκνούμενόν μου πνεύματος καὶ καρδίας·
Ἐμοῦ διῆλθε πάντα τῶν σῶν κυμάτων·
Ἔφην ἀπῶσμαι, Χριστέ μου, σῶν ὀμμάτων·
Ὕδωρ κατέῤῥει τῆς ἐμῆς ψυχῆς μέχρι·
Ἄβυσσος ἐσχάτη με κυκλοῖ τὸν τάλαν.
Σχισμαῖς πετρῶν ἔδυσα καὶ γῆς πυθμένας
Ὤκησα, μοχλοὺς εἶδον ἀῤῥήκτους πάλαι.
Ἀλλ' ἐκ φθορᾶς φῶς ἡ ζωή μου βλεψάτω,
Σὲ τὴν γλυκεῖαν τῶν ὁρώντων ἡμέραν,
Ὡς ἐκπνέειν ἔμελλον, ὡς λιπεῖν βίον.
Ἀνεπτερώθην νῦν λαχὼν τὸν Δεσπότην·
Ἐμὴ προσευχὴ πρὸς θρόνον τὸν σὸν δράμοι,
Καὶ σαῖς ἀχράντοις εὐθὺς ὠσὶν ἐμπέσοι.
Ἔλειψαν ὡς ἔλαιον αὐτῶν οἱ μάτην
Λαλοῦντες ἢ φρονοῦντες οἱ πλήρεις φθόνου,
Ἐγὼ δὲ θύσω δόξαν, αἶνον χειλέων,
Δάκρυ, προσευχὴν, συντριβὴν τῆς καρδίας·
Καὶ πάντα δώσω θᾶττον ὡς ὑπισχόμην,
Σοὶ σῶστρα τίνων τῷ κρατοῦντι τῶν ὅλων.

lux enim lex tua mortalibus, Verbum. Terræ incolæ, cognoscite justum judicium. Ecce enim terminum habuit facinorum omnis impius, qui non discit justitiam, neque rectum novit in terra opus et verbum. Fulguravit Christus, impius omnis abeat; ut turpis oculus gloriam puram non videat. Cum erat validum brachium tuum, Christe mi, et illud non cognoverunt facinorum osores; sed nascentes lamentantur, et cum pudore invidia occupabit populum efferatum. Et absumet ignis ut cibum adversarios. Qui omne bonum dedisti, pacem dona, tuum opus, Creator, cito restaures; non novimus alium præter te solum Dominum. Cum non rursus respirabunt jam mortui, neque medici salvabunt mortuos e sepulcro: hos contra quos ingressus es, destrues, bellum omnia ab illis tulit, et in sepulcrum deduces. Potentibus terræ sæva profer, Christe mi, qui in te aspicient timore trepidantes: correctionis tuæ virga in levem metum. Velut parientem premit dolor et cruciatus, asper aculeus pungit, multum clamat. Et eodem modo tua hæreditas constituta est, tuum timorem concepit corde in intimo, doluit, parit salutis spiritum, ad humum cadet omnis qui sursum aspicit, cadent qui terræ huic adhærent, respirabunt mortui, et antiquorum monumentorum incolæ desecrent saltando lapides. Implebitur autem lætitia universa creatio. Sanatio omnibus hominibus ros tuus; sola decidet impiorum habitatio.

168. Canticum VI. — *E pisce clamavit hæc Jonas:*

Ad Dominum clamavi tribulatione oppressus; et ille exaudivit et cito adjuvit, audivit clamorem e ventre inferi, projiciens me in profundum cordis maris, fluminibus circumdat, aquarum multitudo fluit spiritum meum et cor inundans; in me transierunt omnes fluctus tui. Dixi: Abjectus sum, Christe, ab oculis tuis; aqua impetit me usque ad animam, abyssus profunda me miserum vallat. In scissuris petrarum quievi, et terræ fundamenta habitavi, vectes jamdudum immotos vidi. Sed e corruptione lucem vita mea aspiciat, te dulcem cernentibus diem, quia exspirare debui et vitam linquere, nunc alis sublatus sum Dominum sortitus. Mea oratio ad thronum tuum perveniat, et tuis sanctis auribus statim audiatur. Dereliquerunt ut suam misericordiam qui frustra loquuntur aut cogitant, invidia pleni. Ego autem gloriam immolabo, labiorum laudem, fletum, orationem, contritionem cordis; et omnia dabo citius quam promisi, tibi vota pro salute solvens universorum Regi.

[17] αὐτ (sic).

ρξθ'. Ὠδὴ Ζ'. — *Δρόσος καμίνου, τῶν τριῶν αἶνος νέων.*

Ὡς εὐλογητὸς, αἰνετὸς, δόξης γέμων
Θεὸς πέφυκας, ὁ πρὶν ὀφθεὶς πατράσι,
Θεὸς κραταιὸς, φρικτὸς, οἰκτίρμων γέμων.
Δίκαιος εἶ τὰ πάντα, καὶ πᾶσαι κρίσεις
Αἱ σαὶ δίκαιοι, πᾶσα δ' εὐθεῖα τρίβος,
Καὶ πᾶσα πρᾶξις εἰς ἀλήθειαν βλέπει.
Καὶ πάντα νῦν ἐπῆξας ἡμῖν σὺν δίκῃ,
Ἡμῖν τε καὶ σοῦ τῇ πανολβίῳ πόλει·
Πόλει κραταιᾷ φιλτάτων σου πατρίδι.
Πολλὰς δίκας σοι τίνομεν [18] τολμημάτων,
Ὡς ἐξαπεστράφημεν, ὡς ἀποστάται
Ὤφθημεν ἐκ σοῦ, τοὺς τεθέντας σοι νόμους
Πατοῦντες οὐκ ἔγνωμεν· οὐ προσταγμάτων
Τῶν σῶν ἐπεστράφημεν, οὐδὲ καρδίαις
Κεκρυμμέναις συνείδομεν τὰ πρακτέα.
Δι' ὧν δικαίως ἐξετόξευσας βέλος.
Ἅπαν καθ' ἡμῶν, πᾶν ἐπῆξας σὺν κρίσει·
Δέδωκας ἡμᾶς χερσὶ δυσμενεστάταις
Ἐχθρῶν ἀπίστων, ἐκνόμων, μιαιφόνων·
Δεινῷ βασιλεῖ καὶ τυραννικωτάτῳ,
Νικῶντι πᾶσαν ἐν πονηρίᾳ χθόνα·
Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὖν διᾶραι τὸ στόμα,
Χλεύη, γέλως, ὄνειδος, αἰσχύνη, κόπρος
Πᾶσι δικαίως σοῖς κατέστημεν λάτραις.
Μὴ δὴ παραδῷς εἰς τέλος μαστιγίας·
Ὅρκους δὲ τοὺς σοὺς σκορπίσῃς εἰς ἀέρα,
Οἰκτόν τε τὸν σὸν ἐξαποστήσῃς ὅλως.
Σὴν κλῆσιν αἰδέσθητι καὶ τὴν σὴν φύσιν
Δι' Ἀβραάμ· τὸ φίλτρον Ἰσαὰκ, λάτριν

A Σὸν Ἰσραὴλ, τρὶς, ἡ Τριὰς, πρέσβεις δέχου
Οἷς καὶ προσεῖπας σπέρμα πληθῦναι τόσον,
Ψάμμον θαλάσσης ὥσπερ, ἄστρα τοῦ πόλου.
Δι' ὧν, Βασιλεῦ, ἐσμὲν ἠπορημένοι,
Σμικροὶ, ταπεινοὶ, δυστυχεῖς, ἀπωσμένοι
Ἔθνους τε παντὸς, γῆς ὅλης ὑβρισμένοι
Μάστιξι πολλαῖς, οἷα ταῖς ἁμαρτίαις·
Οὐκ ἔστιν ἄρχων, οὐ προφήτης, οὐδέ τις
Ποιμὴν, δικαστὴς, ἱερεὺς, στρατηγέτης·
Οὐ θυμίαμα προσφορὰ καὶ θυσία,
Οὐ ναὸς, οὐδὲ βωμὸς, ὥστε καὶ θύσαι
Κάρπωμα δεκτὸν, καὶ γόνυ κλῖναι κάτω,
Καὶ τὸν σὸν οἶκτον ἑλκύσαι παραυτίκα.
Ἀλλ' ἀντὶ πολλῶν ταῦτα θυμάτων δέχου
Ψυχὴν ταπεινὴν, πνεῦμα συντετριμμένον,
B Πηγὰς ῥεούσας δακρύων, ἐξ αἱμάτων
Ταύρων καθώσπερ μυριάδας καὶ τράγων,
Σκαίροντας ἀρνοὺς, πίονας μόσχους νέους·
Οὕτως παρ' ἡμῶν τὰς ἀναίμους θυσίας
Ὡς τερπνὰ δῶρα καὶ δέχου καὶ προσδέχου.
Οὐ γὰρ καλύψει τὸ πρόσωπον αἰσχύνη
Τῶν σοὶ τὸ θάρσος εἰσαεὶ τεθεικότων.
Καὶ νῦν ποθοῦμεν ἐξ ὅλης σε καρδίας
Καὶ φρίσσομέν σε, καὶ θέας ἠρτημένοι
Τῆς σῆς ὄπισθεν ὥσπερ ἐκπεπληγμένοι,
Δριμεῖς ἐρασταὶ σοὶ βοῶμεν ἐκ βάθους·
Μὴ δὴ παρόψει, μὴ καταισχύνῃς λάτρας,
Δράσον μεθ' ἡμῶν, οἷα χρηστὸς τὴν φύσιν,
Πρᾶος, προσηνὴς, ἵλεως, οἰκτου γέμων,
Θαυμαστὸς ἰσχὺν, δόξαν ἠμφιεσμένος,
C Μετατραπείη τοῖς κακούργοις ἡ δίκη,

169. Canticum VII.— *Ros fornacis, trium juvenum hymnus.*

Quam benedictus, laudabilis, plenus gloria es, Deus, qui prius patribus visus es, potens Deus, terribilis, misericordiarum plenus. Justus es in omnibus, et judicia tua omnia justa, et omnis via recta, et omne opus in veritatem dirigitur. Et omnia nunc nobis induxisti cum justitia; nobis et tuæ fortunatæ civitati; civitati potenti dilectorum tuorum patriæ. Multas pœnas tibi solvimus facinorum, quia perversi fuimus, quia rebelles a te recessimus, leges a te statutas conculcantes non agnovimus; non præceptis tuis obtemperavimus, neque cordis cum abscondito consentire operæ fecimus. Idcirco juste tela omnia immisisti contra nos, omnia induxisti cum justitia. Tradidisti nos manibus pessimis inimicorum infidelium iniquorum, homicidarum; regi tremendo et injustissimo, nequitiæ terræ omni præstante. Non licet ergo nobis os aperire; derisus, ludibrium, opprobrium, confusio, sordes omnibus justis servis tuis stetimus. Ne igitur tradas nos in finem flagellationis; ne dissipes in aera juramenta tua, et misericordiam omnino ne auferas. Invocatione tua et natura tua commovearis per Abraham, dilectum Isaac, servum tuum Israel, tres, o Trinitas, intercessores accipe, quibus promisisti semen multiplicandum esse quantum arenam maris et stellas cœli. Quia, o rex, egeni sumus, parvi, humiles, miseri, expulsi ab omni gente, terræ universæ opprobium facti flagellis in multis, propter peccata. Non est princeps neque propheta, non est pastor, judex, sacerdos, dux exercitus, non est incensum, oblatio nec sacrificium, non templum, non altare, ad sacrificandum hostiam acceptabilem, et genu deorsum flectendum, et attrahendum tuam misericordiam in præsenti. Sed pro multis hæc sacrificiis accipe animam humilem, spiritum contritum, fontes lacrymarum: sicut in sanguine taurorum millia et hircorum, saltantes agnos, pingues et teneros vitulos, ita a nobis incruentas hostias, ut jucunda dona accipe et acceptabiles habe. Non enim occultabit confusio faciem eorum qui in te robur statuerunt. Et nunc amamus te ex omni corde et timemus te, et conspectui tuo hærentes retrorsum velut stupore percussi, ardentes amatores tibi clamamus e profundo: Ne despicias, ne confundas servos, fac nobiscum, sicut natura mansuetus, mitis, indulgens, misericors, miserationis plenus, robore mirandus, gloria indutus; convertatur in malum operantes ultio tua, confusionem accipiant audaces;

[18] τείνομεν cod.

Τὴν ἐντροπὴν λάβοιεν οἱ τολμητίαι.
Λήψοιτο δεινὰ, δεινὰ τοὺς εἰργασμένους [19].
Λήψοι τὸ πρόσωπον αὐτῶν αἰσχύνη·
Πάσης πέσοιεν ἐκ δυναστικῆς βίας,
Καὶ συντριβείη πᾶν τὸ τῆς ῥώμης κράτος.
Γνώτωσαν ὡς σὺ Κύριος Θεὸς μόνος,
Θεὸς κραταιὸς, γῆς ὅλης δόξης ὅλος.
Οἱ τρεῖς μὲν οὕτως εὐσεβεῖς νεανίαι.
Οἱ δ' ἐμβαλόντες εἰς κάμινον τοὺς νέους,
Βάλλοντες οὐκ ἔλειπον οἷσπερ τὴν φλόγα
Εἰς ὕψος ἦρον, ἑπτακις πυργουμένην.
Ἐξ ἑπτὰ πηχῶν ἔβρεμε τὸ πῦρ μέγα,
Ἡ φλὸξ ἐχεῖτο, καὶ διέτρεχε κύκλῳ,
Φλέγει δὲ πάντας ὥσπερ εὗρε καὶ κύκλῳ,
Δεινοῦ τυράννου δημίους ὑπηρέτας·
Καὶ συγκατῆλθε τοῦ Θεοῦ παραστάτης·
Οὗτος ῥαπίζει τὴν κάμινον κυκλόθεν
Ταιδρὸς, ῥιφεῖσι τοῖς νέοις εἰς τὴν φλόγα,
Ὃς ἐκτινάσσει τῆς καμίνου τὴν φλόγα,
Μέσον δὲ πνεῦμα τῆς καμίνου πνεῖ δρόσου
Ψύχον τι [20] τερπνὸν καὶ συρίζον ἠρέμα.
Τὸ πῦρ μερισθὲν φῶς παρεῖχε τοῖς νέοις·
Τὸ καυστικὸν δὲ τοῖς ἀνάψουσι μόνοις,
Συνεῖχεν ὡς θάλαμος ἡδὺς τοὺς νέους,
Ἔφλεξεν οὐδὲν, οὐ παρηνώχλησέ τι,
Δεσμοὺς ἔκαυσε, τῶν τριχῶν ἀπέσχετο.
Τότε κροτοῦντες εὐσεβῶς οἱ τρεῖς ἅμα
Μιᾷ τε γλώσσῃ καὶ μιᾷ προθυμίᾳ
Ἡλέκοντες ἦσαν αἶνον, ὕμνουν, εὐλόγουν,
Εἶχον χορείαν, ᾠδὴν εὐχαριστίαν.

A Καὶ ταῦτα τερπνῶν ἐξεφώνουν χειλέων·
Ὡς εὐλογητὸς, ὡς ὑμνητὸς, ὡς μέγας
Θεὸς κραταιὸς, Κύριος παντοκράτωρ!
Θεὸς παλαιὸς τῶν πάλαι γεννητόρων,
Ὑψηλὸς, ὕψους παντὸς, αἰώνων ἄνω,
Καὶ κλῆσις εἰς ἄπειρον αἰώνων τέλος,
Νικῶσα δόξαν, ὕμνον, ὕψος καὶ χρόνον.
Βλέπων ἄνωθεν τῆς ἀβύσσου πᾶν βάθος·
Θρόνῳ Χερουβὶμ ἐγκαθήμενος φλέγων,
Ὡς εὐλογητὸς, ὡς ὑμνητὸς, ὡς μέγας!
Ὃν εὐλογοῦσιν οὐρανοὶ γῆ καὶ νότος·
Ὡς εὐλογητὸς, ὡς ὑμνητὸς, ὡς μέγας!

ρο'. Ὠδὴ Η'.

Τὰ κτιστὰ, τὸν κτίσαντα Χριστὸν εὐλόγει,
B Ὑψοῦτε, δοξάζοιτε, μέχρι τερμάτων.
Πόλος Θεοῦ, νόες τε, τὸν Θεοῦ Λόγον
Ὑψοῦτε, δοξάζοιτε μέχρι τερμάτων.
Ἅπαν τὸ ῥευστὸν, πᾶσα τῶν ἄνω φύσις, [ὑψοῦτε]
Ἄστρων, σελήνης κάλλος, ἡλίου φάος, [ὑψοῦτε]
Πᾶν πνεῦμα, καὶ πᾶς ὄμβρος ἢ πᾶσα δρόσος, [ὑψοῦτε]
Καύσων, ψύχος, πῦρ, καῦμα καὶ φλὸξ ἡλίου, [ὑψοῦτε]
Φῶς καὶ σκότος, πῦρ ἠδὺ, φέγγος ἡμέρας, [ὑψοῦτε]
Πάχναι, κεραυνοὶ, χιόνες, πάγοι, νέφη, [ὑψοῦτε]
Ὄρη, λόφοι, γῆ πᾶσα, πᾶσα γῆς φύσις, [ὑψοῦτε]
Πηγαὶ, θάλασσα, τῆς ὑγρᾶς πᾶν θηρίον, [ὑψοῦτε]
Θῦται, προφῆται καὶ λάτραι, νεωκόροι, [ὑψοῦτε]
Ψυχαὶ δικαίων, αἱ πνοαὶ τῶν κειμένων, [ὑψοῦτε]
Οἱ ζῶντες ἁγνῶς, οἱ ταπεινοὶ καρδίᾳ, [ὑψοῦτε]
Ἀνανία τε Μισαὴλ, Ἀζαρία, [ὑψοῦτε]

mala invadant mala operantes; operiat faciem eorum confusio; cadant omni potentiæ tuæ vi, et conteratur roboris illorum omnis virtus. Cognoscant quia tu Dominus Deus solus, Deus potens, universam per terram gloria universus.

Tres quidem juvenes ita pie cantabant. qui autem injecerant in fornacem juvenes, non cessabant immittere materias quibus flamma in altum se attollebat, septies ut turris exsurgens. Septuaginta cubitorum ignis altus rugiebat, flamma effusa est et circumacta, consumit autem omnes quos circum invenit, sævi tyranni publicos ministros: et descendit Dei assistens angelus; percutitque in circulum fornacem conspicuus, immissis juvenibus in ignem, et excutit in fornace flammam, mediumque spiritum in fornace spirat quasi roris spiritum jucundum et leniter sibilantem. Ignis divisis lucem juvenibus præstitit, ardoremque solis incendentibus; excepit ut mollis thalamus juvenes, non eos combussit, neque quidquam molestiæ attulit; vincula cremavit, ab eorum capillis abstinuit. Tunc pie plaudentes tres simul juvenes una lingua et uno ardore conjuncti cantaverunt laudem, hymnum cecinerunt, benedixerunt, choream egerunt, actionem gratiarum exprompserunt; et hæc suavibus e labris dixerunt: Quam benedictus, quam laudabilis,

C quam magnus est Deus potens, Dominus universorum Rex! Deus antiquus antiquorum patrum altissimus, supra altitudinem omnem, et omne sæculum, et nomen ejus in infinitam sæculorum seriem, gloriam superans laudem altitudinem et tempus. Ex alto intuetur abyssi profunditatem, throno cherubim flammeo insidet. Quam benedictus, quam laudabilis, quam magnus! quem benedicunt cœli, terra et mare: quam benedictus, quam laudabilis, quam magnus!

170. Canticum VIII.

Creata, Creatorem Christum benedicite, exaltate; glorificate usque ad extrema.

Cœlum Dei, spiritusque, Deum Verbum exaltate, glorificate usque ad extrema.

D Omne fluidum, omnis superna natura, exaltate: astrorum, lunæ pulchritudo, solis lumen, exaltate; omnis spiritus, omnis imber, omnis ros, exaltate; æstus, frigus, ignis, calor et flamma solis, exaltate; lux et tenebræ, jucunde ignis diei, splendor, exaltate; glacies, fulmina, nives, gelu, nubes, exaltate; montes, colles, omnis terra, omnis terræ natura, exaltate; fontes, mare, aquarum omnia animantia, exaltate; sacerdotes, prophetæ et famuli, neocori, exaltate; animæ justorum, spiritus jacentium, exaltate; qui vivitis caste, qui corde humiles estis, exaltate; Anania, Misael, Azaria, exaltate.

[19] ἠργασμ. cod. [20] ψύχοντι cod.

Στίφος προφητῶν, μαρτύρων, ἀποστόλων [ὑψοῦτε]
Τὸν Φύντα, τὸν Φανέντα, Πνεῦμα, τὰ τρία,
Εἷς Κύριος, σέβοιμεν ἓν καὶ τὸ κράτος,
Νῦν καὶ πρὶν καὶ εἰς αἰῶνας αἰώνων. Ἀμήν.

ροα'. Ὠδὴ Θ'. — *Ὠδὴ θεάνδρου Μητροπαρθένου Κόρης.*

Ψυχή, σέμνυνε Δεσπότην, τὸ πνεῦμά μου
Ἀγαλλία, χόρευε, χαῖρε καὶ κρότει.
Ἐπεῖδε καὶ γὰρ Κύριος πρὸς τὴν λάτριν,
Καὶ τὴν ταπεινὴν ἦρεν εἰς ὕψος μέγα·
Τέθεικε θαῦμα τῆς ὅλης οἰκουμένης·
Ἴδὲ κλεΐζει πᾶν γένος με, πᾶν ἔθνος·
Μέγιστά μοι δέδρακε καὶ κρεῖττω λόγου
Οὗ δόξα, κλῆσις, οἶκτος οὐκ ἔχων ὅρον.
Ἔδειξεν ἡμῖν τὸ κράτος βραχιόνων.
Εἶλε δυνάστας ἐκ θρόνων, καὶ τοὺς κάτω
Ὕψωσεν ἐκ γῆς, ἐξέπλησε γαστέρας
Διμῷ τακείσας, ἐξέτηξε τὴν ὕβριν·
Τοῦ παιδὸς ἀντέλαβε Ἰσραὴλ ἑφυ,
Καθὼς προεῖπε τοῖς παλαιοῖς πατράσι,
Πρὸς Ἀβραάμ τε καὶ σπερμοῖς Ἀβραμίδαις.

ροβ'. *Ζαχαρίου θέσπισμα καὶ χρησμῳδία.*

Ὦ; εὐλογητὸς, Ἰσραὴλ, ὁ Δεσπότης,
Οἵ; εὐμενῶς ἐπεῖδεν οἰκείους λάτρας,
Καὶ παιδὸς οἴκῳ Δαυῒδ ἤγειρε κέρας
Δέδωκε καὶ λύτρωσιν αὐτοῖς, ὡς ἔφη

A Γλώσσαις προφητῶν, πατριαρχῶν μακρόθεν,
Ἐχθρῶν παρασχεῖν δυσμενῶν σωτηρίαν,
Οἶκτον τεκόντων· καί τε μνησθῆναι λόγων,
Ὅρκου θ' ὃν εἶπεν Ἀβραὰμ δοῦναι πάλιν,
Ῥυσθεῖσιν ἡμῖν χειρὸς ἐξ ἐναντίων,
Αὐτῷ λατρεύειν καὶ μόνῳ ζωῆς χρόνους.
Σὺ δὲ προφήτης, παιδίον, θεοῦ γένῃ,
Καὶ πρὸ προσώπου προσδραμῇ τοῦ Κυρίου
Λίθους διᾶραι, τὰς ὁδοὺς ἑτοιμάσαι,
Γνῶσίν τε δοῦναι πᾶσι τῆς σωτηρία;,
Λύτρον δι' οἶκτον πταισμάτων εὑρηκόσιν.
Ἐν οἷς ἐδόντες οἱ καθήμενοι σκότει
Ἐπισκοπῆς φῶς ὑψόθεν διαυγάσαν,
Πόδας κατευθύνωμεν εἰς θείας τρίβους.

ρογ'.

B Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον· εἰν ἀγορῇ μὲν
Κύδεα καὶ πυνητὸν [10] πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
Ἄμπαυμ'· ἐν δ' ἀγροῖς φύσιος χάρις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Κέρδος· ἐπὶ ξένης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·
Ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. Ἔχεις γάμον; οἶκος [ἄριστος
Ἔσεται. Οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος.
Τέκνα, πόθος· ἄφροντις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
Ῥωμαλέαι, πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
Οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν μόνον [11] αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίου.

Cohors prophetarum, martyrum, apostolorum, exaltate Genitorem, Genitum, Spiritum, tres, unum Dominum, adoramus unam quoque potentiam, nunc et prius et in sæcula sæculorum. Amen.

171. Canticum IX. *Dei hominis Matris Virginis canticum.*

Anima, magnifica Dominum; spiritus meus, exsulta, salta, lætare et plaude; respexit enim Dominus in ancillam, et humilem erexit in summum fastigium. Prodigium statuit universo orbi, ecce invocat me omnis gens, omnis populus. Maxima fecit mihi et sermone præstantiora, cujus gloria, nomen, misericordia non habent limitem. Ostendit nobis brachiorum potentiam, principes e throno dejecit, et dejectos e terra extulit; implevit ventres fame consumptos, opprobrium exemit. Puerum Israel suscepit, sicut locutus est antiquis patribus, Abraham et nobilibus Abraham filiis.

172. *Zachariæ oraculum et propheticum canticum.*

Quam benedictus, Israel, est Dominus, quia clementer respexit in suos servos, et pueri sui David in domo cornu erexit! dedit etiam salvationem illis, ut dixit per linguas prophetarum, antiquorum patriarcharum; salutem præstiturum ab inimicis pessimis patrum miseratum: et recordaturum verC borum, jusjurandumque quod juravit ad Abraham daturum iterum nobis liberatis e manibus inimicorum, ut illi serviamus soli toto vitæ tempore. Tu autem, puer, propheta Dei fies, et præibis ante faciem Domini lapides auferre, vias præparare, dareque omnibus scientiam salutis, remissionem peccatorum per misericordiam invenientibus; ubi videntes nos, qui in tenebris sedebamus, vigilantiæ lucem desursum splendentem, pedes dirigamus in vias divinas.

173.

Multiplicem vitæ semitam distinguere est: in foro honores et prudentes actiones; in domibus autem cessatio; in agris naturæ gratia; in mari D luerum; in terra aliena, siquidem habes aliquid, inclytus erit; si pauper es, solus nosti. Nupsisti? domus nobilis erit; non nupsisti? levior adhuc vivas. Liberi dulcis amor; sine liberis vita quieta; juventus robusta, cani e contra pii magis. Non ergo duorum solum electio habetur, vel nunquam exstitisse, vel mori; nam omnia in vita sunt bona.

[10] Leg. πινυταί. [11] μόνων cod.

INEUNTE SÆCULO X.

COSMAS VESTITOR

NOTITIA

(Cas. Oudin *De script. eccles.*, tom. II, col. 400.)

Cosmas Vestitor, natione Græcus, in aula Constantinopolitana inter primos enituit, ea ætate qua imperium Orientale cum gloria et laude Leo VI imperator, cognomento *Sapiens* et *Philosophus*, administrabat. Dictus *Vestitor* seu Βέστητορ apud Græcos ætatis sequentis, quod sub imperatore isto officium *vestitoris* seu *protovestiarii* nobile obtineret, cujus partes erant ut ipsi imperatori vestiendo adesset, ac vestibus imperialibus tum comparandis, tum custodiendis præfectus esset. (Vide Georgium Codinum Curopalaten in libro *De officialibus palatii CP.*, 1 cap. 2 et 5.) Ætatem illius scriptoris assecutus sum ex Anonymo qui *Vitam sancti Joannis Chrysóstomi* ex diversis auctoribus conscripsit circa annum 950, aliquanto post Constantini Porphyrogeniti tempora, quem profert Henricus Savilius in editione Græca Operum D. Joannis Chrysostomi omnium (tomo VIII, pag. 293), Etonæ facta. Collegit hic Anonymus *Vitam Chrysostomi* ex scriptoribus viginti antiquioribus, quorum catalogum operi suo juxta rationem temporum præmittit, atque una velut ejusdem temporis, *Cosmam Vestitorem* loco decimo quarto, *Leonem imperatorem* loco decimo quinto, qui ambo de Chrysostomi laudibus ante se egerant, conjungit (*a*). Cum itaque Leo imperator, Sapiens dictus, multas homilias et encomia in laudem sanctorum atque festorum et solemnitatum Ecclesiæ ex ante dictis collegisset, Cosmas Vestitor seu Vestiarius, dominum imperatorem suum imitatus, cujus lateri assidebat, opuscula quoque in laudem sanctorum nonnulla Græce composuit, quæ adhuc mss. in bibliothecis Anglicis atque aliis inveniuntur. Juxta Allatium in Diatriba *De Symeonum scriptis*, pag. 95, *Cosmæ Vestitoris in sanctos Joachim et Annam parentes Deiparæ* (*b*), Εἰς τοὺς ἁγίους Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν τοὺς γονεῖς τῆς Θεοτόκου, incipit : Ἡ χθὲς τῆς Θεοτόκου γενεθλιακὴ πανήγυρις τῆς κοσμικῆς χαρᾶς, etc., *Hesterna Deiparæ nativitatis panegyris, sæculari seu mundano gaudio*, etc. Inter mss. codices Bodleianæ bibliothecæ in mss. codicibus Baroccianis, codice 234, num. 1 : *Cosmæ Vestitor in Zachariam prophetam*, pag. 1 : Μύστα τῶν ἀῤῥήτων. Inter mss. codices Ecclesiarum Angliæ cathedralium et aliarum ejusdem regni insignium bibliothecarum codice 5950, in mss. codicibus Thomæ Galei Græcis, codice 116, num. 1 : *Cosmæ Vestitoris encomium Zachariæ prophetæ*. Leo Allatius in Diatriba *de Symeonum scriptis*, pag. 100 : *Cosmæ Vestitoris* λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν προφήτην καὶ ἀρχιερέα Ζαχαρίαν, incipit : Μύστα, etc. Inter mss. codices Bodleianæ bibliothecæ, codice 269, in mss. codicibus Thomæ Roe, codice 23, num. 3 : *Cosmæ Vestitoris de reportatis Joannis Chrysostomi Constantinopolim reliquiis* fragmentum, pag. 161 : Ἤκουσται πάντως ὑμῖν, etc., et inter mss. codices ecclesiarum Angliæ cathedralium et aliarum ejusdem regni insignium bibliothecarum, codice 6043, in manuscriptis codicibus ejusdem Thomæ Galei, codice 209 : *Sermo Cosmæ Vestitoris in Joannis Chrysostomi reliquias Constantinopolim reportatas*. Leo Allatius pag. 94 loco citato : *Cosmæ Vestitor de relatione corporis S. Joannis Chrysostomi Constantinopolim*, Εἰς τὴν ἐπάνοδον τοῦ λειψάνου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, incipit : Ἤκουσται πάντως ὑμῖν, etc. Inter mss. codices Bodleianæ bibliothecæ, codice 3561, in mss. codicibus in Hyperoo Codleiano exsistentibus, littera A, codice 71, num. 1 : *Cosmæ Vestitoris Canon in Theophaniam Domini nostri Jesu Christi die 6 januarii*, pag. 1, ad 8. Agunt porro de Cosma Vestitore Henricus Savilius in editione Græca illa omnium D. Joannis Chrysostomi operum, quam anno 1613, VIII voll. in-folio Etonæ procuravit, tomo VIII, pag. 293, et pagg. 943 et 944, ubi testatur se habuisse in manibus *Encomium Cosmæ Vestitoris Græcum* in reportatas S. Joannis Chrysostomi reliquias ad urbem Constantinopolim, atque alia ad eumdem spectantia, quibus edendis abstinuerit. Leo Allatius in Diatriba *de Symeonum scriptis*, pagg. 94, 95 et 100.

(*a*) Hæc tamen meræ conjecturæ inniti notat Remigius Cellier in *Hist. génér. des auteurs eccl.* tom. XIX : et R. P. Antonius Ballerini in *Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum*, Oudini assertionem falsitatis arguit : « Et falsum est in primis, ait, quod velut fundamentum statuitur, in describendo illorum auctorum catalogo ordinem temporis ab Anonymo servatum fuisse. Theodoretus enim, Nilus ac Isidorus Pelusiota præponuntur Joanni Damasceno, qui sæculo VIII floruit.... Palam est ergo non eo ordine auctores illos describi ex quo inferri possit quisnam prius, quisnam posterius floruerit. » Concludit vir doctus, « nullum adhuc indicium suppetere vi cujus Cosmas Vestitor e censu scriptorum incertæ ætatis eximi queat. »

(*b*) Edita est in Sylloge supralaudata Patris Ballerini, Romæ 1856.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΟΣΜΑ

ΤΟΥ ΒΕΣΤΗΤΟΡΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΙΩΑΚΕΙΜ ΚΑΙ ΑΝΝΑΝ ΤΟΥΣ ΕΝΔΟΞΟΥΣ ΓΟΝΕΙΣ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΜΑΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ.

—

BEATI COSMÆ VESTITORIS

IN SS.

JOACHIMUM ET ANNAM GLORIOSOS DEI GENITRICIS MARIÆ PARENTES

SERMO.

(Ex codice Vaticano n. 455 edidit Ant. Ballerini in *Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum*. Romæ, 1856.

—

Εὐλόγησον, Πάτερ.

Α'. Ἡ χθὲς τῆς Θεοτόκου γενεθλιακὴ πανήγυρις τῆς κοσμικῆς χαρᾶς ἡμῖν τὴν ἑορτὴν εὐφήμοις δεδοξολόγηκεν ὑμνῳδίαις. Ἡ δὲ σήμερον ἡμέρα τὴν εὐχαριστίαν τοῖς γεννήτορσι προσφέρει τῆς Θεοτόκου· δι' ὧν ἀπαρχὴ τῆς πάντων γέγονεν σωτηρίας. Τοίνυν τῆς θυγατρὸς ἐστιν ἡ τῶν γονέων πανήγυρις. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ δόξῃ μητρὸς συνδοξάζεται τέκνον, οὕτως καὶ ἐπὶ εὐλογίᾳ τέκνου συνδοξάζεται μήτηρ. Ἦν οὖν ἡ χθὲς ἡμέρα *θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν*· καὶ ἡ σήμερον εὐφροσύνη μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων.

Β'. Ἐγένετο ἐν τοῖς πάλαι καιροῖς ἀνὴρ δίκαιος ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ᾧ ὄνομα Ἰωακείμ· ἀνὴρ ἔνδοξος ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ· ἀνὴρ ἐπίσημος ἐν εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ· ἀνὴρ ἁπλόψυχος ἐν προσαγωγαῖς θυσιῶν· ἀνὴρ ἐν πᾶσιν εὐάρεστος τῷ Θεῷ· ἀνὴρ ἐπιθυμειῶν τῶν τοῦ Πνεύματος· ὅτιπερ ἄτεκνος ὢν καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ περὶ τέκνου συνεχόμενος, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος γεγέννηκεν νύμφην· ἀνὴρ ὡς ἀληθῶς ἐπιτυγχάνων, ὅτιπερ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τῶν εὐχῶν αὐτοῦ, δωρησάμενος τούτῳ τὴν *ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ*· λέγειν δὲ μᾶλλον, τὴν ὑπὲρ ὅλα τὰ πλήματα τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ὑψηλοτέραν ἀξίως θυγατέρα.

Γ'. Καὶ τῷδε ἦν γυνὴ θεοσεβής· ὄνομα αὐτῆς Ἄννα, ἐκ τῆς βασιλικῆς καὶ αὐτὴ φυλῆς τοῦ Ἰούδα, ἡ τοι τοῦ Δαυὶδ καταγομένη· γυνὴ παντὸς ἀπεχομένη κακοῦ· γυνὴ πιστῶς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν συνοικοῦσα τῷ ἀνδρί· γυνὴ προσευχαῖς, καὶ νηστείαις, καὶ προσφοραῖς, μεγαλοδώροις, σὺν τῷ ἰδίῳ συμβίῳ, τῷ ναῷ

Benedic, Pater.

A

I. Hesterna Dei Genitricis natalis festivitas solemnem diem gaudii, universo mundo communis, faustissimis laudibus nobis coronavit. Hodierna vero dies grati animi canticum offert Dei Matris genitoribus; per quos communis omnium salutis primitiæ in lucem prodierunt. Et quidem festum filiæ festum est parentum. Quemadmodum enim ex gloria matris simul glorificatur proles, sic et ex prolis laudatione simul glorificatur mater. Fuit igitur hesterna dies *mirabilis in oculis nostris* [1], hodierna vero lætitia memoriam justorum cum laude celebrat.

II. Fuit in prisca illa ætate vir justus ex tribu Judæ, cui nomen Joachim; vir sanctitate ac justitia
B celebris; vir nobilitate et divitiis insignis; vir in sacrificiorum oblatione sincere pius; vir in cunctis studens Deo bene placere; vir desideriorum, quæ sunt ex Spiritu: quandoquidem cum liberorum expers esset, ac desiderio prolis teneretur, sancti Spiritus sponsam genuit, vir votorum suorum felicissime compos, quoniam preces ejus exaudivit Deus, eique illam dono dedit, quæ præstat *super omnia tabernacula Jacob* [2], seu melius dixerim, filiam dedit, quæ supra universas creaturas cœlestes juxta ac terrestres merito extollitur.

III. Atqui illi pia erat uxor, cui nomen Anna, et ipsa ex regia tribu Judæ, quippe quæ e Davide originem ducebat; mulier ab omni malo abstinens; mulier, in iis quæ ad Dei cultum pertinent, fideli viro suo comes; mulier in precibus, et jejuniis, et splendidis oblationibus cum conjuge suo in templo

[1] Psal. CXVII, 23. [2] Psal. LXXXVI, 2.

Dei assidua; mulier, quæ per concordiam animi corporisque temperantiam pari semper cum viro suo sapientia enitebat. Secundum enim (primam illam mulieris) formationem ex eo, qui datus ipsi conjux a Deo fuit, os illud viri ab omni detrimento servavit integrum, conjugalem nempe illi affectum propter amorem Dei sartum tectumque custodiens.

IV. Non enim in perniciem viri, ut olim Eva, versa est; sed adjutricem se illi præbuit tum per jugem virtutum exercitationem, tum per preces quotidie ad Deum effusas. Nam pari studio ambo illi conjuges precibus e desiderio prolis insistebant, non secus atque agricola simul cum uxore sua asperam terram diligenter excolentes, dum projiciunt semen, uberem fructum consecuturos se per precationes exspectant. Non instar Evæ cum Adam, versabatur cum viro suo, sed veluti ipsi comes in operibus Deo acceptis, ac simul cum eo in benefactis spiritualibus collaborans; atque ut portio viri prorsus bona, connubii fructum ipsi eximium protulit. Et profecto Eva quidem propter arboris fructum universo mundo causam se mœroris præbuit; at conjux Joachimi Anna per fructum uteri gaudio Creatori fuit.

V. Omnibus porro exploratum est, Mariæ Dei Genitrici faustum illud nuntium delatum fuisse in Galilæa gentium, in domo Josephi Fabri, qui ad eludendas diaboli machinationes datus etiam Virgini conjux fuerat. At rursus compertum est, ipsam Christum peperisse in Bethleem; quandoquidem hæc ipsa urbs, habita matris ratione, etiam patria ipsius erat, prouti sermo inferius demonstrabit; nam paterna ejus domus Hierosolymis erat, quæ circumcingebat probaticam, ut vulgo appellabatur, piscinam (1), in qua Christus ac Deus noster paralyticum a triginta et octo annis ibi jacentem surgere jubens sanavit; velut qui ex illa domo allegorice egressurus erat pastor ovium rationalium. Deinde et in illius aquæ piscina symbolice expressam novimus baptismi gratiam; nam et diuturni erroris ægritudo, quæ, non secus ac in corporis membris fieri solet, animas hominum quadam veluti paralysi debilitaverat, purificante Spiritu per aquam sanata est; quemadmodum etiam in figura Bethleem cum cernimus, qui fermentatus est spiritualis panis vitæ. Ibi Christus et sub angeli specie visus est Abrahæ, qui pariter in forma angeli cum Jacobo luctatus est. Ipse est enim, qui ad evangelizandum

A τοῦ Θεοῦ προσκαρτεροῦσα· γυνὴ ἐν ὁμονοίᾳ ψυχῆς καὶ σωφροσύνης σώματος τὸ μονότροπον ἀεὶ τῆς γνώσεως μετὰ τοῦ ἀνδρὸς κτησαμένη. Κατὰ γὰρ τὴν πλάσιν τοῦ συζευχθέντος αὐτῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὸ ὅστοῦν διέσωσεν ἀσυντρίπτως τοῦ ἀνδρὸς, διὰ τὸ φιλόθεον τὸ φιλάνθρωπον αὐτῷ παραφυλάττουσα τῆς ξυνωρίδος.

Δ'. Οὐ γὰρ βλαπτικῶς, ὡς ἡ Εὔα, μετεποιήθη, ἀλλὰ βοηθὸς τῷ ἀνδρὶ συνηρμόσθη ἐπί τε τοῖς τῶν ἀρετῶν πολιτεύμασιν, ἐπί τε ταῖς διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἱκεσίαις. Ἴσως γὰρ οἱ δύο περὶ τὴν δέησιν τῆς ἐπιθυμίας ἀπέκαμον τοῦ τέκνου· καθ' ὃν τρόπον γεωργὸς ἅμα τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, χώραν καλλιεργήσαντος χέρσον, τὸν σπόρον καταβαλλόμενοι, τὴν εὐφορίαν τῶν καρπῶν ἐπιτυχεῖν δι' εὐχῆς ἀπεκδέχονται. Οὐχ ὡς ἡ Εὔα συζήσασα τῷ Ἀδὰμ, ἀλλ' ὡς συνεργὸς εὐχαριστίας, καὶ συμπονοῦσα μετ' αὐτοῦ ταῖς ψυχικαῖς εὐεργεσίαις· καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ μερὶς τελεσφορήσασα τὴν κοίτην τῷ ἀνδρί. Ἡ μὲν γὰρ Εὔα διὰ καρπὸν φυτοῦ τῷ κόσμῳ λύπης ἐγένετο πρόξενος· ἡ δὲ τοῦ Ἰωακεὶμ Ἄννα διὰ καρπὸν κοιλίας τῷ Κτίστῃ κεχρημάτικεν χαρά.

Ε'. Πᾶσιν μέντοι γνωστὸν, ὡς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν ἡ Θεοτόκος εὐηγγελίσθη Μαρία ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ, τοῦ καὶ χρηματίσαντος, κατὰ συναρπαγὴν τοῦ διαβόλου συζύγου τῆς Παρθένου. Εὔδηλον δὲ πάλιν, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ γεγέννηκεν τὸν Χριστόν· ὅτι καὶ πατρὶς αὐτῆς αὐτὴ ἡ πόλις ἐτύγχανεν ὡς ἀπὸ μητρὸς, καθὰ προκατιὼν ὁ λόγος παραστήσει. Ὁ γὰρ πατρικὸς αὐτῆς οἶκος, ὁ τὴν προβατικὴν περικλείων ἐν Ἱερουσαλὴμ ὑπῆρχεν, ὡς λόγος εἰπεῖν, κολυμβήθραν, ἐν ᾗ τὸν ἐν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ χρόνοις κατακείμενον παραλυτικὸν ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐθεράπευσεν ἐξεγείρας, ὡς ἐξ ἐκείνου μέλλων τοῦ οἴκου ἐκπορεύεσθαι συμβολικῶς ποιμὴν τῶν λογικῶν προβάτων. Εἶτα καὶ διὰ τῆς ἐκείσε τοῦ ὕδατος κολυμβήθρας τοῦ βαπτίσματος προτυπωθῆναι τὸ χάρισμα· καὶ γὰρ χρονίας πλάνης ἡ νόσος τὰς τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐν τάξει μελῶν, παραλύσασα ψυχὰς, καθάρσει τοῦ πνεύματος διὰ ὕδατος ὑγιώθη· ὥσπερ καὶ ἐν προσώπῳ τῆς Βηθλεὲμ ὁ ἄρτος ἐζυμώθη ὁ νοητὸς τῆς ζωῆς. Ἔνθα καὶ ὁ Χριστὸς ἀγγελοφανὴς ὑπεδείχθη τῷ Ἀβραὰμ, ὁ καὶ τῷ Ἰακὼβ προσπαλαίσας ἐν ἀγγέλου μορφῇ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐλθὼν εὐαγγελίσασθαι τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς· αὐτός ἐστιν τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύ-

(1) Paternam Deiparæ domum eodem modo designat etiam S. Joannes Damascenus, inquiens (De Fid. Orthod. lib. IV, cap. 14): *Itaque gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit (id enim Mariæ nomine significatur, quæ vere omnis creaturæ domina facta sit, cum mater Creatoris existitit); nascitur autem in domo probaticæ Joachim, atque ad templum adducitur* (Τίκτεται δὲ ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ, καὶ τῷ ἱερῷ προσάγεται). Ad quem Damasceni locum hæc adnotat Lequinius (in not. ad h. l.): *Nascitur autem in domo probaticæ: hoc est in ædibus pecuariis. Probaticæ nomen græcum servavi propter celebre templum sanctæ civitatis, quod Probatica nuncupant, in quo Damascenus sermones habuit in Natali B. Virginis. Ibidem aiunt, probaticam illam piscinam fuisse. At nullam prorsus domum Hierosolymis post excidium stetisse locupletissimus est testis Josephus*, etc. Verum quæ habet Cosmas, suadent, appellationem τῆς προβατικῆς nihil ad templum Virginis aut ad domum, quæ superstes manserit excidio Hierosolymitano, pertinere.

νης· αὐτός ἐστιν ὁ δι' ἀγγέλων τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· αὐτός *ἐστιν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς* Ἄγγελος, ᾧτινι ὁ Πατὴρ σύμβουλος γεγονὼς εἰρήκει· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν*. Οὗτός ἐστιν καὶ τῆς ἀληθινῆς ζωῆς ὁ ἄρτος, ἐν τῷ τῆς Βηθλεὲμ ὀνόματι προκηρυχθείς· Βηθλεὲμ γὰρ ἑρμηνεύεται Οἶκος ἄρτου· ὁ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ ἐγκρυφίας πεφθείς, ἤγουν ἐν μυστηρίῳ ζυμωθεὶς ἄρτος, τοῦτ' ἔστιν ἡ γεννητικὴ σὰρξ τοῦ Σωτῆρος ἐκ τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

Ϛ'. Πρόσφορον οὖν εἰπεῖν διὰ ταῦτα· Εὐλόγησεν Κύριος τὸν οἶκον Δαυὶδ τοῦ βασιλέως διὰ τὴν προέγγονον αὐτοῦ καὶ ζωτόκον Μαρίαν. Εὐλόγησεν τὸν οἶκον Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης τῶν δικαίων διὰ τὴν τούτων ἡγιασμένην θυγατέρα. Εὐλόγησεν τὸν οἶκον Ἰωσὴφ διὰ τὴν χρηματικῶς καὶ μόνον παραδοθεῖσαν νύμφην, τὴν ὄντως ἁγνὴν καὶ ἀειπάρθενον τοῦ Χριστοῦ Μητέρα καὶ Θεοτόκον Μαρίαν.

Ὅθεν διὰ ταῦτα τρισμακάριοι τῆς Θεομήτορος οἱ γονεῖς, οἷς πᾶς ὁ κόσμος χρεωστεῖ· οἱ μὲν γὰρ προφῆται, δι' αὐτῶν ὅτιπερ ἀψευδῶς ἐχρημάτισαν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ· οἱ ἀπόστολοι, ὅτι διὰ τῆς αὐτῶν θυγατρὸς υἱοὶ φωτὸς ἀνεγεννήθησαν· οἱ ἅγιοι μάρτυρες, ὅτι ἐστεφανώθησαν· οἱ ὅσιοι καὶ δίκαιοι, ὡς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κληρονόμοι· οἱ ἁμαρτωλοί, ὡς διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς Θεοτόκου ἐλεούμενοι.

Ζ'. Οἷς καὶ βοῶμεν εὐχαρίστως· Χαῖρε, πάνσεπτε πάτερ τῆς μετὰ Θεὸν ἐλπίδος ἡμῶν, Ἰωακεὶμ· χάρις τῇ ὀσφύϊ σου. Χαῖρε, πάντιμε μῆτερ τῆς μητρὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, Ἄννα· δόξα τῇ κοιλίᾳ σου. Χαῖρε, πάτερ ἀγαθοσπόρε, καὶ τοῦ πολυσπόρου γεννήματος γεωργέ. Χαῖρε, μῆτερ μεγαλόκαρπε, τῆς σωτηρίας ἡμῶν ῥίζα. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ εὐφόρου βότρυος ἀμπελουργέ· χαῖρε, μῆτερ, τῆς ἀγαθῆς γῆς ἑκατονταπλάσιον ἄρουρα. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ ἐμψύχου παραδείσου φυτουργέ. Χαῖρε, μῆτερ, τοῦ ἀνεγκλήτου κλάδου δένδρον. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ ἀσπίλου μαργαρίτου κόγχη. Χαῖρε, μῆτερ, τοῦ καθαροῦ σμαράγδου πέτρα. Χαῖρε, πάτερ, τῆς ζωοῤῥύτου πηγῆς φλέψ. Χαῖρε, μῆτερ, τῆς τεκνογόνου δίψης ὑδρία.

Πληροῦται τὸ στόμα ἡμῶν τοῦ ὑμνῆσαι τῆς ἁγιοσύνης ὑμῶν τὰ ἐξαίρετα· ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ τὴν θόζευκτον ὑμῶν ὑμνῆσαι δυάδα, εἰ μή γε κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἐγγόνου ὑμῶν κατὰ σάρκα Χριστοῦ μακαρίσαι τοὺς ἀμφοτέρους, καὶ εἰπεῖν· *Χαίρετε καὶ*

A venit tum iis qui procul, tum iis quî prope erant; ipse est læta justitiæ annuntiatio; ipse per angelum promulgatio est legis Dei ac Patris; ipse *Angelus* est *magni consilii*[3], cui Pater consiliarius exsistens, dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*[4]. Hic est et panis veræ vitæ, per nomen Bethleem prænuntiatus; nam Bethleem explicatur Domus panis; subcinericius est panis in tabernaculo Abrahæ apparatus, hoc est, in mysterio fermentatus, caro videlicet Salvatoris ex Virgine et Dei Matre Maria progenita.

VI. Has igitur ob causas consentaneum est exclamare: Benedixit Dominus domui Davidis regis propter Mariam ejusdem proneptem, ac matrem vitæ. Benedixit domui justorum Joachimi et Annæ B propter sanctificatam eorum filiam. Benedixit domui Josephi propter traditam in potestatem illius, jure licet dumtaxat sponsali, plane puram ac semper virginem Christi Matrem et Deiparam Mariam.

Beatissimi proinde hac de causa Dei Matris parentes, quibus universus se mundus obstrictum profitetur; et prophetæ quidem propterea quod veracissima eos de incarnatione Christi oracula edidisse, per ipsos apparuit; apostoli, quia per eorum Filiam nova generatione facti sunt filii lucis; sancti martyres, quia coronati sunt; pii ac justi, tanquam futurorum hæredes bonorum; peccatores, utpote per Deiparæ preces misericordiam consequentes.

VII. Et nos itaque grato animo iisdem acclamemus: Salve, Joachim, augustissime illius pater, C quæ spes est nostra post Deum; lumbis tuis sint gratiæ. Salve, Anna, summe honoranda illius mater, quæ mater est vitæ nostræ; utero tuo sit gloria. Salve, pater, optimi sator, cultorque uberrimam promens segetem. Salve, mater, immenso fructu læta radix illius, quæ salus nostra evasit. Salve, pater, ex culta a te vinea opimum præbens racemum. Salve, mater, terræ bonæ fertilissimum arvum. Salve, pater, animati paradisi plantator. Salve, mater, arbor ramum vitii expertem habens (2). Salve, pater, immaculatæ margaritæ concha. Salve, mater, integri a nævo smaragdi petra. Salve, pater, vena fontis manantis vitam. Salve, mater, hydria sitim suscipiendæ prolis exstinguens.

Impletur os nostrum laudibus eximiæ sanctitatis D vestræ; at vestrum Deo auspice initum conjugium (3) celebrare nequaquam pares sumus, nisi usurpando voces Christi, vestri secundum carnem nepotis, beatos vos ambo prædicemus ac dicamus: *Gaudete*,

[3] Isa. IX,6 sec. LXX. [4] Gen. I, 16.

(2) Poteratne apertius immaculata Virginis origo significari?

(3) Nequaquam est obscurum, hoc loco δυάδα poni pro δυασμὸν, ac significare conjugalem actum, ex quo beata Virgo concepta est. Præterquam quod enim nullus alius probabilis sensus in contextus adjunctis occurrit, ejusdem contextus ratio id plane postulat; unde et concluditur illis verbis, *satis esse ad ipsorum laudem, quod Matrem Dei genuerint. Nihil porro illustrius juxta et aptius ad laudandam Dei Genitricis conceptionem dici potuit, quam generationis opus Deo auspice fuisse susceptum.* Quod sane congruit cum iis, quæ apud Isidorum legimus (*Hom. in Præsent. Deip.* § XIII, *oportuisse* scilicet, *ut ad congressum, unde Virginis processit conceptio, nil aliud quam congressus cum Deo impelleret atque adduceret.*

et exsultate, quoniam merces, fructus uteri vestri, *in cœlis est*[3]. Vos enim estis, qui cum justi essetis, propter sterilitatem opprobriis fuistis impetiti, et iniqua adversum vos verba audivistis. At paulo post lætissime de suscepta prole gavisi estis, et satis est vobis ad laudem, quod Matrem Dei genueritis.

Prorsus enim divino prædefinitum fuerat decreto, ut justi illi Deiparæ genitores cognatione cum Christo secundum carnem devincirentur tanquam digni, et honoribus cohonestarentur tanquam nobilitate generis, regii nempe et sacerdotalis, insignes. Ex utraque enim duarum illarum tribuum, quæ jam inde ab initio diversis modis permistæ fuerant, genus suum Deipara ducit.

VIII. Ceterum de genitoribus Deiparæ et ista hic adjici possunt[4]. Zacharias, Joannis Baptistæ pater, fratrem consacerdotem habuit, Aggæi nomine appellatum, qui et ipsi præmortuus est. Hujus Aggæi filiam in matrimonium duxit Joseph faber; e qua quatuor suscepit filios, ac duas filias, quorum unus fuit Jacobus, cognominatus frater Christi, qui et primus exstitit Hierosolymorum episcopus; nomen autem uxoris ipsius erat Salome, non quidem Obstetrix, sed alia. Porro post hujus mortem Joseph sponsam accepit Mariam Deiparam, quæ genere materno originem trahebat e Mathan sacerdote, qui et ipse erat ex stirpe Salomonis, filii David, ut habet Evangelium Lucæ, ubi genealogiam dominicam describit. Iste enim Mathan ex Maria uxore sua tres habuit filias, quarum nomina sunt Maria, Sobbe, Anna. Maria itaque Salomen Obstetricem genuit; Sobbe genuit Elisabet, Joannis Baptistæ matrem; Anna vero in Bethleem genuit Deiparam Mariam, quæ ex nomine aviæ et materteræ Maria appellata est; adeo ut Elisabet, Annæ quidem ex sorore neptis, Deiparæ vero consobrina fuerit. Quod quidem utrumque confirmat Evangelium, ubi ad indicandum Christi secundum carnem paternum genus, *Erat,* inquit, *Jesus incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathan*[5]; de materno autem genere, *Ecce,* inquit, *et Elisabet cognata tua,*[6]. Quorum gratia, gloria sit benignissimæ Dei charitati nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[3] Matth. v, 12. [4] Luc. III, 23. [5] Luc. I, 36.

ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρὸς ὑμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὑμεῖς γάρ ἐστε οἱ διὰ τὴν ἀτεκνίαν ὀνειδισθέντες ἄγιοι, καὶ ῥημάτων ἀκούσαντες πονηρῶν. Ἀλλ' εὐφρανθέντες μετ' ὀλίγον ἐπὶ τεκνογονίαν, καὶ ἀρκεῖ ὑμῖν πρὸς ἔπαινον τὸ μητέρα Θεοῦ γεγεννηκέναι.

Ἀληθῶς γὰρ, ὡς ἄξιοι, προωρίσθησαν οἱ δίκαιοι τῆς Θεοτόκου γεννήτορες, συγγενιᾶσαι Χριστῷ κατὰ σάρκα, καὶ ὡς ἐκ γένους ἐπισήμου, βασιλικοῦ λέγω καὶ ἱερατικοῦ, τιμηθῆναι. Ἐξ ἀμφω γὰρ ἡ Θεοτόκος γενεαλογεῖται ἐπιμίκτων τῶν δύο φυλῶν ἀπ' ἀρχῆς κατὰ διαφόρους τρόπους γενομένων.

Η'. Ἔνθα λοιπὸν καὶ ἐπὶ τῶν τῆς Θεοτόκου γονέων οὕτως. Ζαχαρίας, ὁ πατὴρ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ἀδελφὸν ἔσχεν συνιερέα, καλούμενον Ἀγγαῖον, πρὸ αὐτοῦ τετελευτηκότα. Τούτου τοῦ Ἀγγαίου θυγατέρα πρὸς γάμον ἤγαγεν Ἰωσὴφ ὁ τέκτων· ἐξ ἧς ἐγέννησεν τέσσαρας υἱοὺς καὶ δύο θυγατέρας· ὧν εἷς ἦν Ἰάκωβος, ὁ ἐπικληθεὶς ἀδελφὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων· καὶ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σαλώμη, οὐχ ἡ Μαῖα, ἀλλ' ἑτέρα. Μετὰ θάνατον δὲ αὐτῆς μνηστεύεται ὁ Ἰωσὴφ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν τὴν κατὰ τὸ μητρικὸν γένος καταγομένην ἀπὸ Ματθὰν τοῦ ἱερέως, καὶ αὐτοῦ ἀπὸ Σολομῶντος, τοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, ὥς φησιν τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον γενεαλογούμενον. Οὗτος γὰρ ὁ Ματθὰν τρεῖς ἔσχεν θυγατέρας, ἐκ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· ὧν ὀνόματα Μαρία, Σοββή, Ἄννα. Ἡ οὖν Μαρία γεννᾷ Σαλώμην τὴν Μαΐαν· ἡ Σοββὴ γεννᾷ τὴν Ἐλισάβετ, τὴν μητέρα Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ἡ δὲ Ἄννα γεννᾷ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν ἐν Βηθλεὲμ, τὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς μάμμης· καὶ θείας ἐπικληθεῖσαν Μαρίαν· ὡς εἶναι τὴν Ἐλισάβετ ἀνεψιὰν μὲν τῆς Ἄννης, ἐξαδέλφην δὲ τῆς Θεοτόκου. Κυροῦντος τὰ ἑκάτερα τοῦ Εὐαγγελίου, διὰ τὸ μὲν πατρῷον γένος καὶ σαρκικὸν τοῦ Χριστοῦ· Ἦν, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα, υἱὸς ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Ματθάν· διὰ δὲ τὸ μητρικόν· Ἰδοὺ, φησὶν, καὶ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. Ὧν ἕνεκεν δόξα τῇ συγκαταβάσει τοῦ Θεοῦ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[6] Luc. I, 36.

4. Nullius sane frugis videbitur, ea, quæ sequuntur, oculis subjecisse, præsertim quod in historia hac genealogica texenda de castissimo Deiparæ sponso ea auctor commemoret, quæ communi fidelium sententiæ adversantur, quæque jam inde a quarto Ecclesiæ sæculo S. Hieronymus (*Advers. Helvid.* n. 19) refutaverat. At cum eamdem hanc paragraphum jam in editis haberemus apud Coteclerium (*PP. Apost.* tom. I, pag. 279 *in not. ad lib.* III *cap.* 6 *Constit. Apost.*), nulla aderat ratio, cur eam cum homilia non vulgaremus.

APPENDIX AD COSMAM VESTITOREM.

—

ΚΑΝΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΟΡΤΗΝ

ΤΗΣ ΣΥΛΛΗΨΕΩΣ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ

ΟΥ Η ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ (1).

—

CANON IN FESTIVITATEM

CONCEPTIONIS SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

CUJUS ACROSTICHIS ALPHABETUM SEQUITUR

(Ant. Balleriani ubi supra, p. 698.)

—

ΩΔΗ Α'.

Ἀγνὴν Παρθένον Θεόπαιδα, Μητέρα ἐσομένην τοῦ Κτίσαντος, γαστρὶ δεξαμένη ἔχαιρεν ἡ Ἄννα ἀναβοῶσα· Τοῦ Ἰσραὴλ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, μοὶ συνευφράνθητε· ἰδοὺ κἀγὼ συνέλαβον.

Βιβλίον, ὅπερ προέφησε προφήτης σφραγισθὲν θείῳ Πνεύματι, λαγόσιν αὐτῆς κατέχουσα Ἄννα, πᾶσιν ἐβόα· Ἣν αἱ Γραφαὶ πᾶσαι προδηλοῦσι, μεγαλύνομαι ἐγὼ φύουσα σήμερον.

Γαστρὶ χωρεῖται καὶ πλάττεται ναὸς ὁ θεϊκὸς καὶ σωτήριος· λαγόσι μητρὸς φυτεύεται κλίμαξ, ἡ πρὸς τὰ ἄνω πάντας βροτοὺς ἐπαναγαγοῦσα· ἧς τὴν σύλληψιν πιστῶς πανηγυρίσωμεν.

ΩΔΗ Γ'.

Δέχεται ἐξ ὕψους προτεθρεύων Κυρίῳ ὁ Ἰωακεὶμ πεποθημένην ἀγγελίαν, ἐπιστάντος τοῦ ἀγγέλου αὐτῷ, καὶ λέγοντος· Ἄπιθι, τὰς σὰς ἐντεύξεις, ὁ πάντων Θεὸς, δίκαιε, ἐπλήρωσεν.

Ἐπικαλουμένη τὸν Θεὸν τῶν ἁπάντων ἡ Ἄννα, ποτὲ ἐν παραδείσῳ ἱσταμένη, ἐπιστάντα ἐώρα αὐτῇ ἄγγελον καὶ λέγοντα· Μὴ ἀθυμήσῃς· Μητρὸς γὰρ Θεοῦ μήτηρ μέλλεις ἔσεσθαι.

Ζηλοῦσα τὴν Ἄνναν τὴν πρὸ σοῦ, ἱκεσίας προσῆξας Θεῷ· καὶ τὴν ἀσπόρως δεξαμένην τὸν ἀχώρητον Λόγον ἀγνὴν ἐν μήτρᾳ συνέλαβες, τῇ εὐτεκνίᾳ σου πάντας ἡμᾶς χαριτώσασα.

ΩΔΗ Γ'.

Ἤνοικται ἡ μήτρα σου, τὸ πρὶν ἡ ἄγονος, καὶ δέδεκται, Ἄννα, νεφέλην τὴν οὐράνιον· ἐξ ἧς ἡμῖν ὁ

ODE I.

Virginem innocentem Dei filiam, futuram Creatoris Matrem, cum Anna in utero concepisset, lætitia gestiens exclamabat : Congratulamini mihi, omnes tribus Israel ; ecce et ego concepi.

Cum Anna in sinu suo illum, quem propheta prædixerat, divino obsignatum Spiritu, librum contineret, clamans ad omnes inquiebat : Summam ego adipiscor gloriam, quippe hodierna die eam progermino, quam Scripturæ omnes præsignant.

Divinum ac salutare templum utero recipitur ac formatur ; in matris visceribus plantatur scala, quæ mortales omnes ad superna reducet ; fideliter hujus Conceptionem solemni conventu celebremus.

ODE III.

Dum Domino Joachimus vacat, desideratum e cœlis nuntium accipit ; quippe illi se angelus sistit et inquit : Abi, postulationes tuas, o juste, universorum Deus ratas habuit.

Cum Anna in horto aliquando commorans Deum universorum deprecaretur, astantem sibi cernit angelum ac dicentem : Animum ne despondeas ; mox enim mater Matris Dei eris.

Antiquæ illius Annæ æmula, preces, o Anna, obtulisti Deo ; et eam, quæ incomprehensibile Dei Verbum sine semine conceptum continuit, immaculatam in utero concepisti, et de nobis omnibus fecunditate tua es optime merita.

ODE IV

Apertus est, o Anna, uterus tuus, generandi antea impos, et cœlestem excepit nubem ; e qua

(1) Hunc canonem e veteribus menæorum editionibus depromptum censui hic subjiciendum, quia cum in recentioribus editionibus per schismaticos curatis omissum fuerit, recitatum tamen a catholicis olim fuisse consuetudo monasterii Cryptoferratensis luculenter testatur.

splendidus nobis sol exoriens, fulgore veritatis universos illuminavit, et profundas impietatis tenebras disjecit.

Igniformis thronus Dei tuis, o beata Anna a Deo vocata, visceribus infunditur ; in quo ille sedens requievit, laboresque piorum omnium abstulit, atque cœlestem erroris expertem scientiam effudit.

Ecce lectulum, quem vero Regi in generis humani restauratione ad divinitus discumbendum prorsus servatum Salomon prædixit, sinu tuo, o Anna, concepisti ; propterea quotquot sumus fideles, te prædicamus beatam.

ODE V.

E monte descendit Joachimus, non jam legis tabulas, sed quam lex præmonstrabat, quamque omnes prophetarum prædictiones indigitabant, immaculatam Dei Matrem adeptus ; et exsultans exclamabat : Exaltatum est cor meum.

Ubi Anna tandem aliquando persensit visceribus suis illam insitam esse vitem fructiferam, e qua racemus efloruit, qui ad maturitatem perductus vinum nobis, videlicet immortalitatem, copiose stillat, Quid tibi, exclamabat ; misericors Domine, retribuam ?

Cum pietate sterilem naturam cernere Joachimus non ferret, effundebat preces, ut Annæ sterilitas auferretur, eamque prolem ipsa sortiretur e qua daretur filius ille altissimus, qui universos mortales Patri suo filios efficeret.

ODE VI.

Magnificans Anna Israelis Deum, clamabat lætabunda : Prætereunt procul dubio umbræ legis ; ecce enim splendor divinæ gratiæ apparet, Virgo scilicet, nubes illa e qua fulgidus sol Deitatis vere enascitur.

Ubi angelum Anna audivit nuntiantem se parituram esse infantem, Novum sane, inquit, spectaculum, si et ego, prius infecunda et partus nescia, jam concepero ; hinc exclamabat : Euge, proh felix nuntium, si verba exitus sequatur.

Ubi Anna se concepisse persensit, exclamabat : Lætentur montes et colles, campi et mare, angelorum multitudo et universum mortalium genus : divinum enim Domini delubrum initium novæ ædificationis sumpsit.

ODE VII.

Quem Moyses olim in Sina vidit rubum flammiferum, hunc Anna sinu concepit, et infecundatis ignominiam, qua urebatur, quemadmodum deinde impietatem exstinguit eorum qui canunt : Benedictus es, Deus Patrum nostrum.

Mirum in modum, o Anna, nunc illa depluit in sinum tuum stilla, quæ totam intus se excipiet aquam vitæ, irrorantem eos, qui fide accensi ad eum clamant : Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Passerculorum nidum, o Anna, cum aspiceres, spiritu sursum evolasti ; et precibus immaculatam

A φαιδρὸς ἀνατείλας ἥλιος, πάντας φωτισμῷ τῆς ἀληθείας κατηύγασε, καὶ βαθὺ σκότος ἀθεΐας ἐξέλυσεν.

Θρόνος ὁ πυρίμορφος Θεοῦ λαγόσι σου ἐνίδρυται· ἐν ᾧ καθίσας ἀναπέπαυται, καὶ πάντων τῶν εὐσεβῶν τὸν κόπον ἀφεῖλετο, καὶ τὴν καθαρὰν θεογνωσίαν ἐνίδρυσεν ἐπὶ γῆς, Ἄννα μακαρία θεόληπτε.

Ἴδε, ἣν προέφη Σολομών, ἐν μήτρᾳ κλίνην εἰληφας, τετηρημένην ἀληθέστατα τῷ ἀληθεῖ Βασιλεῖ θείαν πρὸς ἀνάκλισιν γένους τῶν βροτῶν ἐπανακλήσει· διό σε χαρμονικῶς, Ἄννα, οἱ πιστοὶ μακαρίζομεν.

ΩΔΗ Ε'.

Κατῆλθεν ἐξ ὄρους ὁ Ἰωακεὶμ, οὐχὶ πλάκας τοῦ B νόμου δεξάμενος, ἣν νόμος δὲ προέγραφε, καὶ πᾶσαι προφητῶν ἐδήλωσαν αἱ ῥήσεις, Θεοῦ ἀγνὴν Μητέρα· καὶ σκιρτῶν ἀνεβόα· Ἐμεγαλύνθη ἡ καρδία μου.

Λαγόσιν ὡς ᾔσθετο Ἄννα ποτὲ φυτευθεῖσαν τὴν εὔκαρπον ἄμπελον, ἐξ ἧς ὁ βότρυς ἤνθησεν ὁ πίπειρος ἡμῖν οἶνον, ἀθανασίαν, πλουσίως ἀποστίζων, Τί σοι ἀνταποδώσω, εὔσπλαγχνε Κύριε, ἐφθέγγετο.

Μὴ φέρων τὴν κτίσιν ὁ Ἰωακεὶμ καθορᾷν εὐσεβείᾳ στειρεύουσαν, τὴν στείρωσιν ἱκέτευε τῆς Ἄννης παρελθεῖν, καὶ ταύτην ἔξειν παῖδα ἐξ ἧς υἱὸς ἐδίδη πάντας υἱοθετήσας τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ ὁ Ὕψιστος.

C

ΩΔΗ Ϛ'.

Νόμου αἱ σκιαὶ σαφῶς παρατρέχουσιν. Αὐγὴ γὰρ ἰδοὺ τῆς θείας χάριτος ἐμφανίζεται, ἡ Παρθένος, νεφέλη ἐξ ἧς ὁ φαιδρὸς τῆς θεότητος ἀντίσχει δυσμὰς ἥλιος, Ἄννα γηθομένη ἐκραζε, τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ μεγαλύνουσα.

Ξένον, εἰ κἀγὼ συλλήψομαι, θέαμα, ἡ ἄγονος πρίν, καὶ ἡ οὐ τίκτουσα, Ἄννα ἔλεγε, φθεγγομένου ἀγγέλου ὡς ἤκουσεν, ὅτι τέξεται παιδίον, καὶ ἐκραύγαζεν· Εὖγε τοῦ καλοῦ ἀκούσματος, εἰ τῶν λόγων ἔκβασις γένηται.

Vers. 12. Ideo audiens Jesus Joannem traditum C esse, secessit in Galilæam, ut nos doceret tentationes fugere. Non enim culpa est seipsum non in tentationes conjicere, sed ubi inciditur non stare viriliter. Adhuc autem magistros orbis qui hic degebant, ad se adducere curans; prophetiam etiam implebat : *Galilæa*, inquit, *gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.*

Vers. 18. Petri et Andreæ vocatio secunda fuit quam Matthæus dicit. Nam Joannes narrat eos nondum in carcerem misso Joanne secutos esse; hic autem post illius carcerem dicitur. Illic quidem Andreas Petrum vocat, hic autem ambos vocat Christus, ita ut secundo ad Christum venerint. Cur, post primam vocationem, ad suam artem exer- D cendam reversi sunt iterum? Quia Joannes in custodiam conjectus fuerat, tunc conturbati a proposito deterriti erant.

Vers. 23. In primis turbarum sanationibus, ne probaret suam potentiam; aliter autem illi cum longe sequerentur fidem ostendebant.

CAPUT V.

Vers. 1. *Videns turbas ascendit in montem.* Quare? Ut per hanc laudis et facundiæ despectum doceret nos nihil ad ostentationem facere.

Vers. 2. Cur additur, *Aperiens os suum docebat eos?* Ut discamus vel silentem illos docuisse, et non loquentem modo.

Non exhortationis aut consilii dispositionem

sequitur in docendo, sed beatitudinum dispositione pervium magis sermonem facit.

VERS. 3. Pauperes spiritu humiles significat, spiritum ibi pro anima sumens; et qui verba Dei reverentur; quanta enim mala in mundum ex temeritate proveniunt!

VERS. 4. Contraria agunt qui lugent his quæ ex temeritate proveniunt, ut dicitur in prima beatitudine.

VERS. 5. Mites hæreditabunt terram; dum censentur ob mansuetudinem omnia perdidisse, hæreditare ipse pollicetur, terram non illam superiorem, sed istam, in pace vivendo et necessitates accipiendo. Docendo cœlestia pollicetur et inferiora, cum dicit: *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis*; et alibi: *Si quis dimiserit aliquid propter me, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit.*

VERS. 6. Ante misericordes, beatos dicit qui esuriunt et sitiunt justitiam. Quare? Quia non ex violentia oportet misereri.

VERS. 8. Mundos corde dicit, aut qui in castitate degunt, aut qui perfectam virtutem adepti sunt. *Isti Deum videbunt*; visionem hic vocans, quantum homini possibile est videre invisibile omnium principium.

VERS. 9. Pacificos dicit, qui non solum inter pugnantes, sed etiam inter divisos pacem componunt; adhuc autem et qui corpus suum in animam rebellare non sinunt, sed corpus animæ per virtutem submittunt.

VERS. 10. Ostendens non semper pacem bonum esse, addidit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*

VERS. 11. Beatos dicens qui maledicta audiunt, duas distinctiones posuit, quando propter Deum, et quando mendacia sunt quæ dicuntur. Si enim hæc non adsint, non solum non beatus, sed etiam miser est qui convicia patitur. In aliis beatitudinibus absque distinctione beatitudinem exposuit, sed in ultima ostendit hanc esse omnium maxime particularem et præcipuam. Hæc vox, *Propter me*, dicitur ab illo, hic dignitatem suam insinuante. Singulæ ex singulis pendent beatitudines: scilicet, pauper spiritu peccata lugebit; qui luget mitis erit; mitis justus erit; justus, misericors; et misericors, mundus corde; iste autem pacificus erit; qui talia instituit, ad pericula est paratus, et ille non turbabitur maledicta audiens.

VERS. 12. Cur dixit, *Prophetas qui fuerunt ante vos?* Ostendit sic prophetas quoque esse ipsos apostolos.

VERS. 13. Dicendo, *Vos estis sal terræ*, significavit corruptam esse hominum naturam. Ostendit autem eos firmos esse debere, non adulatores, ut magistros et apostolos decet.

Cur dicit, *Si sal evanuerit?* Quasi dixisset, si patiatur et insipidum fiat: id est, si vos adulato-

A τὴν διδαχὴν, ἀλλ' ἐν τάξει μακαρισμοῦ ἀνεπιχθέστερον ποιῶν τὸν λόγον.

Πτωχοὺς τῷ πνεύματι τοὺς ταπεινοὺς λέγει, πνεῦμα ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν λέγων· τοὺς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ κατεπτηχότας· ὅσα γὰρ κακὰ εἰς τὸν βίον ἐξ ἀπονοίας ἔρχονται.

Ἐναντίοι εἰσὶν οἱ πενθοῦντες τῶν ἐξ ἀπονοίας ἐρχομένων τοῦ πρώτου μακαρισμοῦ

Οἱ πραεῖς κληρονομήσουσιν τὴν γῆν· ἐπειδὴ νομίζονται διὰ τὴν πραότητα πάντα ἀπολέσαι, κληρονομῆσαι αὐτὸς ὑπισχνεῖται· γῆν δὲ οὐ τὴν ἄνω, ἀλλὰ ταύτην, τὸ ἐν εἰρήνῃ διάγειν καὶ λαβεῖν τὰ δέοντα, φημί. Διδάσκων καὶ τὰ οὐράνια ὑπισχνεῖται καὶ τὰ κάτω, διὰ τοῦ λέγειν· *Ζητεῖτε πρῶτον τὴν* B *βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν*· καὶ πάλιν, *Ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν ἕνεκεν ἐμοῦ, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.*

Πρὸ τῶν ἐλεημόνων μακαρίζει τοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην. Διὰ τί; Ὅτι οὐκ ἐξ ἁρπαγῆς δεῖ ἐλεεῖν.

Καθαροὺς τῇ καρδίᾳ λέγει, ἢ τοὺς ἐν σωφροσύνῃ διάγοντας, ἢ τοὺς παντελῆ ἀρετὴν κεκτημένους. *Αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*· ὄψιν ἐνταῦθα καλῶν τὴν ὡς ἔστιν ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἰδεῖν τὴν ἀόρατον ἁπάντων ἀρχήν.

Εἰρηνοποιοὺς λέγει, οὐ μόνον τοὺς διαμαχομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς στασιάζοντας ἀλλήλοις εἰρηνοποιοῦντας· ἔτι δὲ καὶ τοὺς τὸ ἑαυτῶν σῶμα μὴ κατεξανίστασθαι τῆς ψυχῆς ποιοῦντας, ἀλλὰ δουλοῦντας τὸ σῶμα δι' ἀρετῆς τῇ ψυχῇ. C

Δεικνύων ὅτι οὐ παντὸς ἡ εἰρήνη καλὴν, ἐπήγαγε· *Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης.*

Μακαρίζων τοὺς κακῶς ἀκούοντας, δύο τίθεται διορισμοὺς, ὅτ' ἂν διὰ Θεὸν, καὶ ὅτ' ἂν ψευδῆ ὦσι τὰ λεγόμενα· εἰ γὰρ μὴ ταῦτα προσῇ, οὐ μόνον οὐ μακάριος, ἀλλὰ καὶ ἄθλιός ἐστιν ὁ κωμῳδούμενος. Ἐπὶ τῶν ἄλλων μακαρισμῶν ἀδιορίστως τίθεικε τὸ μακάριον· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐσχάτου, ἔδειξεν ὅτι αὐτῶν μάλιστα τοῦτό ἐστιν ἴδιον καὶ ἐξαίρετον· τὸ γὰρ, *Ἕνεκεν ἐμοῦ*, εἰρηται, τὸ αὐτοῦ ἀξίωμα ἐνταῦθα αἰνιττόμενος. Εἷς τοῦ ἑνὸς ἔχεται μακαρισμός· οὗτος D ὁ πτωχὸς τῷ πνεύματι, καὶ πενθήσει ἁμαρτήματα· ὁ πενθῶν, καὶ πρᾶος ἔσται· ὁ πρᾶος, δίκαιος· ὁ δίκαιος, ἐλεήμων· ὁ ἐλεήμων καὶ καθαρὸς τὴν καρδίαν· ὁ δὲ τοιοῦτος ἤδη καὶ εἰρηνοποιός· ὁ δὲ ταῦτα κατορθώσας, καὶ πρὸς κινδύνους ἕτοιμος· ὁ δὲ τοιοῦτος, οὐ ταραχθήσεται ἀκούσας κακῶς.

Διὰ τί εἶπεν, *Τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν*; Δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτοὶ προφῆται εἰσι οἱ ἀπόστολοι.

Ἐν τῷ εἰπεῖν, *Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς*, ἔδειξε κατασαπεῖσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων· ὁλοὶ δὲ καὶ τὸ στυφὸν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ κολακευτικὸν, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικόν ἐστι καὶ ἀποστολικόν.

Τί λέγει, *Ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῇ*; Ἀντὶ τοῦ, Ἐὰν πάθῃ καὶ ἀνενέργητον γένηται· ἤγουν, Ἐὰν

ὑμεῖς κόλακες, ἀλλ' οὐκ ἄξιοι διδάσκαλοι γένησθε, ἐν τίνι τὸ κατασαπὲν τῶν ἀνθρώπων ἁλισθήσεται;

Φῶς καλεῖ αὐτοὺς, ὡς τῆς εὐσεβείας καταλάμψαντας τὸ φῶς ἐπὶ τῆς γῆς.

Τὸ, *Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη*· καὶ τὸ, *Οὐ καίουσι λύχνον καὶ τιθέασιν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν*, τὸ καταφανὲς αὐτῶν δηλοῖ· καὶ ὅτι ἀδύνατον τὸ κηρύγμασι γεγηθέναι.

Αἱ ἐντολαὶ τοῦ Χριστοῦ οὐ τοῦ νόμου εἰσὶν ἀναίρεσις, ἀλλὰ πλήρωσις τελειοτέρα καὶ ἀσφάλεια· τοῦ γὰρ μὴ φονεύειν οὐκ ἀναίρεσις τὸ μηδὲ ὀργίζεσθαι, ἀλλ' ἀσφάλεια· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

Ἐν τῷ εἰπεῖν, *Ὅστις λύσει μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων*, οὐ περὶ τῶν παλαιῶν νομίμων τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τῆς χάριτος. Διὰ τί καλεῖ ἐλαχίστας τὰς ἐντολὰς ταύτας, καίτοι μεγάλας οὔσας; Παιδεύων ἡμᾶς ἵνα ὅτε διδάσκομεν, μὴ ὑψῶμεν τὴν ἡμετέραν διδαχήν.

Εἰπὼν, ὅτι *Ἐλάχιστος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν κληθήσεται*, ἐσήμανεν ὅτι εἰς γέενναν καὶ κόλασιν αἰώνιον ἀπελεύσεται, ἀναπαχθῶς τοῦτο εἰρηκώς.

Τί λέγει τὸ, *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων*; Τοῦτό ἐστιν, Ἐὰν μὴ ὑπὲρ τὰς δεκάτας παρέχητε τοῖς δεομένοις.

Ποῖόν ἐστιν ὃ λέγει περισσὸν, ὃ ἔδει τοὺς ἀποστόλους τῶν Φαρισαίων περισσεύειν; Ἐκείνων τὸν νόμον φυλαττόντων τοῦ μὴ μοιχεῦσαι, οὗτοι ἵνα μηδὲ ἐμβλέψωσι πρὸς ἐπιθυμίαν· ἐκείνων μὴ φονεύόντων, οὗτοι ἵνα μὴ ὀργισθῶσι, καὶ τἄλλα ὅμοια.

Χρὴ εἰδέναι ὅτι βασιλείαν οὐρανῶν οὐ τὴν ἀπόλαυσιν λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως, καὶ τὴν παρουσίαν ἐκείνην τὴν φοβεράν· ἔστιν ὅτε καὶ ἐπιδημίαν αὐτοῦ· πρὸς οὖν τοῦ χωρίου τὸν νοῦν, νόει τὸ ὄνομα.

Ὁ λέγων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ῥακά. Οὐ μεγάλης ἐστὶν ὕβρεως τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ καταφρονήσεως· σημαίνει δὲ σῦς, τῇ Σύρων γλώττῃ· ἄλλοι δὲ τὸ, διαρρηγμένος, ὅ ἐστι ῥακοστόλος, λέγουσιν.

Ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· τὸ τῶν Ἰουδαίων δικαστήριον λέγει· τέθεικε δὲ αὐτὸ, ἵνα μὴ δόξῃ πανταχοῦ ξενίζειν καὶ καινοτομεῖν.

Ὁ λέγων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μωρόν. Τινὲς ἐνόμισαν ὅτι μικρόν ἐστι, καὶ ὅτι περὶ μικροῦ ῥήματος μεγάλη ἐστὶν ἡ τιμωρία· οὐκ οἴδασι δὲ οἱ τοῦτο λέγοντες, ὅτι τὰ μεγάλα τῶν κακῶν ἀπὸ μικρῶν ῥημάτων ἔχουσι τὴν ἀρχήν· μέγα δέ ἐστι καὶ τοῦτο· ᾧ γὰρ τῶν ἀλόγων διεστήκαμεν ἤγουν τῷ νῷ, τοῦτο ἐστέρησε τὸν ἀδελφὸν ἐν τῷ εἰπεῖν· Μωρέ.

Τὸ, *Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου*, περὶ τῶν ἐνταῦθα δικαστῶν καὶ τῆς ἐπὶ τὸ δικαστήριον ὁδοῦ λέγει. Καταλλάγηθι, φησὶ, πρὸ τῆς εἰς δικαστήριον ὁδοῦ, καὶ καταδέχου μᾶλλον ἀδικεῖσθαι· τοῦτό ἐστι τὸ *εὐνοῶν*.

Ὃς ἂν ἐμβλέψῃ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι. Οὐκ εἶπε τὴν ἁπλῶς ἐπιθυμίαν· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ ἐν ὄρεσι

A res, et non digni magistri facti fueritis, in quo hominum corruptio salietur?

Vers. 14. Lucem hos vocat, ut pietatis lucem diffundentes in terram.

Illud, *Non potest civitas abscondi supra montem posita*; et, *Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum*, claritatem eorum significat; et quod impossibile sit prædicationibus gaudere.

Vers. 17. Mandata Christi legis non sunt ablatio, sed impletio perfectior et confirmatio. Nam, *Non occides*, non aufertur per hoc, *Non irasceris*, sed confirmatur; et sic in omnibus cæteris.

Vers. 19. Dicendo, *Qui solverit unum de mandatis istis*, non de veteribus mandatis loquitur, B sed de gratiæ mandatis. Cur vocat minima mandata ista, licet magna sint? Docens nos ne, quando docemus, extollamus nostram doctrinam.

Dicens, quod *Minimus vocabitur in regno cœlorum*, significavit in gehennam et æternam damnationem præcipitandum fore, sine dubio istud locutus.

Vers. 20. Quid dicit, *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum?* Id est, Nisi amplius quam decimas indigentibus præbueritis.

Qualis est ista abundantia, qua oportet apostolos supra Pharisæos abundare? Illis legem servantibus non fornicari prohibentem, illi ne intueantur C ad concupiscendum; his non occidentibus, illi ne irascantur; et cætera similiter.

Oportet scire quod regnum cœlorum non solum gloriæ fruitionem indicet, sed etiam tempus resurrectionis, et adventum illum, tremendum.

Vers. 22. *Qui dixerit fratri suo raca.* Non magnæ injuriæ vox est, sed contemptus; suem significat, Syriaca lingua; alii autem dilaceratum, hoc est, pannosum, interpretantur.

Reus erit concilio. Judæorum judiciale forum dicit; hoc autem adhibuit, ne videatur omnino D extraneos et novos mores usurpare.

Qui dixerit fratri suo, Fatue. Quidam putaverunt illud parvum esse, et de parva contumelia magnam esse punitionem; non autem sciunt talia dicentes, magna mala a parvis rebus principium habere. Istud vero magnum est; quo enim ab irrationabilibus differimus, id est, mente, hoc fratrem frustravit dicendo, Fatue.

Vers. 25. *Esto consentiens adversario tuo*, propter judices qui illic sunt et viam tribunalis; reconciliare, inquit, ante viam tribunalis, et sustine potius injuria plecti; hoc enim sonat *consentiens*.

Vers. 28. *Qui viderit ad concupiscendum.* Non dixit simpliciter concupiscentiam; nam et illud qui

in montibus vivunt experiuntur; sed intra se concupiscentiam fovere peramanter ex pulchra facie.

A πάσχουσι· ἀλλὰ τὸ ἑαυτῷ τὴν ἐπιθυμίαν συλλέγειν ἐκ τῶν ὡραίων μορφῶν ἐπιτηδείως.

Vers. 29. *Si oculus tuus aut manus tua scandalizaverit te.* Non de membris loquitur, sed de amicis qui nobis ob familiaritatem membrorum instar uniuntur. Scandalizare autem dicit, ad peccatum excitare.

Ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ὁ ὀφθαλμός σου καὶ ἡ χείρ σου. Οὐ περὶ μελῶν λέγει, ἀλλὰ περὶ φίλων ἐν τάξει καὶ οἰκειότητι μελῶν ὄντων πρὸς ἡμᾶς διὰ οἰκειότητα· σκανδαλίζειν δὲ λέγει, τὸ πρὸς ἁμαρτίαν ἐρεθίζειν.

Vers. 31. Quid est illud, *Det ei libellum repudii?* et quamobrem illud dabatur? Ne iterum reverti possit ad virum. Illo enim mulierem, et illa virum accipiente, si rursus retroitur, magna nasci posset aut inimicitia aut confusio. Constitutum est vero istud, id est solvi matrimonium, ne exosam mulierem occidat vir veneno aut alio dolo.

Τί ἐστι τὸ, *Δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου*; καὶ διὰ τί τοῦτο ἐδίδοτο; Ἵνα μὴ πάλιν ἐπαναχάμπτειν δύναται πρὸς τὸν ἄνδρα· ἐκείνου γὰρ γυναῖκα, καὶ ἐκείνης ἄνδρα λαμβανούσης, εἰ πάλιν ὑπέστρεφε, πολλὴ ἂν ἡ ἔχθρα καὶ σύγχυσις ἦν· συνεχωρεῖτο δὲ τοῦτο, ἦγουν τὸ λύεσθαι τὸν γάμον, ἵνα μὴ ὁ μισῶν ἀποκτείνῃ τὴν μισουμένην ἢ φαρμάκῳ ἢ ἄλλῳ δόλῳ.

Vers. 32. Per hæc verba, *Qui dimissam duxerit mœchatur*, jubet mulierem vel invitam continentem esse; per illa autem, *Qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*, metum viro injicit ne eam dimittat.

B Διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ μοιχᾶται*, ποιεῖ τὴν γυναῖκα καὶ ἄκουσαν σωφρονεῖν· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *Ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι*, ἔμφοβον ἀπεργάζεται τὸν ἄνδρα ἵνα μὴ ἀπολύσῃ αὐτήν.

Vers. 33. Non solum perjurare prohibet, sed etiam contra veritatem jurare; non solum istud, sed non licet per creatorum quodquam jurare, non enim nobis meliora sunt; jurans vero per melius quiddam jurat.

Οὐ μόνον τὸ ἐπιορκεῖν κωλύει, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπ' ἀληθέσιν ὀμνύειν· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλ' οὐδὲ εἰς τι τῶν κτισμάτων ὀμνύειν δεῖ· οὐδὲ γὰρ κρείττονα ἡμῶν· ὁ δὲ ὀμνύων, κατὰ τοῦ κρείττονος ὀμνύει.

Vers. 39. Non resistere malo, hic non diabolum malum significat, sed malum fratrem. Quod autem dicit, tale est: Non reddere malum pro malo, sed se præbere potius ad malum patiendum quam faciendum.

Τὸ μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, οὐ τὸν διάβολον λέγει πονηρὸν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸν πονηρὸν ἀδελφόν· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ ἀντιδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἀλλὰ παρέχειν αὐτοὺς μᾶλλον πάσχειν κακῶς ἢ ποιεῖν.

C

Vers. 40. *Ei qui vult tecum judicio contendere, dimitte ei et pallium tuum;* id est, Si ad tribunal traxerit te, non solum quæ expetit concede, sed etiam pallium tuum.

Τῷ θέλοντι κριθῆναι μετὰ σοῦ, δὸς καὶ *τὸ ἱμάτιόν σου*· τουτέστιν, Ἐὰν εἰς δικαστήριον ἕλκῃ σε, μὴ μόνον ἃ ζητεῖ δίδου, ἀλλὰ καὶ τὸ ἱμάτιόν σου.

Vers. 42. Non indistincte danda est eleemosyna, sed ut oportet danda est· id est, quod a petente expetitur.

Οὐχ ἁπλῶς δοῦναι ἔστιν ἐλεημοσύνης, ἀλλὰ τὸ ὡς χρὴ δοῦναι· ὅ ἐστι τὸ ζητούμενον παρὰ τοῦ ζητοῦντος.

CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Vers 7. *Nolite multum loqui*, id est, nolite a Deo non convenientia petere. Viduæ exemplum durum flectentis magistratum perseverantia flagitationis; et ejus qui ad amicum intempesta nocte devenit, et dormientem a lecto surgere cogit, monent nos, D ut perseveremus constantes in orationibus, non autem multum loquentes.

Τὸ, *Μὴ βαττολογεῖτε*, τοῦτό ἐστι, τὰ μὴ προσήκοντα μὴ αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ. Τὸ τῆς χήρας παράδειγμα τῆς τὸν ὠμὸν καμψάσης ἄρχοντα τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐντεύξεως· καὶ τὸ κατὰ τὸν φίλον τὸν ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἐλθόντα, καὶ τὸν καθεύδοντα καὶ ἀπὸ τῆς κλίνης ἀναστάντα, μιμνήσκεται ἵνα προσεδρεύωμεν προσκαρτεροῦντες μὲν ἐν ταῖς εὐχαῖς, μὴ βαττολογοῦντες δέ.

Vers. 9. *Sanctificetur nomen tuum*, significat, Glorificetur per vitam nostram, ut omnes qui viderint nos, te glorificent, inquit, quia sic nos conversati fuerimus.

Τὸ, *Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου*, δηλοῖ τὸ, Δοξασθήτω διὰ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, ἵνα πάντες ὁρῶντες ἡμᾶς, δοξάσωσί σε, φησὶν, ὅτι οὕτως πεπολιτεύμεθα.

Vers. 10. *Adveniat regnum tuum*, significat, terræ non se detineat qui precatur, sed exquirat cœlestia bona.

Fiat voluntas tua, precantis est: Ut obediunt angeli, nos quoque obedire effice.

Τὸ, *Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου*, σημαίνει τὸ μὴ προσηλῶσθαι τῇ γῇ τὸν εὐχόμενον, ἀλλὰ ζητεῖν τὰ ἐκεῖθεν ἀγαθά.

Τὸ, *Γενηθήτω τὸ θέλημά σου*, εὐχομένου ἐστὶν. Ὡς ὑπείκουσιν οἱ ἄγγελοι, ὑπακούειν καὶ ἡμᾶς, φησὶ, παρασκεύασον.

Vers. 11. *Supersubstantialem panem*, quotidia-

Ἐπιούσιον ἄρτον, τὸν ἐφήμερον λέγει ἢ τὸν ἐπὶ

τῇ αὔριον διδόμενον· οἱ δὲ τὸ σῶμα Χριστοῦ λέγουσιν, ὡς τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν συμβάλλοντα.

Τὸ, *Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν*, εὔχεσθαι διδάσκει, μὴ ἐπιπηδᾷν, ἀλλὰ παραιτεῖσθαι τοὺς ἀγῶνας· ἐλθόντας δὲ ἀναδέχεσθαι· ἵνα καὶ τὸ ἀκενόδοξον καὶ τὸ γενναῖον ἐπιδειξώμεθα.

Τὸ, *Ἄλειψαί σου τὸ πρόσωπον*, οὐ κελεύοντός ἐστιν ἀλείφειν, ἀλλὰ νομοθετοῦντος τοσοῦτον κρύβειν ἑαυτὸν, ὥστε παντελῶς λανθάνειν, ὥσπερ τοὺς ἐν εὐφροσύνῃ ἀλειφομένους.

Ὁ λύχνος, τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ὅπερ ἐστὶν ὁ ὀφθαλμὸς τῷ σώματι, τοῦτο ὁ νοῦς τῇ ψυχῇ· ὥσπερ οὖν οὐδὲν ὄφελος τῷ σώματι τῷ μὴ βλέποντι, οὕτως τῷ ἐσκοτισμένῳ τὴν διάνοιαν ἐπιτεθόλωται ἡ ἐντεῦθεν πᾶσα ζωή.

Πῶς νοητέον τὸ, *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν*; Δύο τοὺς ἐναντία ἐπιτάττοντας λέγει· ἂν γὰρ μὴ τοῦτο εἴη, οὐδὲ δύο ἂν εἶεν, ἀλλ' εἷς· ὡς τὸ, *Καὶ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ ψυχὴ μία*.

Μαμωνᾶ τὸν πλοῦτον λέγει, ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν.

Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε· κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν λέγει καὶ τὰ πολλὰ βρώματα· ταῦτα γὰρ μετὰ μερίμνης· ἢ κατὰ ψυχὴν λέγει μὴ τοιαῦτα φροντίζειν· ὥστε κατὰ διάστασιν ἀναγνωστέον, εἰ οὕτως νοεῖν θέλοιμεν· καὶ στίζομεν εἰς τὴν ψυχὴν, εἶτα ἀρξόμεθα.

Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσι· τοῦτο δὲ λέγει οὐχ ἵνα μὴ σπείρωμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ μικροψυχῶμεν.

Ἵνα εἴπῃ ὅτι ἡ ἐπ' αὐτῆς ἐργασία, μυρίων κόπων καὶ πόνων ὑπάρχει πρόξενος. Καὶ ἄλλως· *Τὰ ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς*, οὐ πονηρίαν ἡμέρας λέγει, ἀλλὰ τὸν πόνον καὶ τὴν φροντίδα ἡμῶν.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πῶς νοητέον τὸ, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*; Τοῦτο λέγει, ἵνα μὴ ὁ μυρίων γέμων κακῶν, ὑπὲρ μικρῶν τινων ἁμαρτιῶν ἄλλον ὀνειδίζῃ· διὸ καὶ ἐπήγαγε περὶ τοῦ κάρφους.

Τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου; καὶ τὰ ἑξῆς. Πολλοὶ δὲ τοῦτο ποιοῦσι· καὶ ἐὰν ἴδωσι μικρὸν πταῖσμα, εὐθέως ἐλέγχουσι, τὰ μέγιστα αὐτοὶ ἔχοντες πταίσματα. Διορθοῦσθαι οὖν χρὴ, ἀλλὰ μὴ ὡς πολεμίους ἐλέγχειν, καὶ ἐν τοῖς ἑτέρων ἁμαρτήμασιν ὑπάρχειν πικρὸν καὶ ὑποκριτήν.

Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, καὶ τὰ ἑξῆς. Κύνας τοὺς ἐν ἀσεβείᾳ ζῶντάς φησι· μὴ μεταδιδόναι λόγου εὐσεβείας λέγει.

Χαῖροι οἱ ἐν τῷ τῆς ἁμαρτίας βορβόρῳ ἐγκυλιόμενοι.

Τὸ δὲ, *Ἵνα μὴ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς*, ἀντὶ

num sonat aut qui in crastinum datur. Alii autem Christi corpus intelligunt, ut substantiæ nostræ coadunatum.

Vers. 13. *Ne nos inducas in tentationem*, precari docet, ne irruant in nos, sed avertantur prælia, supervenientibus autem ut resistamus; itaque nec vane gloriosi nec socordes inveniamur.

Vers. 17. Illud, *Faciem tuam unge*, non præceptum est ungendi, sed occultandi se tali modo, ut omnino lateant, tanquam in gaudio uncti.

Vers. 22. *Lucerna corporis est oculus*, et quæ sequuntur. Quod dicit, tale est : Quod oculus est corpori, illud est animæ mens; ut ergo nihil prodest corpus visu carens, ita qui conscientiam habet tenebris involutam, illius inde omnis vita corrumpitur.

Vers. 24. Quomodo intelligendum, *Nemo potest duobus dominis servire?* Duos contraria jubentes dicit; si enim id non contingeret, non duo essent, sed unus : ut in isto loco, *Etenim multitudinis credentium erat anima una.*

Mammona divitias sonat, et non diabolum, ut multi dicunt.

Vers. 25. *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis.* Circa communem consuetudinem dicit et multa alimenta; hæc enim cum sollicitudine sunt; aut circa animam non de talibus curare; ita ut separando legendum sit, si ita intelligere volumus, et punctum in animam ponimus, deinde incipimus.

Vers. 26. *Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt.* Hoc autem dicit non ut non seminemus, sed ne animo deficiamus.

Vers. 34. Quasi diceret, in hac die sua est opera, laborum multorum et negotiorum causa. Et aliter : *Sufficit diei malitia sua*, non malitiam diei audit, sed laborem nostrum et sollicitudinem.

CAPUT VII.

Vers. 1. Quomodo intelligendum, *Non judicate ut non judicemini?* Hoc dicit, ut qui multis oneratur culpis, propter leves quasdam culpas alium non impugnet; ideo prosequitur de festuca loquens.

Vers. 3. *Quid vides festucam in oculo fratris tui?* et reliqua. Multi autem hoc agunt; et si viderint levem culpam, incusare festinant, maximas ipsi culpas habentes. Corrigere ergo nos oportet, neque ut inimicos impugnare neque in aliorum peccatis acerbos esse et hypocritas.

Vers. 6. *Nolite dare sanctum canibus;* et reliqua. Canes qui in impietate degunt vocat, docetque non his tradatur verbi religio.

Porci sunt, qui in peccati volutabro merguntur.

Illud autem, *Ne conversi dirumpant vos*, ponitur

pro, Ne primum simulantes, deinde vos et vestram doctrinam invideant.

Vers. 7. Cur petentes non accipimus, et præsertim quando spiritualia petimus? Quia non cum multa vi pulsasti; aut omnino indignus es eorum quæ petiisti, aut quod celeriter petere cessasti.

Vers. 14. Quomodo angustam portam et arctam vocat, cum in alio loco dicat jugum suum suave et onus leve? Gregorius prius de labore, posterius de spe interpretatur. Joannes autem sobrios nos esse jubet et vigiles, et excitat cogitationes nostras, ne tanquam facilem aspernemur, sed tanquam angustam viriliter aggrediamur.

Vers. 21. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem meam.* Quasi diceret, Non sufficit tantum fidem habere, sed et opera pia proferre oportet.

Vers. 22. Etsi enim prodigia multa fecerint, inquit, *Non novi vos.* Fit autem hoc a sola gratia benevolentiæ ejus qui dedit; unde et condemnatione sunt digni. Magnopere ita honorati ut vitam rectam profiterentur, ingrati facti sunt et insensibiles; aut propter adeuntium fidem factum est; non enim est, ut alii interpretantur, quod primum quidem ob vitam rectam miraculis honorati fuerint, postea autem peccatores facti condemnandi sint.

CAPUT VIII.

Vers. 3. Cujus rei causa leprosum mundans verbo manum extendit? Ut ostenderet se non legi subesse, sed præesse, et nihil puro impurum esse. Ob hoc Elisæus Naaman non vidit, servans legis rigorem, cujus servus erat, non dominus.

Vers. 4. Quomodo hic jubens ut nemini dicat miraculum, alias ut dicant jubet? Hic quidem ut vitet jactationem et vanam gloriam; illic autem ut nos gratos faciat videntes et curatos.

Quare legem modo confirmat, velut cum dicit, *Ostende te sacerdoti*, modo solvit, ut, *Tolle grabatum tuum et ambula*, in Sabbato tale agens? Hoc quidem ut gratiæ legem introducat, illud vero ut Judæorum contra se audaciam et furorem identidem temperet.

Vers. 8. Centurio, qui a Matthæo memoratur, idem est ac ille qui apud Lucam; qui vero apud Joannem centurio alter est.

Vers. 16. Morborum plerique a peccatis oriuntur.

Vers. Cur dicentem Scribam, *Sequar te quocumque ieris*, non excepit? Quod putabat curationibus ditescere; verba autem ejus non aversantis sunt, sed reprehendentis.

Vers. 21. Qui dicit, *Permitte mihi, Domine, primum ire, et sepelire patrem meum*, acceptus quidem est, sed non permissus; sed audiit: *Dimitte mortuos*

τοῦ, Ἵνα μὴ πρότερον ὑποκριθέντες, ὕστερον καὶ ὑμᾶς καὶ τὴν διδαχὴν κωμῳδήσωσιν.

Διὰ τί αἰτοῦντες οὐ λαμβάνομεν, καὶ μάλιστα ὅταν πνευματικὰ αἰτῶμεν; Ὅτι οὐ μετὰ σπουδῆς πολλῆς ἔκρουσας· ἢ πάντως ἀνάξιος ὢν ἔτησας, ἢ ὅτι ταχέως ἀπέστης αἰτούμενος.

Πῶς στενὴν τὴν πύλην καὶ τεθλιμμένην καλῶν, ἐν ἄλλῳ λέγει τὸν ζυγὸν αὐτοῦ χρηστὸν καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν; Ὁ μὲν Γρηγόριος τὸ μὲν διὰ τὸν πόνον, τὸ δὲ διὰ τὴν ἐλπίδα εἶπεν. Ἰωάννης δὲ, νήφειν ἡμᾶς παρασκευάζων καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ διεγείρων ἡμῶν τὰ φρονήματα, ἵνα μὴ ὡς εὐκόλου καταφρονήσωμεν, ἀλλ' ὡς στενῆς, ἀντεχώμεθα.

Τὸ, *Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημά μου*, ἀντὶ τοῦ, Οὐ δεῖ μόνον πίστιν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ ἔργα εὐσεβῆ προβάλλεσθαι.

Κἂν γὰρ σημεῖα, φησὶ, πολλὰ ποιῶσιν, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*· γίνεται δὲ τοῦτο ἀπὸ χάριτος μόνης τῆς τῷ δεδωκότος δωρεᾶς· ὅθεν καὶ τοῦ κολάζεσθαι εἰσὶν ἄξιοι· περιττὸν οὕτως τιμηθέντες ἵνα βίον ὀρθὸν ἐπιδείξωνται, ἀγνώμονες γεγόνασιν καὶ ἀναίσθητοι· ἢ διὰ τὴν τῶν προσερχομένων πίστιν· οὐ γὰρ, ὡς ἕτεροι ὑπέλαβον, ἔστιν, ὅτι πρότερον μὲν δι' ὀρθὸν βίον ἐθαυματούργησαν, ὕστερον δὲ ἁμαρτήσαντες κατακριθήσονται.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Τίνος χάριν καθαίρων τὸν λεπρὸν λόγῳ ἐκέλευσε τὴν χεῖρα; Ἵνα δείξῃ ὅτι οὐχ ὑπόκειται νόμῳ, ἀλλ' ἐπίκειται, καὶ ὅτι τῷ καθαρῷ οὐδὲν ἀκάθαρτον· διὰ τοῦτο Ἐλισσαῖος οὐδὲ εἶδε τὸν Νεεμάν, τηρῶν τοῦ νόμου τὴν ἀκρίβειαν, ὅτι δοῦλος ἦν, ἀλλ' οὐ δεσπότης.

Πῶς ὧδε κελεύων μηδενὶ εἰπεῖν τὸ θαῦμα, ἀλλαχοῦ κελεύει εἰπεῖν; Ὧδε μὲν διὰ τὸ ἀκόμπαστον καὶ ἀκενόδοξον, ἐκεῖ δὲ διὰ τὸ εὐγνώμονας ἡμᾶς εἶναι τοὺς ὁρῶντας καὶ ἰαθέντας.

Διὰ τί ποτὲ μὲν ἐκύρου τὸν νόμον, ὡς τὸ, *Δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ*· ποτὲ δὲ ἀναιρεῖ, ὡς *Ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει*, ἐν σαββάτῳ τοῦτο ποιῶν; Τοῦτο μὲν ὁδοποιῶν τὰ τῆς χάριτος, τοῦτο δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων τόλμαν καὶ μανίαν τέως κοιμίζων.

Ὁ ἑκατόνταρχος ὁ παρὰ Ματθαίῳ μνημονευόμενος, ὁ αὐτός ἐστιν ὁ μνημονευόμενος παρὰ τῷ Λουκᾷ· ὁ δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἑκατόνταρχος ἕτερός ἐστιν.

Τὰ πλείονα τῶν νοσημάτων ἀπὸ ἁμαρτημάτων γίνεται.

Διὰ τί τῷ εἰπόντι αὐτῷ, *Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ*, οὐκ ἐδέξατο; Ὅτι ἐνόμιζεν ἐκ τῶν ἰάσεων χρηματίζεσθαι· ταῦτα δὲ τὰ ῥήματα οὐκ ἦν ἀποτρεπομένου, ἀλλ' ἐλέγχοντος.

Ὁ εἰπὼν, *Ἐπίτρεψόν μοι, Κύριε, πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου*, ἀποδέχθη μὲν, οὐκ ἐπετράπη δέ· ἀλλ' ἤκουσεν· *Ἄφες τοὺς*

νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· ἔδειξε δὲ διὰ τούτου ὅτι ὁ εἰπὼν ἦν πιστὸς, ὁ δὲ αὐτοῦ πατὴρ ἦν ἐκ τῶν ἀπίστων· διὰ τοῦτο εἶπεν νεκρούς· ἐκώλυσε δὲ αὐτὸν οὐ τὴν εἰς τοὺς γεγεννηκότας τιμὴν κωλύων, ἀλλὰ μὴ προτιμᾷν ταῦτα τῶν οὐρανίων. A

Ἐκάθευδεν ὁ Κύριος οἰκονομικῶς ἐν τῷ πλοίῳ, οὐκ ἀγνοῶν τὸ μέλλον γίνεσθαι, οὐκ ἀδυνατῶν τὴν εἰρήνην βραβεῦσαι· εἰδὼς δὲ μέλλουσαν ταράσσεσθαι τὴν θάλασσαν, κατὰ δύο αἰτίας ἐκάθευδε, ἵνα καὶ τὸ σαθρὸν τῆς ὀλιγοπιστίας τῶν μαθητῶν ἐν τῷ χειμῶνι διελέγξῃ, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς θεότητος αὐτοῦ ἐναργῶς ἐπιδείξηται.

Τὸν φόβον οὐ τὸ τῶν πειρασμῶν μέγα ἐργάζεται, ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας σαθρόν· διὰ τοῦτο συγχωρεῖ κλυδωνίζεσθαι, ἵνα ποιήσῃ καὶ αὐτοὺς πιστοτέρους διὰ τοῦ θαύματος· οὐ γὰρ οὕτως τὰ τῶν ἄλλων θαύματα, ὅσον τὰ ἐπ' ἐκείνοις διήγειρεν αὐτούς. B

Τί ἐστι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν δαιμόνων, *Ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;* Ἀοράτως ἀπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἐπάσχοντο οἱ δαίμονες· *πρὸ καιροῦ* δὲ λέγουσιν, ὡς εἰδότες ὅτι μέλλουσι καὶ ποτε κολασθῆναι. Αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ· αἱ δὲ τῶν ἀσεβῶν οὐκ ἐν μνήμασιν, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ἐντεῦθεν εὐθέως ἁπάγονται· καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου· καὶ ἀλλαχοῦ, *Σήμερον τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ.* Οὐχ οἷόν τε οὖν ψυχὴν ἐξελθοῦσαν ἐνταῦθα πλανᾶσθαι, ἢ ἐν ἀέρι, ὡς λέγουσιν, εἶναι, ἀλλ' ἐν ὡρισμένοις τόποις. C

Ὑπήκουσε τοὺς δαίμονας ὁ Κύριος καὶ εἰς χοίρους ἀπεπέμψατο αὐτούς, πρῶτον μὲν ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδὲ κατὰ χοίρων ἔχουσιν ἐξουσίαν, μή τι γε κατὰ ἀνθρώπων· ἔπειτα ἵνα οἱ τοὺς τόπους οἰκοῦντες μάθωσιν αὐτὸν ὅστις ἦν· ἄπιστοι γὰρ ἦσαν· καὶ δείκνυται τοῦτο ἐκ τοῦ λέγειν αὐτοὺς, ὅτι *Ἀπέλθε ἀπὸ τῶν ὁρίων ἡμῶν.* Διὰ τοῦτο δὲ τοὺς χοίρους ἀνεῖλον οἱ δαίμονες, ἵνα τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἀθυμίαν ἐμβάλωσι· πανταχοῦ γὰρ χαίρουσιν ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ἦλθεν μὲν Βηθλεὲμ ἤνεγκεν αὐτὸν παροδευόντων τῶν γονέων· ἡ δὲ Ναζαρὲθ ἐθρεψεν· ἐκεῖθεν γὰρ οἱ γονεῖς· ἡ δὲ Καπερναοὺμ εἶχεν οἰκοῦντα διηνεκῶς. D

Ὁ μὲν Ματθαῖος περὶ τοῦ παραλυτικοῦ λέγει ὅτι προσέφερον αὐτόν· οἱ δὲ ἄλλοι ὅτι καὶ τὴν στέγην διατεμόντες καθῆκαν αὐτόν. Ἀληθῆ οὖν τὰ δύο· πρῶτον μὲν ἀπεστέγασαν, εἶτα πλήθους ὄντος περὶ αὐτὸν, προσήνεγκαν.

Εἰπόντων, *Τίς δύναται ἁμαρτίας εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός;* αὐτὸς δεικνὺς κατὰ τὸν λόγον αὐτῶν ὅτι Θεός ἐστι, λέγει· *Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σου, ἢ εἰπεῖν, Ἆρον τὸν κράβαττόν σου καὶ περιπάτει;* Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τί δοκεῖ εὔκολον ὑμῖν εἶναι, τὸ σφίγξαι παραλελυμένον, ἢ ψυχῆς ἁμαρτήματα λῦσαι; Εὔδηλον ὅτι ἁμαρτήματα λῦσαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀφανὲς, τὸ δὲ φανε-

tuos sepelire mortuos suos. Ostendit autem per hoc illum qui dicebat credentem fuisse, patrem vero ejus e non credentibus. Ideo dicit eos mortuos. Prohibuit autem eum, non honorem in parentes vetans, sed ne illa cœlestibus anteferret.

Vers. 24. Dormiebat Dominus a proposito in navicula, non ignorans quod fieri debebat, et non impar pacem componendi. Sciens autem agitandum esse mare, ob causas duas dormiebat, ut debilitas levis discipulorum fidei in tempestate confunderetur, et potentia divinitatis ejus palam ostenderetur.

Vers. 25. Timorem non magnitudo tentationum facit, sed mentis imbecillitas : ideo fluctibus agitari se permittit, ut eos credentes magis per miraculum efficiat ; non enim tantum patrata in aliis miracula, quantum in ipsis gesta hos excitare poterant.

Vers. 29. Quid est quod a dæmoniis dictum est, *Venisti ante tempus torquere nos?* Invisibiliter ex ejus præsentia dæmonia patiebantur ; ante tempus dicunt, sciunt se olim castigari debere. Animæ justorum in manu Dei, impiorum autem animæ non in monumentis, ut plures dicunt, sed inde confestim auferuntur ; et patet in Lazaro et divite ; et alias, *Hodie animam tuam repetent a te.* Non possibile est igitur animam egressam hic errare, aut in aere, ut dicunt, esse, sed in locis determinatis.

Vers. 32. Exaudivit Dominus dæmones et in porcos immisit ; primo quidem ut ostenderet eos non in porcos potestatem habere, neque ullam in homines ; deinde ut locorum incolæ discerent quis esset ; non credentes enim erant. Et indicat id, quod isti dicunt, ut transiret a finibus eorum. Ideo porcos abstulerunt dæmones, ut homines in desperationem conjicerent : nam semper in nostris adversitatibus gaudent.

CAPUT IX.

Vers. 1. Bethleem quidem peperit eum, parentibus iter facientibus ; Nazareth vero educavit, inde enim erant parentes ; et Capharnaum incolam eum habuit perpetuo.

Vers. 2. Matthæus de paralytico dicit quod offerebant eum ; alii autem quod tectum rumpentes illum proferrent ; verum igitur est utrumque ; primum quidem per tectum demiserunt, deinde, cum multitudo juxta Jesum esset, ablulerunt.

Vers. 5. Dicentibus illis, *Quis potest remittere peccata nisi solus Deus?* ipse ostendens ex ipsorum sermone se Deum esse, dicit : *Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi, an dicere, Tolle grabatum tuum et ambula?* Quod autem dicit, tale est : Quid videtur vobis facile esse, paralyticum stringere, an animæ peccata solvere? Patet quod peccata solvere. Sed quoniam hoc quidem invisibile, illud autem

visibile est, minorem rem expono, ut major et invisibilis credatur.

VERS. 9. Insidiantes evitans non moratur iisdem locis, sed frequenter immutat, odium ut facilius placetur.

VERS. 11. Matthæus publicanus, qui et evangelista, ingressu Christi honoratus, omnes publicanos convocavit.

VERS. 13. Ideo dicunt Pharisæi discipulis : *Magister vester amicus publicanorum et peccatorum est*, volentes avertere illos ab eo.

VERS. 14. Quare Joannis discipulos objicientes quod ejus discipuli non jejunarent, non vituperat ut vane gloriosos, sed sponsi exemplum illis affert? Non vituperat per mansuetudinem; sponsum vero proponit, illis in memoriam revocans Joannis verba, cum dixit : *Qui sponsam habet sponsus est.* Quod autem dicit tale est : Tempus meum et meæ vitæ tempus, lætitiæ est illis occasio; venient autem dies quando ab illis auferetur sponsus.

VERS. 16. Quid est quod dicit, *Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus?* Ostendit non factos esse validos adhuc discipulos; et ita in præsentia obviis non oportet imponere præcepta onerosa.

VERS. 17. Utres et vinum proponit, quoniam de gula sermo erat; ideo ab iisdem sumit exempla, et quod nihil austerum præcipere oporteat nec grave his qui incipiunt.

VERS. 20. Cur non palam hæmorrhoissa venit? Quod impuram esse se putabat ob fluxum; atque etiam quod convenientem non habebat de illo opinionem, nam latere non putasset. Ille autem non permisit eam latere, ut primum timorem ejus solveret; secundo ut corrigeret eam, quoniam latere putaverat; tertio ut fidem ejus publicam faceret; quarto autem, ut archisynagogum credentem efficeret circa resurrectionem filiæ; nam tunc illum iste implorabat.

VERS. 22. Ne latens angustiaretur, et ut fidem publicam faceret; et morbum comprimere non minus est quam perspicere.

VERS. 23. De tibicinibus in domo archisynagogi memoratur, ut in hoc quoque palam ostendatur archisynagogorum insania.

Lamentantes et tibicines a domo expulit, ut indignos qui miraculi testes essent. In domo archisynagogi foras omnes emisit, et discipulos solos admisit ad prodigium videndum; docens nos ut gloriam quæ a multis venit vitemus, et discipulos animo firmiores faciens.

VERS. 24. *Non mortua est puella, sed dormit.* Ostendunt hæc verba mortem non esse nunc metuendam.

Ideo jubet ut illi detur manducare, ne videatur phantasiam esse quod factum est. (Pertinet ad Marcum, v. 43.)

VERS. 27. Cæcos attrahit clamantes, non per

A ρὸν, προστίθημι τὸ καταδεέστερον, ἵνα τὸ μεῖζον καὶ ἀφανὲς πιστευθῇ.

Ἐκκλίνων τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐκ ἐπιμένει τοῖς τόποις, ἀλλὰ συχνὰ μετανίσταται, διδοὺς ὑποχωρεῖν τὸν φθόνον.

Ὁ Ματθαῖος τελώνης, ὃς καὶ εὐαγγελιστὴς καλλωπιζόμενος τῇ εἰσόδῳ Χριστοῦ, πάντας τοὺς τελώνας συνεκάλεσεν.

Διὰ τοῦτο λέγουσιν οἱ Φαρισαῖοι τοῖς μαθηταῖς, ὅτι *Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν φίλος τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐστι*, βουλόμενοι ἀποχωρῆσαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ.

Τίνος ἕνεκεν τοὺς Ἰωάννου μαθητὰς ἐγκαλοῦσι; ὅτι μαθηταὶ αὐτοῦ οὐ νηστεύουσιν, οὐκ ἐπιτιμᾷ ὡς κενοδόξους, ἀλλὰ νυμφίου μέμνηται; Οὐκ ἐπιτιμᾷ δὲ

B ἐπιείκειαν· νυμφίου δὲ μέμνηται ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῶν Ἰωάννου ῥημάτων, δι' ὧν ἔλεγεν· *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν*· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς καὶ τῆς ἐμῆς διαγωγῆς, χαρᾶς ἐστιν αὐτοῖς ὑπόθεσις· ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπ' αὐτῶν ἀρθῇ ὁ νυμφίος.

Τί ἐστιν ὃ λέγει, ὅτι *Οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ*; Δηλῶν ὅτι οὔπω γεγόνασιν ἰσχυροὶ οἱ μαθηταί· οὕτω δὲ ἄρτι διακειμένους, οὐ χρὴ ἐπιτιθέναι ἐπιτάγματα βαροῦντα.

Ἀσκῶν μέμνηται καὶ οἴνου, ἐπειδὴ περὶ γαστριμαργίας ἦν ὁ λόγος· διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν αὐτῶν λαμβάνει τὰ ὑποδείγματα· καὶ ὅτι οὐδὲν αὐστηρὸν ἐπιτάττειν χρὴ καὶ βάρος ἔχον τοῖς ἀρχομένοις.

C Διὰ τί μὴ φανερῶς ἡ αἱμορροοῦσα ἦλθεν; Ὡς ἀκάθαρτος εἶναι νομίζουσα διὰ τὴν ῥύσιν· ἔτι δὲ καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ μὴ ἔχουσα δόξαν, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐνόμισε λανθάνειν· οὐκ ἀφῆκε δὲ αὐτὴν λαθεῖν, ἵνα πρῶτον μὲν λύσῃ αὐτῆς τὸν φόβον· δεύτερον ἵνα διορθώσηται ταύτην, ἐπειδὴ ἐνόμισε λανθάνειν· τρίτον ἵνα τὴν πίστιν αὐτῆς δημοσιεύσῃ· τέταρτον δὲ ἵνα καὶ τὸν ἀρχισυνάγωγον πιστὸν ποιήσῃ περὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ παιδός· τότε γὰρ αὐτὸν ἐζήτει.

Ἵνα μὴ ἀγωνιᾷ κεκλοφυῖα, καὶ ἵνα δημοσιεύσῃ τὴν πίστιν· καὶ τὸ στῆσαι δὲ τὴν νόσον, οὐκ ἔλαττον τοῦ νοῆσαί ἐστιν.

Ἐμνήσθη τῶν αὐλητῶν ἐν τῷ ἀρχισυναγώγῳ, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ δημοσιεύσῃ τὴν τῶν ἀρχισυναγώγων

D ἄνοιαν.

Τοὺς θρηνοῦντας καὶ αὐλοῦντας ἔξω τῆς οἰκίας ἐξέβαλεν, ὡς ἀναξίους αὐτοὺς τοῦ θαύματος κρίνων εἶναι. Ἐπὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου πάντα ἐξέβαλεν ἔξω· τοὺς δὲ μαθητὰς μόνους εἰσήνεγκεν ὁρᾷν τὸ θαῦμα· διδάσκων ἡμᾶς τὴν παρὰ τῶν πολλῶν διακρούεσθαι δόξαν, τοὺς μαθητὰς δὲ προθυμοτέρους ποιῶν.

Τὸ, *Οὐ τέθνηκεν, ἀλλὰ καθεύδει*, λέγει, δεικνύει ὅτι οὐ φοβερὸς ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ νῦν.

Διὰ τοῦτο κελεύει αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν, ἵνα μὴ δόξῃ φαντασία εἶναι τὸ γεγενημένον.

Τοὺς τυφλοὺς παρέλκει κράζοντας, οὐ κενοδοξίαν

ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸ πιστὸν αὐτῶν. Κατηγορία Ἰουδαίων καὶ τοῦτο ἦν, τὸ ἐξ ἀκοῆς μόνης ζητεῖν τὴν ἴασιν τοῖς τυφλοῖς· ἤκουον γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ οὕτω· ἐκεῖνοι δὲ καὶ ἔβλεπον καὶ οὐκ ἐπίστευον. A

Υἱὸν Δαβὶδ οἱ τυφλοὶ ἐκάλουν, διότι τιμῆς εἶναι τὸ ὄνομα ἐδόκει.

Δευτέραν ἐρώτησιν προσάγει πρὸς αὐτοὺς, οὐ δοξομανῶν, ἀλλὰ σπουδάζων ἱκετεύεσθαι πολλάκις· ἵνα μὴ νομίσῃ τις τοῦτον ὡς φιλότιμον ὄντα ἐπιπηδᾷν τοῖς θαύμασιν.

Ὅτε τὸ μεῖζον αὐτὸν ἐκάλεσαν ὄνομα ἠτοῦντο Κύριον, τότε ἰᾶται αὐτοὺς, ἐφελκόμενος εἰς τοῦτο πιστεύειν τοὺς ἀκούοντας.

Παραγγέλλει μηδενὶ εἰπεῖν διὰ τὸ ἄτυφον καὶ ἀκενόδοξον. B

Ἡ κώφευσις οὐκ ἦν φυσικὴ ἀσθένεια, ἀλλὰ ἐκ δαίμονος ἐπιβουλῆς.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Διὰ τί Σίμωνα λέγει τὸν λεγόμενον Πέτρον; καὶ διὰ τί Ἰάκωβον τὸν Ἀλφέου; Ὅτι ἦν καὶ ἄλλος Σίμων καὶ ἄλλος Ἰάκωβος.

Ἵνα μὴ ἐπαρθῶσιν ὑπὸ τῶν γινομένων ὑπ' αὐτῶν θαυμάτων, εἶπεν· *Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.*

Τί γὰρ ἡ ῥάβδος κωλύει πρὸς τὸ κήρυγμα; ἢ ποία ἁμαρτία ἦν ἡ τῆς ῥάβδου κράτησις; Ἀλλὰ τὸ τραχὺ τῆς παιδείας τῇ ῥάβδῳ παρεικάζων, ἀπαγορεύει τέως τῷ σκληρῷ τῆς παιδείας μὴ χρᾶσθαι παρὰ C τὴν ἀρχὴν τῆς διδασκαλίας· ὅτι δὲ ἐπὶ ῥάβδου λαμβάνεται τὸ αὐστηρὸν τῆς παιδείας, μαρτυρησάτω μοι Παῦλος· ἀκούσας γὰρ ἐν Κορίνθῳ τινὰς ἁμαρτήσαντας, γράφει λέγων· *Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραότητος;* Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τοὺς νεωστὶ προσελθόντας αὐτῷ ἀνθρώπους, οὐ πρότερον νηστεύειν ἐπιτρέπει, ἀλλὰ πρότερον πιστεύειν καὶ τότε νηστεύειν· ὅθεν ἐγκαλούμενος ὑπὸ τῶν Φαρισαίων διὰ τί οἱ Ἰωάννου μαθηταὶ νηστεύουσι, προσφόρως καὶ ἁρμοζόντως ἀποκρίνεται λέγων· *Οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή γε, πλεῖον σχίσμα γίνεται.* Ἱμάτιον παλαιὸν, τὸν ἐν τῇ παλαιότητι παραβάσεως τοῦ ἀρχαίου Ἀδὰμ γεννηθέντα ἄνθρωπον λέγει· καινὸν δὲ ῥάκος, τὸ D νεαρὸν κήρυγμα τῆς νηστείας· ἐὰν γὰρ θελήσῃς τῷ παλαιωθέντι ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ Ἕλληνι πρῶτον ἐπιβάλλειν τὸ νεαρὸν κήρυγμα τῆς νηστείας, πλέον σχίζεται ἢπερ συνάπτεται, πλέον χωρίζεται τῆς Ἐκκλησίας.

Τὸ, *Ἄξιος ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ*, διὰ τὸ ἐκ τῶν ἰδίων μαθητῶν τρέφεσθαι· λέγει γὰρ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους δηλονότι.

Τὸ μὴ οἰκίαν ἐξ οἰκίας ἀμείβειν, ἕνεκα τοῦ μὴ δοξομανεῖν εἴρηται, ἢ τοῦ μὴ λυπεῖσθαι τὸν καταλιμπανόμενον.

Τὸ ἐκτινάσσειν τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπετέτακτο καὶ ἐπράττετο αὐτοῖς, ἢ ὥστε δεῖξαι μηδὲν λαβεῖν αὐτοὺς παρ' αὐτῶν μηδὲ βούλεσθαι· ἢ

vanam gloriam, sed ad ostendendam eorum fidem. Condemnatio Judæorum id quoque erat, quod solo auditu quærerent curationem cæci. Sic enim de Christo audierant; illi autem videbant et non credebant.

Filium David cæci vocabant, quia honoris nomen esse videbatur.

Vers. 28. Secundam interrogationem ad hos dirigit, non per jactantiam, sed volens sæpius rogari; ne quis putet illum ob laudis ambitionem miracula patrare.

Quando majori illum vocarunt nomine, Dominum supplicantes, tunc eos curat, adductus ad id ut crederent audientes.

Vers. 30. Præcipit nemini dicant per modestiam et vanæ gloriæ aversionem.

Vers. 32. Mutismus non infirmitas erat physica, sed e dæmonis artificio oriebatur.

CAPUT X.

Vers. 2. Cur Simonem vocat, *qui dicitur Petrus?* et cur *Jacobum Alphæi?* Quia alter erat Simon et alter Jacobus.

Vers. 8. Ne lucrifaciant ex miraculis ab ipsis patratis, dicit: *Gratis accepistis, gratis date.*

Vers. 10. Quid enim virgam vetat habere ad prædicationem, aut quæ culpa esset virgæ possessio? Scilicet severam institutionem virgæ conferens, prohibet ne austera institutione utantur in principio prædicationis. Quod autem in virga severitas institutionis adumbretur, testis mihi sit Paulus; audiens enim quosdam Corinthi peccavisse, scribit dicens: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, aut in charitate et spiritu mansuetudinis?* Ob eam rem Dominus homines prima vice ad illum adeuntes, non primum jejunare hortatur, sed primo credere, deinde jejunare. Unde interrogatus a Pharisæis cur Joannis discipuli jejunent, congruam et convenientem responsionem dat dicendo: *Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus; sin autem, pejor scissura fit.* Per vestimentum vetus, hominem in vetustate transgressionis antiqui Adam genitum significat; per novum autem pannum, recens ista jejunii prædicatio. Si enim volueris seni facto in peccatis Græco primum injicere recentem jejunii prædicationem, scinditur magis quam committitur, magisque ab Ecclesia amovetur.

Illud, *Dignus est operarius cibo suo*, quemque a suis discipulis propriis alendum esse indicat; dicit enim hos apostolos palam.

Vers. 12. Ne domum domo mutent monet, ut non jactantiam exhibeant, aut non doleat qui relictus esset.

Vers. 14. Excutere pulverem de pedibus ipsorum præcipitur, et exercetur ab eis, sive ad ostendendum eos nihil sibi accipere ex illis velle, sive ut sit testi-

monium longi quod percurrerunt itineris propter illos. — *Excutite pulverem de pedibus vestris*, vel ut ostendatis, dicit, vos nihil accepisse, vel ut significetis illis vos longum iter peragrasse propter illos, etsi nihil profecerint.

A ὥστε εἰς μαρτύριον αὐτοῖς γενέσθαι τῆς μακρᾶς ὁδοιπορίας ἣν ἐβάδισαν δι' αὐτούς. Τὸ, *Ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν*, ἢ, Ὅτι οὐδὲν ἐλάβετε, φησὶν, δείξατε· ἢ, ὅτι Δείξατε αὐτοῖς ὅτι μακρὰν ὁδοιπορήσατε δι' αὐτοὺς, κἂν οὐδὲν ὠφελήθησαν.

Vers. 16. *Ecce ego mitto vos; Ego* idem ac Ego dominus et potens sonat; quod sufficit ad persuasionem.

Illud, *Sicut oves in medio luporum*, illorum mansuetudinem indicat, quam oportebat habere prædicantes.

Et columbæ simplicitatem illos servare et innoxietatem monet; et conjungere volens ista ut virtus oriatur, prudentiam serpentis docet habere, ut custodiant velut ille caput, id est fidem.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς. Τὸ, Ἐγὼ, ἀντὶ τοῦ, Ἐγὼ ὁ κραταιὸς καὶ δυνατός· ὅπερ ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν.

Τὸ, *Ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων*, τὴν ἡμερότητα αὐτῶν ἐμφαίνει, ἣν ἔχειν δεῖ διδασκόντων αὐτῶν.

Καὶ τῆς περιστερᾶς τὴν ἁπλότητα λέγει· αὐτοὺς φυλάττειν καὶ ἀκακίαν· καὶ κεράσαι βουλόμενος ταῦτα ἵνα γένηται ἀρετὴ, τὴν φρόνησιν τοῦ ὄφεως B ἔχειν λέγει, εἰς τὸ τηρεῖν ὡς ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν, ἤγουν τὴν πίστιν.

Vers. 19. *Nolite cogitare quid loquamini.* Ad animum sumendum ita eos excitat; nam illitterati erant.

Τὸ, *Μὴ μεριμνήσητε τί λαλήσητε*, τὸ θαρρεῖν εἰσάγει αὐτούς· ἀμαθεῖς γὰρ ἦσαν.

Vers. 23. *Non consummabitis civitates Israel, donec veniat Filius hominis*, id est donec vos suscipiam. Nam sufficiebat ad persuadendos eos illum vel solum videre.

Τὸ, *Οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, τουτέστιν, Ἕως οὗ ὑμᾶς καταλήψομαι· καὶ γὰρ ἤρκει εἰς παραμυθίαν αὐτοῖς τὸ ἰδεῖν αὐτὸν καὶ μόνον.

Vers. 24. *Non est discipulus super magistrum*, scilicet a majore verbum accipitur; hoc enim ut plerumque contingit, et maxime quando est servus aut discipulus.

Τὸ, *Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον*, ἀπὸ τοῦ πλείονος τὸν λόγον δέξαι· τοῦτο γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· καὶ μάλιστα ἕως ἐστὶ δοῦλος ἢ μαθητής.

Vers. 25. *Quanto magis domesticos ejus*, id est vos: non dixit servos, sed domesticos, magnam cum eis familiaritatem ostendens, et animos illis addens.

Πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ, εἶπεν, ἤγουν, ὑμᾶς· οὐκ εἶπεν δούλους, ἀλλ' οἰκιακούς, C πολλὴν πρὸς αὐτοὺς οἰκειότητα ἐπιδεικνύμενος, καὶ θαρρεῖν αὐτοὺς ποιῶν.

Vers. 26. *Nihil est opertum quod non revelabitur*, dictum apostolis, talem significationem habet: ex isto, *Si me persecuti fuerint, et vos persequentur*, sumitur principium sententiæ, quasi diceret: Contemnentes vos primum, postea cognoscent quinam sitis.

Τὸ, *Οὐδέν ἐστιν ἀπόκρυφον ὃ οὐ φανερωθήσεται*, πρὸς τοὺς ἀποστόλους λεγόμενον, τοιαύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, ἀπὸ τοῦ, *Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν*, καὶ ὑμᾶς *διώξουσι*, λαβὸν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐννοίας· ἀντὶ τοῦ, Κωμῳδήσαντες ὑμᾶς πρότερον, ὕστερον γνωρίσουσιν οἵτινές ἐστε.

Vers. 27. Tenebras et aurem memorat, non quod in aurem vel in tenebris discurratur, sed quod illa quæ clam didicerunt cum libertate docturi sint; super tecta, idem est ac per universum orbem.

Σκότος καὶ οὖς λέγει, οὐχ ὅτι εἰς τὸ οὖς καὶ ἐν σκοτίᾳ διελέγετο, ἀλλ' ὅτι, φησὶ, τὰ κρυπτῶς διδασκόμενα μετὰ παῤῥησίας ἔσονται· τὸ δὲ, *ἐπὶ τῶν δωμάτων*, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, λέγει.

Vers. 29. *Duo passeres asse veneunt.* Providentiam indicat, ita ut isti non capiantur, ignorante D Deo, neque sine illius operatione in laqueos cadant.

Δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται. Τὴν Προνοιαν εἰσάγει, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνα κρατηθήσονται, ἀγνοοῦντος τοῦ Θεοῦ, οὐχ ὅτι ἐνεργοῦντος αὐτοῦ πίπτουσιν εἰς παγίδα.

Vers. 30. *Vestri capilli numerati sunt*, significat illos a Deo diligi, cognosci, et protegi.

Τὸ, *Καὶ αἱ τρίχες ὑμῶν ἠριθμημέναι εἰσὶ*, τοῦτο σημαίνει, ὡς φιλεῖσθαι παρὰ Θεῷ καὶ γινώσκεσθαι καὶ προνοεῖσθαι.

Vers. 32. Non dixit, Confitebitur me, sed, *In me*; ostendens hunc non propria virtute, sed supernæ auxilio gratiæ confiteri, qui Christum confitetur.

Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὁμολογήσει ἐμὲ, ἀλλ', *Ἐν ἐμοὶ* δεικνὺς ὅτι οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν βοηθουμένου χάριτι ὁμολογεῖ ὁμολογῶν Χριστόν.

Vers. 33. De negante non dixit, Mihi, sed, *Me*; nam destitutus aliquis a Deo ita Christum negat.

Περὶ τοῦ ἀρνουμένου οὐκ εἶπεν, Ἐμοὶ, ἀλλ', *Ἐμέ*· Ἔρημος γὰρ γενόμενός τις Θεοῦ οὕτως ἀρνεῖται τὸν Χριστόν.

Vers. 34. *Non veni pacem mittere, sed gladium.*

Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν· τὸ

νενοσηκὸς ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνοντος, καὶ τὸ στασιάζον ἀπὸ τοῦ εἰρηνεύοντος λέγει.

Τὸ, *Ὁ φιλῶν πατέρα*, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο λέγει· ὅταν πλέον τῆς ἀγάπης ταῦ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν. Λουκᾶς λέγει, ὅτι *Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ ἀπιστοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἢ μὴ ἀπίστου ὄντος, ἀπαιτοῦντος δὲ πλέον φιλεῖν αὐτὸν ὑπὲρ Χριστὸν, δεῖ, φησὶ, τοῦτον ἀποστρέφεσθαι.

Τὸ, *Ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθεῖ μοι*, τοῦτο δηλοῖ, τὸ πρὸς θάνατον εἶναι ἑτοίμους· ὡς ἐπὶ παλὺ γὰρ ὁ τῶν παλαιῶν θάνατος διὰ σταυροῦ ἦν, ὡς νῦν διὰ ξίφους.

Τὸ, *Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ φιλῶν αὐτὴν ἐν ἡδοναῖς, λέγει.

Τὸ, *Ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Διὰ θανάτου στερηθεὶς αὐτῆς, λέγει.

Τὸ, *Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου καὶ δικαίου, μισθὸν προφήτου λήψεται*, τοῦτο λέγει, τὸ μὴ διὰ βιωτικὴν προστασίαν δέξασθαι αὐτὸν, ἀλλὰ διότι προφήτης ἐστὶν, ἢ διότι δίκαιός ἐστι· τὸ δὲ, *Μισθὸν προφήτου λήψεται*, καὶ ἄλλως ἔστι νοῆσαι· ἢ, οἷον αὐτὸς ὁ προφήτης μέλλοι λαμβάνειν μισθόν· προφήτην δὲ νοήσεις καὶ τὸν ψευδοπροφήτην.

Τὸ ποτήριον τοῦ ὕδατος τοῦ ψυχροῦ, τούτου χάριν δέχεται, ἵνα καὶ τῶν πενήτων τὴν ἀφορμὴν ἐκκόψῃ, ὡς δύναται παρέχειν, καὶ τὴν προαίρεσιν γυμνώσῃ αὐτῶν.

A Quod morbum inferi pro curante, quod rebellationem excitat pro pacificante dicit.

Vers. 37. Illud, *Qui amat patrem*, etc., interpretamur ita, quando magis amat quam Deum et ejus mandata. Lucas dicit, quod *Si quis venit ad me et non odit patrem suum*, id est patrem suum infidelem. Si vero non infidelis est, et exigit amari magis quam Christum, oportet, inquit, illum aversari.

Vers. 38. *Qui non accipit crucem suam et sequitur me*, ostendit ad mortem paratos esse debere. Ut enim plerumque priscorum mors per crucem erat, nunc per gladium.

Vers. 37. *Qui invenit animam suam*, idem est ac qui amat eam in voluptatibus.

B *Qui perdiderit animam suam*, idem est ac qui morte ea privatus est.

Vers. 41. *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ et justi, mercedem prophetæ accipiet*, id est, non propter terrestrem respectum recipit, sed quia propheta aut justus est; *mercedem prophetæ accipiet*, et aliter intelligendum est : aut talem quam ipse propheta mercedem accipere deberet; prophetam autem intelliges et pseudoprophetam.

Vers. 42. Calicem aquæ frigidæ mercedem accipit, ut pauperum miseriam exstirpet, quantum præstare potest, et eorum voluntatem patefaciat.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

C

Διὰ τοῦτο, μετὰ τὸ διδάξαι τοὺς μαθητὰς, μετέβη, φησὶν, ἐκεῖθεν διδοὺς χώραν αὐτοῖς ἰᾶσθαι· παρόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐδεὶς ἂν ἐκείνοις ἠθέλησε προελθεῖν πρὸς θεραπείαν.

Διὰ ζηλοτυπίαν Ἰωάννου μαθητῶν πρὸς Χριστὸν ἐγένετο ἡ ἀποστολὴ παρὰ Ἰωάννου· καὶ τὸ ἐρωτῆσαι αὐτὸν τίς ἦν· εἶχον γὰρ τὸν μὲν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ Ἰωάννην κρείττονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον· ἐπεὶ οὐκ ἐγίνωσκεν ἑαυτὸν παρεχόμενον, ἵνα ὠφελήσῃ αὐτούς· τούτου χάριν πέμπει δῆθεν αὐτὸς μαθεῖν, ἵν' ἐκεῖνοι μάθωσιν· οὔτε γὰρ τὸ σιγῆσαι Ἰωάννην περὶ τούτου καλὸν, οὔτε τὸ εἰπεῖν, *Μείζων μού ἐστι*, δυσαποστάτως ἔχοντες πρὸς Ἰωάννην· διὰ τοῦτο καὶ ἐλθόντων αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν ἐθεράπευσεν.

CAPUT XI.

Vers. 1. Ideo postquam discipulos suos docuisset, transit inde, inquit, illis locum cedens ut curarent; præsente enim eo, nemo illos voluisset adire in curationem.

Vers. 2. Per zelotypiam discipulorum Joannis ad Christum facta est a Joanne missio, ad interrogandum eum quis esset. Habebant enim Christum ut merum hominem, Joannem vero majorem quam secundum hominem. Cum non se cognoseret aptum ad utilitatem ipsis præstandam, ideo mittit quasi ut ipse discat, reipsa ut ipsi discant. Non enim si Joannes de illo siluerit bonum fuisset, neque si dixerit, *Major me est*, in Joannem fideles se ostendissent. Ideo venientibus illis, coram morbos sanavit.

D

Διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Μακάριος ὃς οὐ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοὶ*, ἔδειξε ὅτι καὶ τὰ ἀπόῤῥητα οἶδε τῶν ἀπιστούντων.

Διὰ τὸ μὴ ὑποπτεῦσαι τοὺς ὄχλους ὅτι πρότερον μαρτυρῶν ὁ Ἰωάννης περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὕστερον ἐρωτᾷ, Εἰ σὺ εἶ· τούτου χάριν λέγει ἀκουόντων τῶν ὄχλων· *Τί ἐξήλθετε ἰδεῖν εἰς τὴν ἔρημον; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου;* καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦτο δὲ λέγει ὅτι ἑδραῖός ἐστι, καὶ οὐκ εὐρίπιστος ὡς κάλαμος.

Vers. 6. Dicendo, *Beatus qui non scandalizatus fuerit in me*, ostendit se arcana quoque non credentium scire.

Vers. 7. Ne in suspicionem turbis incidat, quod Joannes primum testimonium dans de Christo, postea interrogat : An tu es Christus? ideo audientibus turbis dicit, *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* et reliqua. Hoc autem dicit, quia firmus est et non vento cedens ut arundo

Περισσότερόν ἐστιν *προφήτου*, ὅτι ἐγγύς ἐστι τοῦ προφητευομένου καὶ πρόδρομος αὐτοῦ. Οἱ λέγοντες αὐτὸν μὴ μείζονα εἶναι προφητῶν ὡς ἀγνοοῦντα,

Vers. 7. *Plus quam propheta* est, quia vicinus est prophetizati et illius præcursor. Qui dicunt illum non majorem esse prophetis ut ignorantem,

nesciunt quod dicunt. Non enim ignorabat, sed propter discipulos hoc finxit. Præterea multo major prophetizatum vidit.

Cognoscebat Joannes oportere Christum pati; quando enim dicit eum Agnum qui tollit peccatum mundi, hoc per allusionem loquitur; et cum dicit, *in Spiritu vos baptizabit*, alludit ad ea quæ post resurrectionem in Pentecoste facta sunt.

VERS. 11. *Non surrexit major Joanne inter natos mulierum*, præterito de tempore est, non futuro; ne quis suspicetur vel apostolis qui succedent, majores esse qui præterierant, de illo tantum pronuntiat.

Minorem quemdam dicendo aliquem Joanne, seipsum minorem designat secundum tempus, minorem secundum multorum opinionem. Hoc autem dicit postquam illum laudaverit, ne magnitudo et insolita laudum propositio principalem illum ostendat, vel ipso laudante Christo.

VERS. 12. Quodnam dicit regnum? Fidem in illum: ipse enim erat cœlorum rex.

